pertinent, uelut, an omnis sapientia utilis sit? et an stulti, an sapientis sit uita iucundior? cur ergo multi sapientes fuerint infelices? quoniam pacto sapientia acquiratur? an eadem totius sapientiae seu perfectae sit ac partis eius ratio? quod nam utilius sapientiae genus? quiue in unoquoque illorum genere magis excelluerint? an idem sapientes & sapientiae doctores? an omnes ad sapientiam parati sint? an plus fortunae in rebus humanis sibi vindicet, an quae nunc habetur sapientia? an eadem omnibus sapientia conueniat? an ad apicem sapientiae quisquam mortalium peruenire possit? an natura uel studium uel disciplina uel exercitatio plus ad sapientiam proficiat? quenam animi uirtutem sapientiae maxime contraria sint? atque eadem ratione quae virtutes magis ad eam conducantur? an qui sapiens sit, etiam talis necessario videbitur? Fingendus est etiam a nobis sapiens omnibus numeris absolutus, uelut a Cicerone orator, Aulicus a Castilioneo, uir temperatus a Galeno. hic quamuis nullibi esset, ad eius tamen institutionem fingamus omnia. sed talis in uno genere inueniri potest iuxta Virgilianum illud:

Vir bonus, & sapiens, qualem uix reperit unum
 Millibus e multis hominum, consultus Apollo.

in omnibus forsitan esse non potest. Dubitandum etiam erit, quod ab initio quasi pro confesso sumptum est, an scilicet brutis sapientia aliqua insit? an omnibus aeratibus eadē sapientia satisfaciat? an homines magis ratione uel exemplo, an auctoritate moueantur? Quibus modis occurramus præteritis erroribus? namque errare ab initio, quasi necessarium est, id argumento esse potest, quod quilibet cum præterita tempora recogitat senex, felicem se si non errasset prædicat. igitur in sapientia nostra felicitas est. Sed non oportune iunguntur in homine sapientia, & occasio: ut illud Gallicum adagium uerissimum sit: Cum essem huius in sapiens eram: at nunc cum sapio iuuenis non sum. Illud etsam diligenter explorandum, quo nam pacto aduersus calamitates temporum auxilium ac medelam inueniamus. Quærendum etiam est il

est illud diligentissime, ubi res ipsa sine auxilio videatur, an illud magis probandum sit poëtae:

Καλός τερόντι, οὐ κακός οὐδὲ μέσος. uel illud potius:

Κακός τινι πράσσει τὸν ταχὺν καλός. i.e.

Bene moria quam male seruari.

Male vivere potius quam moribone.

Multum enim Sapienti necessaria est scientia horum . quidue unoquoq; loco quandoq; conueniat. Quamobrem libri hunc diuidere oportunum erit : nam in primo hoc de sapientia in genere dicendum erit: ac scorsum de diuina. In secundo de naturali. in tertio de humana. in quarto de demoniaca. in quinto de auxiliis aduersus errata. Eadē uero erunt aduersus errata, eadē yero erunt aduersus calamitates, siquidem calamitates omnes hominibus ut ostendam , ex errore proueniunt. Atq; ex hoc sumus initium. Esse omnium sapientiam aliquam, uel hoc solo cōstare nobis potest, quod consilio aliorum adiutramur, magisq; unius, quam alterius. Quod si nulla prorsus esset sapientia, non magis plures, quam unus , nec unus altero saperet. sed uelut in his quorum nondum uilla sapientia est, fortuna arbitrio gubernantur, nemo rationem aliquam afferre potest: sic esset in cunctis. At uero ea etiam quorum latet ratio, sub aliqua ratione colligi ac gubernari constat: non solum quod sint paucissima, uerum quod id quod ex his colligitur ratione etiam constat. Horum autem omnium que de futuris habetur praestantissima est: cum praesentia , & praeterita in illam ordinata sint: nec praeterita amplius esse possint, praesentia silico effluant. manifestum est igitur, quod futrorum quam praesentium: praesentium quam praeteritorum cognitio excellentior est. Sed cuiusnam fini conducta haec sapientia? namque humanæ conditionis finem insuenerit prius decet. est igitur finis humanæ totius felicitatis. diu, ac bene esse. Porro an melius sit diu, non bene: an bene quidem, sed non diu esse: hoc a multis dubitatum est. Diu autem sumus, uel uita, uel parte nostri, uel memoria hominum. Parte nostri sumus

diuturni, uel generis propagatione, uel animi immortalitate, de hac autem cum seorsum scripsimus, felicium erit, ut de re liquis generibus solum dicamus. Bona autem constant animo, corpore, atq; exterioribus. Sic enim omnes penè, qui recte de rebus humanis senserunt philosophi, diffinierunt: ergo animi bona sunt uirtutes, & sapientia; corporis incolumentas, etas, robur, pulchritudo externa, diuitiae, amicitia, auctoritas, gloria, potentia, honores, filii, quamuis & ad diuturnitatem pertineant, affines incliti, deliciae, successus; his omnibus ferme uniuersa humana felicitas terminatur ac diffinitur, quæ tamen omnia regnum aut imperium unum adeò abunde complectitur, ut mirum non sit, quamobrem mortales omnes adeò anxie regnare cupiant: contrarijs uero infelicitas, nō igit malum est scire, quid cuique horum opponatur. ergo brevis uita diuturnæ: orbitas propagationis generis, in gloria uita, ei quæ diu in hominum memoria manet. Sic et animi uirtutibus, uitia: sapientiae stulticia, uel ignorantia aduersatur, corporis bonis, mala ualentudo, uel ægri tudo; ætati prosperæ, senit: robori, debilitas: pulchritudini, deformitas, & mutilatio: quamuis etiam aduersetur incolumenta, at ex exterioribus malis, opibus paupertas: amicitiae, oditum: auctoritati contemptus: gloriae, humilitas: potentiae, impotencia: honoribus, uituperium: filiis, ut dictum est, orbitas, nec spes habendi: Affinium dignitati, illis prorsus carere, ueluti non posse: delicijs, tristitia: successibus, infortunia. Sunt & aliqua communia corpori, atq; animæ: uelut artium delectabilium scientia, ut fingendi, pingendi, canendi, scribendi: alia corpori, & exterioris communia: ut libertas. Horum autem omnium quæ bona sunt, possessio etiam iucunda: præsertim si successibus adiuvetur, nam humana natura adeò nouitate gaudet, ut quæ habemus contemnamus, quæ non habemus desideremus: atq; in illorum acquisitione uehemeter delectemur. *πλεονασμός τερτιος είναι οὐδέποτε πάθος*. *Sæcetas est omnium.*
ut inquit Isocrates, adeò uero nouitas grata est, ut quanquam feramur

ramur ad mortem, futuros tamen dies occupare desideremus. tanta est nouitatis uoluptas, & populi nostros querunt dominos, quamuis sapientius experti calamitates; tum pugnas, ac bella, gratis concupiscimus: quae tamen pericula, & iacturam solum afferre possint. Igitur felix conditio nouis successibus tamē indiget. Sed si non omnia hæc simul haberi possint, à quoniam generare incipendum erit: à necessariorum scientia primo. Tum illa etiam quasi erunt necessaria, sine quibus reliqua habere nō possumus: atque illis solum præmittenda: In cæteris utilitas maior, & copiosior, præferenda est, tum ea quorum a tate ingrauescente non tam facilis est acquisitione: uelut loquendi rudimenta Graecæ, Latinæq; ac Mathematicæ, philosophie studijs, medicinæq; ac legum præponendæ erunt. Necessaria dicuntur quæ ad tuendam uitam exiguntur. Ratio igitur sanitatis custodiendæ & parandi uictus quotidiani omnibus præponi debent. Quamobrem plures, inter quos Plutarchus hanc uidentes necessitatem, contineunt rationem uiuendi scribere: sed non satis apte. medici apertius, è quibus Hippocrates: sed rem ipsam Galenus absoluit. ea nunc usu eonstat, à matribusq; docetur, quæ quamvis exacta nō sit, melior tamē est quam nulla. Quod si pro tot nugis, pro tot concionibus inutilibus, hæc publice doceretur, magnam hominibus utilitatem afferret. Succedit parandorum necessariorum ratio, uel custodiendorum gubernandorumq; in his qui honestum à parentibus patrimonium sunt consecuti: igitur illi artem, hi œconomiam, quandam discere in primis debent: ergo hæc erunt primitus non ignoranda. At uero ut de diuina sapientia sermonem ipsum aggrediamur: hæc tota circa optimū uitæ genus uersatur. Hoc autem fore diximus, bene ac diu uiuere, at quænam disciplina uel sapientia, hæc ambo locupletius docet: cum in diuturnitate terminum nullum statuat, nec in felicitate modum. utq; nihil prorsus ad rem decesset, etiā corpus particeps in nouissimo die efficit. ergo hæc sola sapientia circa finis perfectionē nulla ex parte errat, quamobrem si sic demonstrari posset

posset, ut persuaderi: non nisi stultiſſimus alijs negocij uacaret, cum quilibet ardentissime omnibus relictis, omniq; compressa voluptate, omni cōmodo p̄termisslo, ut olim sub Constantino & Iuliano, eremum ingredi ac habitare deberet. at quantulacumq; huius ſpes, multos tamen ad ſe trahit, omnesq; mortales fermē continent. Ergo minus mirū ſi ſub tanto auctore, Deo quidem ipſo magis, hac in cauſa, quam homine, tot oraculis, tot miris prodigijs, fide p̄miorum confirmata, plurimi omnibus relictis bonis, ad Christum ſe contulerint: preſerintq; cupiditas, commoda neglexerint, minas paruifecerint, cruciatuſq; cōtempserint: Quandoquidem ſola ſapiențiae opinio, multis proſit, quot enim Consultores, ſine cōſilio? Medici, ſine medicinac Duces exercituum, ſine militari disciplina? Artifices, ſine arte? Scriptores, ſine Scientia? Magiſtri ſine doctrina? qui tamen hi cauſis non minus rem ſuam bene gerint, ſola ſapiențiae falla opinione; quam ſi uere forent ſapiētes. O foelix ergo, & bene auſpicatum ſapiențiae nomen: quo ſolum foelicitatis partem magnā cōferte potest, namq; quod hi tales ſint, & ſuccelluſ ſerum dignoſcuntur. Duces exercitus, parua pugna, cōſultores reges, agros medici, perdunt. tum Scriptores inania proferunt, artifices non artificia, magiſtri rudes diſcipulos efficiunt, ſed maxima Primum labes, quorum error pernicioſus, & plerunq; emendatione caret. Ex hiſ etiā publica cum ſit conſultorum & diſcūtura, ideoq; deterior, nam non aliter hi ſub boni ſpecie, Principes euertunt: quam in Latrunculorū ludo fieri ſolet: paruſ ſolige enim proſpicientes, p̄ſens lucrum, iactura totius exercitus cōpensant: non igitur hi ſapiētes, ſed ſola ſapiențiae opinione ſulti, rem ſuam augēt: cuſtodiendam uero deſtruunt: eadem igitur & in diuine ſapiențiae opinione ratio manet, namq; cum una ſola ſit religio dei, omnes tamen beneficio ſuæ religionis gentes gaudent: quippe Romani diu deos ſuos uenerantur, pontifices & ſacerdotes, & augures ſtatuerunt: quibus in rebus parērent, conſuloribusq; in rebus arduis uteretur, dumq; illis abſeq; contemptu

temptu: ad bella, ad reconciliationemque, ad creationemque Magistratus sapienter usi sunt. prospera Romanis omnia fuere. At, cum Ciceronis tempore ne Catonem eligeret Pompeius preto, rem de religione mentitur. Cesar in Gallia Germanos preter sacramentum cædit: Crassus aduersis auspicijs, dirisque tribuni ex, petitus, contra religionem in Parthos parat expeditionem: ipse Cicero augur, auguria irridet suis commettarijs de diuinatione, ne, tum Deos ipsos: aduersa omnia reipublicæ euenerunt. Ut etiam non solum uera, sed falsa religio in precio habenda sit. Etenim & Ariouistus, ut Dion et Cæsar referunt, cum ante noctuam Lunam, qua prohibebatur mulieribus que Baccho sacra facientes diuinabant pugnasset: ingenti prælio uictus, nihil penè præter seipsum fuga seruauit. Nam filias duas & uxores, uel nece uel captiuitate amisi. Idē quoque accidit Appio Pulchro, dum in Sicilia spreta religione, cum Carthaginensibus naualiter prælio decertasset. Ergo esse aliquam sapientiam cultus cultu non solum Dei placent, sediles respubliques regesque successus habent; sed etiam illius auctorem, quicunque sit, quasi Deum habent: ostendit oraculum plane illud de Licurgo habitum.

Ηγετῶν δὲ λυκόργος ἐμὸν ποτὶ τῷοὐτῷ μόνῳ.
Ζεὺς φίλος καὶ πάντων ὀλύμπια μέματος ἔχεντος.
Διῆσα δὲ θεὸν μαρτυρέουσαν, εἴ αὐτηρώδην,
Αλέξανδρον μάλλον, θεὸν τὴν ἀπομονὴν δὲ λυκόργον.

Venis ὦ Lycurge ad meum religiosum templum, loui charus et omnibus qui eccliam habitant. Incertus est, utrum te Deum predicas an hominem: Sed tamen etiam magis Deum spero ὦ Lycurge.

Verum his relictis, ne clavum clavo trudā, denuo ad sapientiae laudes ac narrationem me conferam. Tum in uniuersum membra eius, ac partes amplectendo, tum etiam diuinæ qualitates prosequiendo. Etenim omnis sapientia utilis est ac necessaria: omnium tamen præcipua quae diuini generis est, atque in regno maximè. Vtque ab inicio quasi rerum sumam exordium: Moses diuina sapientia freuis, populum contumacem, ac sediciosum,

c per

per deserta loca duxit, & annis plusquam quadraginta in obsecro
quo retinuit. Simili genere sapientiae, eius successor Iosue, ad
bella & praelia imbellem multitudinem armavit, atque induxit:
partemque eam Syriæ, quæ etiam nunc gentis nomine Iudeæ uo-
catur, occupauit. Sed & Dauid pastoris filius cum plurimū di-
uina sapientia floreret, populum a seruitute liberauit: ipse in re-
gnum assumptus, diu ac magna cū tranquillitate retinuit. Post
quem eodem sapientiae genere filius per somnium illustratus,
regnum cum summa pace diutissimeque gubernauit: tanta cum
auctoritate, ut non solum ab omnibus finitimi regionibus cole-
retur: uerū reges ad ipsum locupletissima dona mitterent. Vnde
templū illud toto orbe celeberrimum exædificatū: Armamen-
tarium instructum: uniuersa regio ditata: thesaurisque reconditis,
qui etiam ad Vespasiani tempora peruererunt. Nec ad hanc
usque diē omnes eratos esse putant: Nam adeo magna pars exi-
guia illorum fuit, ut etiam omnem fidem superare magnitudo
totius videatur. Plusque unius hominis sapientia, quam uniuersae
populi Romani uires, ac uictorie, seu ad auctoritatem, seu ad pa-
cem retinendam, seu ad opes profuisse credatur. Quid Constan-
tinus? tot prælijs uictor, absque scelere? tāto imperio clarus; tam
diurna possessione pacificus? cuius tot adhuc pietatis monu-
menta supersunt: qui homines à metu, mundum & seditione, reli-
gionem à contemptu, ecclesiā à periculo liberauit. Quid Theo-
dosius imperator? qui eum Ioannem uirū sanctum in Lycoque
habitantem de rebus semper arduis consideret, imperium in pa-
ce filij reliquit. In bello præter omnem spem uictor: Vnde etiā
illud Claudiani, quanquam non Christiani poeta, cum exiguis
copijs Eugenium & Arbogastem superasset, occidissetque alterum,
alterum cepisset, celebratur:

O nimium dilecte Deo: tibi militat æther,

Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Ergo sapientiae diuinæ munus in regno, amplum ac diuturnum
est: reliquorum felicitas, aut non diurna, aut multis admixta
flagi.

flagicijs: ut non sinat eos qua possent, uti animi tranquillitate: in qua uniuersa humana iucunditas posita est. Verum cum in Mosis iam memoriā inciderimus, hanc abs re fuerit hoc quære re: cur tot expositi infantes, sine regno regnauerint: & sine fortunæ auxilio nomen inclytum sibi parauerint? Moses siquidem inter Iudeos: Oedipus in Boetia: Cyrus inter Persas: Romulus inter Romanos: & parū ante nostram ætatem Castrucius inter Etruscos, regnum ex mendicitate etiam formidolosum uicinis sibi parauerunt. Quid aliud hoc est, quam quod uel mediocri uitæ ruti, adeo tam in felicis originis opinio: atq; præter spem omnem seruatæ Deorum uitæ cura iuncta, & sapientiae in illis diuinæ, & custodiae fidem hominibus præbet: qua longè sibi maiorem auctoritatem parare, quam ex diuturnis uictorijs potuerunt: cum arbitrio fortunæ uictoria incertum habeat defensorem: patrocinium uero Deorum sempiternum esse uideatur.

Atq; id merito, unde etiam Herculū non solum Deum patrem affinxerunt: sed & in infantia enectos angues ab illo & filio seruæ miraculum origini additum, tantū poruit, ut Seruitus Tullius Romanū populū, ad mortē usq; tute rexerit, urbemq; auxerit, subegeritq; Sabinos. Verum ad regna hec ad priuatōs uero homines etiam longe utilior est diuina sapientia. Quippe cum hominis summa felicitas sit, diuina, ac bene uiuere: horum utrumq; sapientia diuina assumit: etiam locupletius quam dici possit. Adeo enim diu, ut semper; adeo bene ut non melius excogitari possit. Ostensum est autem hoc in his quæ de anima scripta sunt: tum etiam in libris de archaniæ æternitatis, & in secundo de Consolatione libro: & nunc quantum ad rem propositam satisfaciet, denuo ostendetur. Si enim opifex aliquis uniuersi, si causa, si moderator qui omnia certa ratione effingat, hoc unum solum præter rationem efficere non potuit, ut scilicet uniuersa elementa, nullius gratia sint, nec homo ullum præter hunc actio nūm suarum finem habeat: quorsum enim nascimur tendentes: an solum ut edamus, bibamus, laboremus: atq; inter tot cas

Iam hinc uersem iur? quos sum nobis data intelligentia? quorum Dei cognitio? an scilicet inter bonum et malum, inter pi? & impium, iustum & iniustum, nihil intersit? & si Deus nullus nostram curam suscepit, quorum tota haec uita nostra? & tam diuturnus annorum mundi cursus? Sin autem nostra agnoscit Deus aliquis, prouidentiamq; horum inferiorum habet: cur ad eum iniustus factus est? ut paria bonis & malis, religiosis & sacrilegis bona ac mala distribuat. quin etiam scelesti meliore conditione uiuerent: ita q; nisi mundum iuxta Satyrici sententiam illam gubernari credas. Sunt qui in fortunae casibus omnia ponunt,

Et nullo credant mundum rectore moueri,
Natura uolente uices, & lucis, & anni.

Procul dubio alium quempiam finem ab hac uita statuas necesse est. Vnde etiam Aristoteles, hanc difficultatem uidens, cum prorsus absconum fore ea negare quae prae oculis sunt: scilicet ordinem, motum, custodiamq; uniuersi, dixit: ἐπεὶ δὲ τὸν πόλεμον οὐδὲ τὴν φύσιν οὐκέτε θέλει καὶ πάθειαν, καὶ τρόπον εἰλέτη ποὺ κατέχειν καὶ θέλειν, ἐπειδὸν οὐ καὶ αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν εἰνόμην τὸ θεῖον τον οὐ τοῦ ιδείγματος καὶ πάντως οὐκέτε εἰπεῖν, εἴ τοι δὲ οὐ πλέοντα εὐδαιμονία. Seu enim mens (inquit) seu aliud, quod natura in nobis dominari ac imperare uidetur, & cognitionem habere honesti, atq; diuinis: Seu quia ipsa diuina sit, seu quod in nobis existentium diuinissima, huius operatio per uirtutem propriam beatitudo perfecta sane fuerit. Explicat autem quænam sit haec operatio dicens: ὅπερ εἶται θεωρητική, ἀριθμητική. (i. Quod nūc sit Theoretice dictū est.) Ergo ali quid est in humanis diuinissimum, à mente, atq; id ab omni corporeo impedimento sciunctum, ad quod diuina sapientia tendit. An uero illud post mortem statuendum sit, dicere non audet. Verum tanta est huius felicitatis magnitudo, ut etiam in uita nos beatos illius spe efficiat. Namq; si haec praesens beatitudo, uoluptas est, ab omnibus uel pluribus approbata, spes igitur firmat beatę uite, cum à consensu hominum comprobetur anima perpe-

perpetuas, maximam in hac uita felicitatem praestare potest.
 Igitur mirum minus Antonium, Hieronymum, Hilarium, Ais-
 gustinum, Apostolos omnes, tot Heremitas, tot Martyres, tot
 uirgines, tog Episcopos, tot legis Christianæ doctores, tot de-
 niz constantes in fide uiros, non solum beatos hac spe uixisse,
 sed sponte & uoluntatibus, ab opibus, & commodis, & potentia ab
 stinuisse. Etenim si etiam omnino nulla esset post mortem uita,
 tā iucundæ rei, ac diuturnæ, cōfirmata spes, omni alia humana
 felicitate potior esset. Quandoquidem nihil aliud habeas in hu-
 manis, hac relicta, in quo pedem ad animi certam tranquillitas
 tem figere possis. Potentiā, metus sequitur, diuitias solicitude,
 filios contumacia; amicitias uitæ inæqualitas: solitudinem tri-
 stitia; societatem contemptus, & labor; uitutes difficultas, uit-
 ia infamia. Omnia incerta, anxia, brevia, turbulentia, suspicio-
 nibus plena, solaq; mors non dubia cervicibus imminet. Qua-
 re non mirum tot Principes prouincijs relictis ad Diuinum cul-
 tum, ad priuatam uitam, ad difficultem ac duram solitudinem se
 transtulisse. Inter quos Ramirus Aragonius, Veremundusq;
 Hispaniarū Reges: tum Ludouicuſ Neapolissus, Guglielmus
 Pictonensis princeps, Carolomannus Caroli Marcelli filius, tum
 Lotharius Lodouici, ambo Gallorum reges; tum Batides regi-
 na etiam Galliæ, Amurathesq; Turcarum princeps regnis reli-
 ctis ad solitariam pauperemq; uitam in coenobij ducendam se
 transtulere. Omisso eos qui uel nondū gustato imperio, uel ca-
 sit aliquo, uel timore, uel fraude religionem amplexati sint cum
 uitæ priuatae instituto. uelut Celestinum Pontificem, Maro-
 neum regis Galliæ filium, & Chilpericū regno eodem pulsum:
 quandoquidem eorum qui nullo errore ducti, nullaq; causa ur-
 gente, sed sola uitute id peregerint, numerus nō satis nobis con-
 stet. Sed iam ad Aristotelis sententiam redeundum puto. Dixe-
 ramus iam sapientiam felicitatis parentem esse: eamq; potissi-
 mum diuinam. Quod quām ipsius philosophi testimonio pa-
 teat, his uerbis duodecimo p̄tīmē philosophiæ scriptis satis uide-

ri potest. οὐχιοῦ δὲ εἴναι, οἱ αὐτεῖσθαι μηρόνερον εἰμῖν. Inde pauci post, οὐδὲ νόνοις οὐ καὶ οὐ τίν, τὸ κανόνα ἀπό αὐτοῖς, καὶ οὐ μάλιστα, τὸ μαλιστα. tandemque cōcludit; ὥστε εὐένο μαλλιν τὸ τέλος ὁ σκεῖον νοῦς θεῖον εἶχεν, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ εἴσον καὶ αὐτοῖς. Εἰ δὲ ὅντος δὲ εἶχεν, ὡς ἐμεῖς ποτε, οὐδεὶς οὐδὲ θαυμαστὸν εἰ δὲ μαλλιν, ἐπιθαυμαστόνερον. hæc autem sunt quasi dicat. Vita autem Deorum optima est, qualis nobis etiā breuissimo tempore cōtingit. Namque ipsa intellectio talis est, qualis res quæ intelligitur, optimorū optima. Optima autem & maximè propria eius, quod maximè etiā est. Ut igit̄ hoc magis illud intellectus est, atque diuinæ res, sic & contemplatio melior, atque delectabilior existit in nobis. Si igit̄ eadem Dñs sempiterna qualis breuissimo tempore nobis erit cognitio Deorum ac uitæ admirabilis; si etiam melior admirabilior. Manifeste igit̄ summā hominis felicitatem ac diuinæ uitæ simillimam in Dei contemplatione, & sapientia illa suprema ponit. Quæ si umbra tiliis existens apud Aristotelem, hoc tamen efficere potest: quid hæc nostra tanto præmio, tamque diuturno, tam firma spe fulta efficere poterit? Ergo nulli dubium esse debet, sapientiam diuinam summā hominis felicitatem comprehendere. Sed quinam sunt qui illam affectui fuere? Prophetæ ut existimō omnes: uerum inter hos præcipui Helias, atque Heliseus, et ex his ultimus Esaias, post hos Dauid, & Salomon, Inde Hieremias, Daniel, Ezechiel, Ioannes etiā Baptista: duodecimque reliqui minores prophetæ, sed ne ego uas sapientiæ inter extremos ponam? Hic igit̄ ut inter nouissimos primus, ita inter reliquos à nobis ne altius sapere nunc uelimus adnumerabitur. Minor est Helias, maior autem quam Amos: sic & Moses si Helias minor fuit, & Abramus alijs certe non erit postponendus. Omnes igit̄ prophetæ, Apostoli, doctores, prædicatores, Martyres, priores ac constantes in fide homines, diuinæ sapientia floruerent. Sed quid hæc sapientia? aut qualis est? Initium eius certe ut scriptum est, timor Domini: at uero medium ac finis in eodem posita sunt: iuxta prophetam dicentem: Beatus uir qui timet Dominum, &

qui

qui vult mandata eius. Quis nam beatus esse potest absq; securitate? Quis securus absq; fide? ubi fides absq; spe, quæ de Deo & futuro seculo concipitur? ergo spes futuri seculi mandata Dei seruari, & timorem illius postulat. Omnis enim ut dictum est humana felicitas impura, & breuis, & instabilis est: igitur uera à Deo expetenda erit. Qui igitur beatus est, in timore Dòmini est constitutus. Est igitur uera sapientiæ diuinæ diffinitio, legis custodia, timor excellsi. Et quamvis nemo semper lumine diuino, nemo affatim, nemo diu illustretur: omnes tamen ut existimo aliquando illius beneficiū sentiunt. Ut enim omnibus hominibus, uel saltem in uita semel datū est flere, ac ridere, sed tamen neq; diu, neq; æqualiter: sic etiam uiuere: omnes enim in hanc uitam uenient mortales, sed non æqualiter manent: sic intelligere, & diuinó lumine frui, omnibus quidem concessum est, sed non tamen æqualiter omnibus: imo uelut abortiuis foetibus, quibusdam quasi momēto temporis, alijs quasi perpetuo, & ad mortem usq;. Verum quid non semper, hoc indicat, quid in uilissimis rebus naturali & quandoq; humana sapientia indigemus. Nimirum enim contemnenda foret hæc sapientia, si ad cibum, potum, uenerea, somnum, exercitationem, corporisq; curationem illa uteremur. Sed nec perpetuo: quis enim ferat cum mortalis sit, lumen illud æternū quasi sibi congenitum? affatim uero, neq; in omnib., quod huius nostra natura capax minime sit: sic Mosen, sic Heliā, sic Helisetū, sic Ionam, sic Petrū, sic Paulum aliquando sp̄ritus ille diuinus deseruit. Ergo quid mirum alios non semper eodem afflatu fuisse munitos? qui non parem his gratiam sint consecuti. Sed & Seruator ipse in morte cōqueritur, deserit ab eo, qui tamen non aliis esset ab ipso. Quomodo ergo nobiscum semper esse poterit: Atq; idē, quamvis sapientia diuina alijs non indigeat generibus, qui tamen sapientes sunt indigent. Nanc; Augustinus dialectica, & philosophia, Paulus, & Hieronymus, linguarum scientia, Hebraicæ, Græcæq;, cum etiam scripturæ sacrae. Unde illud etiam consitentis Apostoli

stoli, eruditus apud pedes Gamalielis : non quod sapientia diuinata ullius horum sit indiga, sed quod non semper homo tanquam aliena re uti possit. Neque etiam unus generis est illa : nam alijs signa, alijs linguarum genera, alijs diuinationem, alijs interpretationem, non uni omnia largitur : ut ipse idem Apostolus docet. Et quamuis propter se sapiens, hoc modo nullius indigeat, plurimum tamen laborare debet, ut aucta dicendi facultate, sapientiae illius fructum alijs hominibus communicare possit. Vt enim triticum per se nullius indiget, ut tamen propagari possit, agros, colonos, instrumenta, ac curam rusticæ rei desiderat. Sunt igitur huius sapientiae duo præcipua præcepta, quæ ad operationem pertinent: de quibus Seruator dixit: Deum tota mente diligere: proximum uero ut te ipsum: Nam in his omnia legimandata continentur. Qui enim haec habet, nec aduersus Deum, nec aduersus hominem peccabit. At uero omne animi uitium aduersus Deum, uel hominem est, namque impietas, βλασφημία, legis, ac ceremoniarum contempsus, & praua de Deo opinio, aduersus Deum sunt. Libido, auaritia, crudelitas, ambitio, iniuria, luxuria, odium, ira, contemptus aliorum, mendacium, adulterium, furtum, mollities, omnia aduersus hominem. Qui igitur nec aduersus hominem, nec Deum peccat, is non peccare uidetur. Peccat & qui deses est, & qui iniustus, aduersus hominem. Omnia igitur seruat illæsa, qui haec duo tantum præcepta illibata seruauerit. Sed & alia tamen duo sunt præcepta ad uitæ institutionem: scilicet ut simplicitate columbas, prudentia serpentes imitemur. At uero de columbarum simplicitate, adeo exemplum est manifestum, ut pro innoxijis à poëta describatur: dum mores temporum carperet: dicente:

Dat ueniam Corvis, uexat censura Columbas.
Sed de serpentum prudentia, ratio altius recondita uidetur. Ergo serpentes inter animantia prudentissima, rationis tamen experientia, tribus cauulis existimari debent. Prima quod pugnaturi mortiferas edant herbas, ut hostem facilius ac certius conficiat.

Cum

Cum ad latebras reuertuntur; non recto tramite, sed diuerso re-
deunt: ne uia ex hudo corporis depræhendatur: cum senectam
exuerint quasi infirmiores facti, perpetuo latent. Sic nos cautos
esse decet, ne iniqua pugna decertemus, aut improuide succum-
bamus: ne inconsulti depræhendamur: ne imbecilles & iner-
mes quisquam nos opprimat. Si leo quodd uulgatum sit, contra
præcantationes aurium alteram terræ affigere, reliquam cauda
obrudere, ne illas exaudire possint: mihi sat semper fuere histo-
riarum absq; fabulis exempla. Hæc igitur est summa ratio per-
fectæ sapientiæ: quæ quamvis nostro in arbitrio minime sit, ut
pleracq; tamen alia, querentibus magna ex parte se offert. Ve-
rum tamen non in hominum uoluntate, non in exercitatione
constat, sed in dono quodam coelesti: unde Job dicit: Sperabam
quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doce-
ret sapientiam: Sed ut video spiritus est in hominibus, & affla-
tus omnipotentis est qui largitur intelligentiam. Plura nimis
ad hanc confirmandam opinionem adducere possem testimoni-
a, quæ cum circa rem apertissimâ sint, superflua forent. Nanq;
quid clarius est, quam quod dona gratuita sint: diuina autem fa-
pientia donum dei est; si igitur cum omnia fecerimus, merito de-
cere possumus, serui sumus inutiles. Sapientia Dei spontaneum
donum Dei erit: nulla arte, uel inuentione paratum. Quod em-
sic paratur, nō iam Dei donū est, sed aliud sapientiæ genus: natu-
rale scilicet, uel dæmoniacum, aut humanum. Cum ergo Dei
dona quæ ultra munus naturæ sunt, rarissima sint, tamē magis
quæ nostræ repugnant mortalitati: unde eam raritatem idem
Propheta docet dicens: Nescit homo precium eius, nec inueni-
tor in terra suauiter uiuentium. Quid mirum sigitur, multo mi-
nus in improbis, aurueri Dei non cultoribus, uix inueniri: ve-
rum tamen etiam inueniri potest, quamvis raro, & non diu uni-
quam: ut in Caipha semel, dum de Christo dixit, quod oportes-
ret unum hominem mori pro populo, ne tota gens periret. Se-
mel & in Balaam, iuxta gentis exticidum fuit. Paucis etiam uis-
cibus

cibus, in Agabo, & Saul etiam prophetauit, quanquam Deo sit uisus foret. Mulieres etiam quas Sybillas uocabant olim: uerum tamen obscurum est hoc, nec omnino certum, unde proficiscatur: quandoquidem non omnis uera diuinatio, à diuina sapientia oriatur. Nam & Arioli, et Astrologi, et Phytones, absq; diuina sapientia futura prædicunt. Sic & somniorum interpretes, & Physiognomi, ac Medici: atq; in uniuersum spontanea, & sine arte diuinatio, cum triplex sit, diuina, dæmoniaca, & quæ à rerum conjectura experientiæ profiscitur, quam uocant prudentiam. Prudentia uero ad Deum diuinaq; nō pertingat, dæmoniaca uero de Deo nō sit, nec in reliquis ex toto adeo perfecta, rarissima uero in sceleratis, in priuatis autem hominibus si uita flagitiosa adiungatur, nunquam: Propterea enim subiunxit Euangelista de Caipha, quod illius anni esset Pontifex: fatus facile dignoscí poterit, quæ nam diuinationis pars ad diuinam pertineat sapientiam. Nam non omnis ut dictum est diuinæ sapientia portio, futura prenoscere facit. Taliis igitur ac tam rara existens omni etiam laude digna erit: unde Hieronymus adiuer sus Iouinianum, Sapiens misquam solus esse potest: habet enim secum omnes, qui sunt, quicq; fuere boni: & animum liberum, & quocumq; uult illum transfert. Et quod corpore nequit, cogitatione complectitur: & ubi hominum inopia fuerit, cum Deo loquitur. Ergo sapientis uita ipsa iucundissima est, et nullius indigna: quod maximum mortalibus pedari est. Quid enim melius est, quam ab his esse absolutum necessitatibus, quæ non sint in nostra potestate: eoq; solo indigere, qui & nobis sit amicissimus: cuiusc consuetudo iucundissima, & gloriofissima sit: quiq; nec fallere possit, nec cæcutire: hunc igitur solum beatum esse dicam, ac inter mortales immortaliam uita frui: eumq; delicias futuræ sempiternæ uitæ sentire. Quare quantum ad huius uitæ felicitatem pertinet, quantum ad modum ac magnitudinem illius, quantum ad causam, ad securitatem uie spectat: Hieronymi, & Aristotelis sententia, de sapientia, ac sine nostro humana:

manæ felicitatis nihil penitus differunt. Ita ut philosophum religiosissime. Theologum naturaliter maximè de eadem re, eadem etiam scripsisse dicamus. Sed fam paulatim uerba grauissimi uiri cōsideremus. Quatuor sunt bona eius quæ diuina sapientia præditus est: atq; ea omnia, ut uel singularia sunt, nec ab ullo alio genere sapientie, uel humanæ felicitatis haberi queant; aut non tam magna. Siquidem esse cum Deo, & cum illo loqui, hoc proprium, hoc solius eius est, qui diuina sapientia præditus sit. Alterum etiam quod est, omnes secum habere bonos, adeò uidetur huius sapientiae præcipuum donum, ut ferè nullius alterius uideatur: nam reliquos omnes bonos, ac sapientes, nusquam tam concordes comperias ut in nullo dissideant. Animum autem liberū habere, ac omnia illo posse complecti, quamvis etiæ sapientiae naturali communia sunt: attamen non æqualiter in utrisque sunt. Nam sapientiae diuinæ munus adeò amplum est, ut non solum omnia hæc humana optare non faciat, sed spernere cogat. Vnde Paulus etiæ cupit dissoluī, & cum Christo esse; nec solus ipse, sed phires non morti tantū, sed & tormentis sponsæ se obijciebant. Quod si unus philosophus pro miraculo, quod tamē in dubio est, laudine an uituperationi dari debeat, omnia sua bona abiecisse memoratur? Quotnam uidebis, qui amore Christi reges, principes, diuites? quot etiam nunc in dies qui relictis omnibus, tum etiæ amicis, parentibus, liberis, affinisq; solitaris, & mendicæ uitæ se mancipant? equidem cum haec spe cito, haud dubiæ id pronunciare ausim, & animi libertatem ipsam aut solius esse diuinæ sapientiae præmium, uel maximum saltem. At cognitio rerum eandem subit rationem: cum humana omnis obscura, turbida, anceps, imperfecta, laboriosa, curiosa, erroris etiam plerunque sit plena. At contra diuina illa clara, nitida, firma, perfecta, dulcis, defecata, uoluntariaq; est. Quamobrem unus qui olim sapiens Salomon, in Proverbij dicit: tanquam ad plebeios viros sermonem habens: Melior est sapientia cunctis operibus pretiosissimis. Nec ulla est tam grata hominibus.

res quae illi possit coequari: nam etius est consilium, æquitas, prudentia, fortitudo. Ea freti legum conditores iusta decreuerunt: reges tuto regnant. Hac ipsa diuinitas, potentia, & gloria comparantur. Nec fructus illius argento splendido, non auro, non gemmis coequari potest. Quinam ergo merito magis eam laudabit quam si quis expertus est: aut cui nam magis credemus quam illi qui eam à Deo sit consecutus: Auctoritate rex maximus, experientia prudentissimus, magistro Deo doctrina nulli comparandus, uita felici, diuina populo saluberrima: nam nec ante Salomonem, nec post. Hebreorum populus uel tam diu in pace, uel tam tute, uel tam opulentus, aut adeò multitudo ne auctus fuit. Ergo sapientia diuinæ, quamvis etiam exiguae, tot munera suis seculis, et ad hanc usq; æratæ in Salomone splendent. Huius igitur unum caput ut dictum est, in quo omnes consentient philosophi, Theologosq; Dci cognitio erit. Vnde etiam Lactantius, omnis sapientia hominis, in hoc uno est, ut Deum cognoseat, & colat. Alibi etiam illud subiungitur in sacra pagina, neminem Deum diligere posse nisi sapientem. Proprium igitur sapientis, q; omni, quod soli atq; semper conueniat, est Dei cognitio, cultusq; ac amor. Propterea enim in hominibus perpetua non potest esse sapientia: sed ut Aristoteles dicit, μηδὲν ξόνον οὐκέτι, paruo nobis tempore: utinam ergo diu. Itaque nil mirum quod à propheta scriptum est: Quoniam in malevolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quomodo enim qui Deum diligit, legem illius negligere posset: aut qui legem custodiet peccare: aut quomodo Deum cognoscemus, sine diuina sapientia: & quoniam pacto cognoscentes Deum illum non diligemus: igitur si quis Deum diligit, ut sacræ literæ docent, mandata illius seruat: & ad illum Deus ueniet, cum eoq; manebit. Nihil autem est ut Deus ueniat ad sapientem, cum ubiq; sit, nisi ut illi se manifestū reddat. Ergo summa hominis felicitas, summa quies, summa securitas est diuina sapientia. At diuina sapientia erit Deum cognoscere, diligere,

diligere^{cqz} Incognita enim diligere uere non possumus, ut recte dicebat Augustinus. Dei dilectionem sequitur legis etiam diuinæ custodia; quamobrem sapientia diuinæ fructus, causa, & signum, ex his manifesta sunt. Siquidem causa est Dei cognitio, dilectio^{cqz}, ac cum illo ut ita dicamus collocutio. Signum autem ut legis diuinæ mandata seruet, humana^{cqz} omnia spernat, quæ ad diuinæ cum comparantur, sordida sunt: opes, amici, filii, parentes, affines, potentia, gloria, cætera^{cqz} huiusmodi. Fructus est diuturna, secura, ac summa felicitas, quæ homini in hac uita possit contingere. Frustra ferè fore existimem. Platonē in hanc sententiam deducere, qui sit religiosissimus: sed tamen nō tam ad huius rei confirmationem erit necessarius, quam turpe mihi eum in propria causa deserere: Inquit enim in epinomide. μῆλον τοῦ αρετῆς, μηδὲν ἡμᾶς πόπι πέτερας διορθίσεις εἴνου τῷ θυτῷ γένει maiorem quidem uirtutem nemo mihi persuadebit humano inesse generi, erga Deum pietate. Ecce summā in hoc sapientia collocatam, sed audi sapientem solū felicem fore in Alcibiade. Καὶ αὐτὸς οἱ οὐρανοὶ, εἰπεν μὲν τὸ σωφρὸν καὶ αὐτοῦ δός ἐστι, διστάσματα εἴνου. Λλ. οὐκ οἱ οὐρανοὶ οὐδὲ οἱ αὐτοὶ κοσμοὶ τὴν αὐθεντίαν αὐθαίροι. Λλ. σφρόφραγχε, σωτὴρ ἀπεστάλθει οὐ ταλαιπώσεις, αὐθαίροπτος καὶ παλαιότερος. αὖλος οὐ φονίσεις. Quasi dicat. non igitur nisi sapiens sit atcqz bonus beatius esse potest: atcqz ideo malī etiam miseri. Quare non diuitia, sed sapientia, hominis infelicitatem abigere poterunt. Tamdiu ne in hac causa uerba aut laborem hunc protulero quasi non manifestius Solis lumen sit, omnem beatam uitam in probitate, & Dei sapientia, omnem miseriam in ignorantia Dei, in flagicio^{cqz} esse constitutam. Esset^{cqz} res ipsa clarissima, si uel boni ipsi liberi essent, uel malis dominarentur: uerum cum plures^{cqz} accidat, ut malī bonis imperent, id non tam aperte uulgo patet: plures^{cqz} ex humano fastu felicitatem aestimant, quam ex propria felicitatis natura: ex sapientium auctoritate: uel etiam ex ipsa ratione. Nempe cum tria sint quibus omnia probentur, ratio, auctoritas, experientia, Sapientibus ratio magis satisfacit, Populo au-

ctoritas, media inter utrosq;. atq; inter utraq;, experientia erit; Quæ tamen si recta sit, apud omnes omnibus potior est. Cum itaq; experientia plures diuitias ac cætera bona, quam sapientiam diuinam, quam probitatem, quam legum custodiām sequi uideantur: idcirco sit, ut non in sapientia diuina, sed in opibus, ac potentia, sitam beatitudinem putent. Verum id licet, quan- doquidem paucioribus diuina sapientia concedatur, quam re- liqua omnia bona etiam pariter sumpta: at uero quantum po- pulus auctorati tribuat belle Virgilii docet dicens:

Ac ueluti magno in populo, cum saepe coorta est
Seditio, saeuicq; animis ignobile uulgas:
Iamq; faces, & faxa uolant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem
Conspexere, silent, arrestisq; auribus astant.

Ille regit dictis animos, & pectora mulcit.

non ratio, nō periculum coercere potest uulgi impetum, sed au-
ctoritas atq; ut video par est, ut quæ putant natura excellentio-
rem, se illi magis quam sibi concredant: Cum igitur reges, ac
principes, potentesq; his studere, non sapientiae uideant: potio-
res sapientia dueunt diuitias, atq; cætera mortalia bona: sed
quid si etiam Solem, non palmo maiorem, ut etiā Epicurus, exi-
stimant. Ideo ne sit ut Sol ipse, non centies sexagies sexies ac par-
te etiam insuper, terram totam ac aquam contineat. Et si terra,
quæ sub pedibus sit plana uideatur, an ideo ad libellā aquæ didu-
cenda erit: quin ex centesima altitudo computetur, quod rotunda
sit. Ergo in omnibus quæ diligenter scire, ac disjudicare uolu-
mus, non aliunde magis, quam ex ratione ratio expetenda erit:
& ex celebratis auctoribus, auctoritas; & ex sapientium pericu-
lo, omnis experientia. Porro si sic iudicaueris, iam existimo abun-
de liquere omnibus testimonij sapientiam diuinam non solum
cæteris bonis mortalium præferendam, uerum etiam incompa-
rabilem beatitudinem in se compræhendere. Vnde sapiens ille in-
sacra pagina, non male encomijs eam extollit dicens: Sapientiae
splen-

splendor Solis lumine maior , gratior stellarum pulchritudine,
ipsamet luce iucundior: cum qua omnia bona homini aduenire
solent : salute carior , atq; ipsa forma formosior . Et quantum
valuit clypeo Virgilius imitatus quem Vulcanus Aeneæ sa-
pientiæ dono largitur, dum dixit:

Septenosq; orbibus orbes impediunt.

Quasi omni sapientiæ diuinæ numero absoluto , eandem in
maiorem in clypeo Achyllis Homerus expressit . Nihil enim
est quod magis nos tueatur sapientia diuina . In Palladis etiama
scuto eandem sapientiæ norma sed exactissime obseruant dicens:

Aegidaq; horrificam, turbatæ Palladis arma :

Certatum sqammis serpentum, auroq; polibant.

Connekosq; anguis, ipsamq; in pectora diuæ

Gorgona defecto uertentem lumina collo.

Sed quorsum tot ambagibus Cumq; cōsilia expetunt? tum An
chisæ colloquia apud inferos: cum Aeneam Venus mater diui-
na mente , frequentibusq; ac necessarijs consilijs muniret : nisi
ut illum ostenderet, quem summis laudibus esset celebraturus:
quiq; maximas uictorias esset consecuturus : qui Romano im-
perio initium, Cæfaribus originem daturus esset: omni sapien-
tiæ diuinæ genere abundasse . Neq; ut dictum est illius unum
tantum genus est, que ut melius explicaret , poëtico more singit:
non ab una causa sed à pluribus ortum habuisse . Sed hæc relin-
quamus, simul & illam quæstionem præterire decet: cur bonis
mali dominantur: In libris enim de Archanis æternitatis abun-
de ostensum est hoc; nō tanquam frequentissimum, sed aliquan-
do etiam ut necessarium. Verumtamen hæc quamuis etiam ita
forent: si tamen diuina sapientia arte aliqua, uel humana indu-
stria haberet posset, plures illam quam opes , aut potentia seque-
rentur : sed una raritatis causa est, habendi difficultas, & rursus
difficultatem desperatio parit . Vnum uero ac maximum huius
sapientiæ caput est, multa esse in plura, quæ nullo alio sapien-
tiæ genere haberi possunt nisi diuino, atq; ex his aliquo ex gene-
re toto

re toto; quale hoc est. Lex admittit filium ad haereditatem ad undecimum usque mensem; Hippocrates negat ultra decimum mulierem ferre: nascitur ex uxore non omnino illibatae famae filius post decimum mensem quam illam eius uir attigisset: Queratur an illum relinquere alijs debeat cohaeredem: simile huic ex pudicissima uxore defectis arterijs illis que post aures sunt aegritudinibus causa uiro: post biennium nascitur filius: Hippocrates negat eum cui sic incisa fuerint uenae pulsatiles, generare posse. Merito igitur querat quis, an uxorem repudiare debeat: ergo propter id cur Ioseph non dimiserit virginem docet Euangeli-
sta: monitum dicens uirum, ab angelo, quod qui in utero gestatur, ex Spiritu sancto est. Non enim ignorauit, quod res haec sapientia diuina indigeret. Quale etiam illud Libani cum lex esset quae poenam indicaret ante trigesimum annum apud Lacedemonios peroranti: Atheniensibus Misene liberam, a Lacedemonijs per legatos dimitti postulantibus: contradixit Archidamus, annos nondum natus triginta, publice legatis. Persuasit populum de bello. Inde uincientibus Lacedemonijs Archidamus uiolatae legis accusatur. Simile illud Rex suspectos quosdam ciues habens, nec tamen cum indice certo, aduentante bello an in exilium iniuste illos mittet: an cum discrimine tot innocentiorum retinebit, si ipse optimus extiterit: Sic & illud quamuis & lege iudicatum, & populi fauore absolutum: cum Horatius ille sororem moerentem ob uitri patriae hostis, in cuiusque salute reipublicae salus posita esset, occidit. Et cum pater adolescentulum filium iugulauit e muro, quod illius forma pellectus tyranus, cum concedere ciues illum ei noluissent, urbem obsideret: Inde morte adolescentuli soluta obsidione pater parricidij accusatur. In iudiciis lex plurima suffragia uincere iubebat: septem constitutis iudicibus, duo reum morte, duo honoris priuatione, tres exilio ad tempus condemnarunt: reis uult exilium. Taliia cum innumerabilia sint qualia etiam sed crassiore Minerua Quintiliano ascribuntur, commemorare minime decet; in qui-

bus sapientia diuina indigerentur. Ergo & in naturalibus, similia erunt absq; fine. Quis enim nos docebit, quoniam pacto eorum revoluantur? Cur ad Boream Magne lapis ferrum superimum possum dirigat? cur Luna maculam semper ex eadem parte retineat? cur raro admodum uel nunquam laurum fulgor feriat? quis quadrato circulum dabit coequalē? cur duo cubi numeri unum cubum numerum efficere non possint? cur tot animalia manca si ipse prudentissimus omnium opifex est?

HIERONYMI CARDANI DE SAPIENTIA Liber secundus,

IAGO nimirū est ô Sfondrate optime uera Aristoteles illam fuisse sententā: Maximam partē eorū quę scimus, minimam esse illorū quae ignoramus: Si de cunctis rebus, atq; manifestissimis, adeō paucā atq; etiā imperfecta cognoscimur. Atq; ideo si uel arte aliqua, uel studio, diuina sapientia nobis adueniret; superflua certe omnis alterius sapientiae tractatio foret: Verum cum adeō pusilla, atq; exigua, ut ne uestigium quidem humano generi concessum esse videatur: illaq; quantulacunq; sit, nulla industria nulla ue studio nobis pateat: cogimur non solum de alijs abunde, uerum de ipsa parte admodum scribere. Est em̄ prorsus audaciſ imò temerarij consiliij, uelle alios docere quę ne scias, & ea scribere quae ignoreſ. Quamobrem ob hanc causam non solum, uerum etiam quia quaeſcriberem cum difficultissimum esset intelligere, longe tamen difficultius esset scribere quaeſentirem, diuinae sapientiae historia brevissima erat. Namq; quod ad subiectam rem pertinet, cum omnia quae ab alijs tribus con-

tinentur latè ipsa amplexa sit; si uel eius portio aliqua digna nobis nota foret: uel tam exiguae partis adipiscendæ ratio aliqua pateret: sanè multò maiorem diligentiam in illa, multoq; maiorem in reliquis explicādis laborem impendissimus. Verum cum uel ob nostram inertiam aut prauitatem, uel naturæ humilitatem neutrum horum concessum nobis sit, cogimur quamquam rem arduā ac multis modis implexam, totis uiribus summae industria pertractare. Atq; ut altius parū repetam, cum omnium eorum quibus nulla medicina adhiberi potest malorum, una sit ratio sapientiæ consolatio: de qua alijs in tribus libris differuimus, reliquum est ut hic uel de malis quæ tolli aliqua arte possint, uel de bonis parandis aut retinendis sermo sp̄se instituatur. Etenim non solum in morbis, uerum etiam in malis cunctis si prorsus abolendi nulla ratio sit, ultra id quod conando operam iuseris, deteriorem paries seu animi seu corporis seu fortunæ conditionem. Ergo in omnibus bonis habendis aut etiam retinendis, malis ue arcendis, illud primum scire expedīt, an quod queris uilla ratione possit inpetrari: quod si non: ad consolandum te ipsum conuertes, seu ratione seu transmutatione seu obliuione illud commodius euadat. Sed si simplicandi spes adsit, quonam pacto id celerius id tutius id melius efficere possis: nam hæc tria in omnibus expendere oportet, considerandū. Quare ut ab initio quodā sumamus exordium, diximus sapientiæ esse rationem quandam ad subsequendū propositum conuenientem. Aristoteles nō sub alio ferē sensu eam difinit dieens: τὸν δὲ σοφίαν εἶ τούς τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς τὰς γνῶστας οὐδεὶς μηλούς, quasi dicat: sapientiæ in artibus esse quandam excellentem rationem illarum, ut si Phidiam statuarium Apelles pictorem sapiētem appellemus: utriq; enim eorum in sua arte nihil defuit quo ab omnibus earum artium studiofis non probarentur. Aliud etiam est sapientiæ genus per se, quod nullam habet propriam subiectam contemplationem, uelut Homerus cum de Margite loquitur dicens:

τὸν δὲ τὸν ἄρρενα πατέρα θεοῖς θεούσιν, τὸν δὲ γυναικά,
οὐτὸν ἀλλαγός πιστοφόν.

Hunc autem dī neq; fōssorem, neq; oratorem
fēcerunt, neq; alias quicquām sapientis.

has ambas uno sapientiae nomine hic comprehendē uolumus: nam omnis prēclara cognitio seu boni seu mali, seu ut diximus in mente seu in oratione seu in operatione sit, sapientiae apud nos ut etiam antiquo tempore nomen habet. Multa uero ut diximus cum sint, quae transmutari nequeant, ut senectus & corporis mutilatio, postquam acciderint, sapientis erit cognoscere primum in his quibus cura adhibenda esset, an adhibita ex toto malū auertere uel saltē lenire queat: quod qua ratione fiat infra dicemus. Nunc autē ipsa sapientię ratio immo uniuersa cognitio humana prius erit distingueda. Nam animi uirtutes ut Aristoteli placet, quinque facultatibus subserviunt, arti, prudentia, scientia, intelligentia ac sapientia. Verum & his necessaria est memoria etiam præteriorum, ac cognitio præsentium, cum historiæ scientia; nā hæc omnia sub scientia exquisita hanc comprehenduntur; necessaria est etiam experientia, coniectura, iudicium; quae & si prudentiae partes uideantur, multum tamen ab illa differunt. Quin etiam nauitas his adiungenda erit; quae non solum sapientia sed & reliqua uirtutes ad opus ipsum deducuntur: ut merito, & si factio uocabulo declarata res est, ornamentum sapientiae dici posset; si tamen illius pars & præcipua non esset. Nanque quis sapiens dici iure poterit, qui sapientia quamuis ingenti præditus, illam contemnat & per sordidam negligat? Sunt & aliae uocatae uires animi ac uirtutes, quae non ad sapientiam pertinent, sic ut sub ea cōtineantur, uelut Fortitudo, Liberalitas, Iustitia, pluresq; aliæ eiusmodi. Verum ex his quae sub sapientia continentur Prudentia est, semper utilis atq; omnibus necessaria, atq; extra ipsam fortitudinis pars illa quae necessaria equo animo ferre docet, non quae ad uoluntaria discrimina hominem impellit alacriter. Nam hæc non semper forsitan utilis & non ab omnibus ex aequo probat. His igitur reli-

Etsi supereft ut de sapientiae partibus dicamus. Tum maxime his quae uel animū ornare, uel corpori prodeſſe, aut fortunata in melius mutare poſſunt. Erit aut ut diximus una ſapiētiae ratio, ut diu ac bene uita. Igitur de diuturna uita primo dicendum erit; at equidem multiplicem eſſe hanc etiā antea oſtentum eſt, animae ſiquidem corporis, ac totius que uera eſt uita. Tum etiā in imagine gloriae uel reliquorum monumentorum. At de animae uita, quae in noſtra non eſt facultate, ſed aut nullius certe ſapientiae, aut ſoliuſ diuine, iam ſermonem habuimus, aliaſ etiam non in hoc libro dicturi: quamobrem de uera uita dicendū eſt, hec tribus modis longior euadit, ſcilicet temporis diuturnitate, libertate & uſu. Fit uita longior tempore productio ſi omnia mo- derata ſint, unde ex Hypocrate Galenus hoc carmen citat:

Σιητα. ωντα, υπνοι, αφοδιοι, παιγνα μεσηια. i.

Cibi, potus, ſomni, Venus, omnia cum modo.

tu tamen cum hiſ & exercitationis mediocritatem adnumerabis. Sed & circa ſomnū ſi paulo ſit copioſior, uita etiam eſt diu- turnior ac ſalubrior. In ſtudioriſ tantum exiſtimat Aristoteles longitudinem uitae prouenire. In animantibus, uel ob magnitu- dinem, uel ob paucitatem ſuperfluitatū, uel ob humoris natu- ui abundantiam. Ergo ſi cui bene uiuere coceſſum eſt, ut diu ui- uat ſolum ſolitus eſſe debet: ad id igitur coſert, ut temperatas habitet regiones, atq; iuxta mare: nam quod eſt humidū natu- ui minus conſumitur in humidiore cœlo, nec facile ob ſalfedinem corrumpitur. Indicio autem eſt, humidiora animalia diutius ui- uere, quod uiuacitate ſi Aristoteli credimus homo ſoli cedat ele- phanto. hic autem ob eximiam magnitudinem, praeterquam quod plurimo abunda humido, uiuaciflum omnium anima- lium eſt. At uero humidum resolunt omnia immoderata: tum maxime que uel calefaciunt, ut exercitium, uel exiccant, ut uigi- liae, uel humidum educunt ut Venus: uel plura ex hiſ faciunt, ue- lut morbi. Superfluam excretionem prohibent quæcumq; uel al- limenta concoquere faciunt, uel quantitatem illorum pro natu- ra me-

ra metuntur, tum illorum electio. Ob hoc igitur formica uisit
diu, cum animal sit adeo paruum atque siccum, quod excrementsa
ferme nulla emittat. Porro quae plurimum uitam decurtant, mor-
bi sunt atque curae, extremaeque infortunia: Sed de morbis in qui-
bus uitae libertas inest seorsum dicendum puto. Fiunt autem his
omnibus his ferme causis quae etiam uitae aduersantur: at uero
curae etiam cum libertate uitae tollant, morbis adnumerari pos-
sunt, seu quod ipsa cura morbus sit, ut bene poeta inquit:

Cū sic unanimem alloquitur male sana sorore, tum ibi
His medium dictis sermonem abrumpit, & auras

Aegra fugit. Sed & Euripides Orestem aestu mentis
laborantem agrum appellat, ut ibi: ὁ ταῦ μὲν οὐ μακρὸς οὐδὲ
σύ, ἔμφω δέκην περι. i. Quando quidem corpus morbo levatum fuerit, compo-
mentis illachrimatur. Sed haec clariora sint quam ut probatione in-
digeant. Porro quod non solum morbi curae sint, uerum & mor-
borum cause audi Galenum: εἰ πάλι τῇ σῇ μυράς σφαλεῖς γυμνα
σία. (i. in libro de partus sphere exercitio) diligenter: τοσοῦτοι γαρ εἴ τι δέ
νεται φυχὴ κατέβει, ὅπερ πελλοὶ μὲν αὐτούς θεούς νοσημάτου, διδόν
τε μόνον, πολλοὶ δὲ καλοτελείαν αναθέντες, εἰσὶ δὲ τοὺς λογχεὺς τῇ τῶν
τῷ τῷ οὐ μακρῷ μακρῷ τῷ, ὃς κατεῖν τῇ πολὺ τῷ φρεσὶ. Quasi dicit
Hoc enim potest animus motus, ut multi morbos ob latitudinem cura-
serint, multi etiam præ tristitia ægrotauerint. Nec enim uilla
ex parte ad immutandam hominis ualeitudinem fortior est, quan-
tum magna corporis agitatio, animi affectu. Ergo si ita sit,
multis nempe modis nos animi morbi afficiunt, iisdemque etiam
uitae tempus decurtabunt. Primo quod tempus illud quo his la-
boramus uitae non adnumerandum est, ut enim poeta inquit:

Non est uiuere, sed ualere uita.

tum uero quod exiccando corpus uitae tempus minuit, Tum
etiam quod morbos pariūt, quibus et uita ipsa minuit, & quan-
tum illi sibi uendicant uitae spacio perit. Verum nō omnes ani-
mi aestus idem possunt. Sed omnium deterrimus moeror est, nam
& amor irritus & timor tristitia partes sunt. Vnde etiam illud

sapiens. Spiritus tristis desiccatur ossa, tum alibi multos fatetur tristitia necare, quamobrem & illud celebratur :
 ἐν τῇ λύπῃ χείρος αὐθεώποις κακόν (i. Nō est peius malū hominibus tristitia) eius enim est potissimum parere morbos atq; difficiles & insinuabiles iuxta Menandrum:

Λύπη γὰρ αἴθρωποι στίχησιν νοοῦν. i.

Tristitia enim hominibus pariunt morbos.

Quamobrem cum omnes immoderati affectus animi, diuturnitati uitæ obsint, tristitia tamen & quæ ad eam pertinet, nimio plus cæteris lèdunt: nam ad tristitiam zelotypia, timor, suspicio, ac cætera huiusmodi pertinere uidentur. Sed tristitia tamen nihil est uicinius timore: is enim omnem etiam excutit sapientiae opinionem, ut nec bene uiuere sinat, nec diu, nec permittat quenquam existimari sapientem. Quis iure Artemonē dicat stultum non fuisse: qui cum præ timore domi continetur, etiam clypeum æneum à duobus servis capiti super assitem cōtineri iubebat, & si exire cogeretur, lectica coniecta prodibat. Multa enim cum sint quæ prohibeant sapientem aliquem esse, nihil tamen metu magis si excesserit limites. Nam temerarium, & inuidum, & amantem, licet ad sanam quandoq; mentem reuocare, timidum ne Dñi ipsi quidem sanę menti restituēt, propterea apposite singitur à Plauto adolescens dicere :

— Nec viuens, necq; mortuus

Sūm, nec quid nunc faciam, necq; ut hinc abeam, necq; ut

Ad hanc adeam scio, timore torpeo.

nec miris prudenter Euripides singit seruum in Oreste metu perturbatum, narrare choro quæ intus gesta sunt absq; ordine, uocesq; easdem bis repetentem. Nam ut recte Lactatius dixit, Vbi timor adest, sapientia adesse nequit. Igitur manifestum est aliquos natura sapientiae non aptos esse, uelut ualde timidos ac rudes, tum etiam iracudos donec deseruerint. Quamobrem id iam patere arbitror, quod superius quæsitus iure fuerat, scis licet, an ad sapientiam plus natura an disciplina uel exercita-

tio

tio conferat: nam cum natura per se aliquid sine alijs ualeat ad sapientiam, & cum altero illorum perfectum quasi sapientiae cum ylum confidere possit, reliqua nec simul iuncta sine naturae auxilio, parum per se autem nihil efficere possint. Naturae satis constat disciplinæ & exercitationi longe prestat: etenim uidemus animalia ipsa circa unam causam adeo solertia, ut & prudentissimo viro iuxta uincantur; at quod animalium genus, in paucis unumquodque à natura habet, hoc ferme in cunctis a sequitur uir natura prudens. Quamobrem manifestum est, naturam in sapientia eæteris omnibus præpollere. At uero disciplina ne an exercitatio melior? In pluribus disciplina prestat, quandoquidem plura per disciplinam breui tempore quam per exercitationem agnoscí possunt: at uero in una re sola plus experientiae tribuendum est quam disciplinæ: nam tutius operantur audientiusque experti, quam ab alio, quantumuis longo instructi tempore, & difficilius à proposito in periculis aut ueris recundia deficiuntur: habentque omnis experientia secum cunctam aliquam disciplinæ rationem, non omnis disciplina experientiam. Illud etiam ad rem pertinere nunc uidetur, quod ad timoris molestiam demonstrandam, non historia sed fictarum personarum moribus usi sumus: nam plus in confirmando historiæ habeat auctoritatis quam persona quæ à poeta singitur. Existimo equidem cum qui singit, non illorum de quibus singitur causa sed propria auctoritate causæ fauere. Historia uero non ab auctore scribente, sed à persona de qua narratur pondus habet. Igitur si qui singit poeta, nobilior est ac prudenter persona illa, quæ actione sua apud historicum rem confirmauit, erit sane maior singenti quam narrationi auctoritas. Tum maximè si & prudens uir ac nobilis à poeta introducatur. Sin autem prudentia pat sit, is de quo apud historicum mentio habita est poetæ, aut plures de eadē re testes adducantur, fieri non potest quin historia inuentionis comicæ aut tragicæ uel heroicæ non sit præponenda. Non solum quod uera

ra factis firmiora sint, sed quod is qui in praesenti periculo affec-
tuq; uersatur plura sentiat. Quorum omnium poeta qui fin-
git tunc expers est. Nec igitur imago ipsa re maiorefi fidem
apud homines consequi debet. Sed iam nimis ut video & propo-
sito diuerteramus, siquidē hoc nunc demonstrandū erat, libera
quaē non esset, uitam non uitæ adnumerandam. At uita nō li-
bera est, cum uel animus estu laborat, uel corpus morbo, uel to-
tus ipse homo uelut in carcere & relegatione apud insulas in-
hospitas impeditus detinetur. Porro de animi affectibus immo-
deratis potentioribusq; iam dictum est: nam de reliquis cum
nō solum diuturnam, sed & felicem uitam impedianc; suo lo-
co dicetur. At de morbis etiam finem faciemus, si prius id adie-
cerimus, multum conferre non solum ad uitæ diuturnitatem,
sed etiam ad coercendos morbos ac mentis integratatem, ui-
ctus simplicitatem. Vnde Horatius uir in omni sapientia ge-
nere admirandus dicebat:

Accipe nunc uictus tenuis, quaē quantaq; secum
Afferat: in primis ualeas bene: nam uaria res
Ut noceant homini credas, memor illius esq;
Quā simplex olim tibi federit: at simul assis
Miscueris elixa: simul conchilia turdis.
Dulcia se in bilem uertent: stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita: uides ut pallidus omnis
Coena desurgat dubia: Quin corpus onustum
Hesternis uitis, animum quoq; prægrauat una:
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.
Alter ubi dīcto citius curata sopor
Membra dedit, uegetus præscripta ad minia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam:
Sive diem festum rediens adduxerit annus:
Seu recreare uiolet tenuatum corpus: ubiq;
Accident anni: & tractari mollius ætas
Imbecilla uiolet, tibi quidnam accedet ad istam,

Quam

Quam puer & ualidus præsumis molliciem? seu
Dura ualeſtudo inciderit, ſeu tarda ſenectus.

At uero non omnis uifus ſimpler probandus: ſed inculpabilis.
teria uero ſunt, quæ maxime ad uitæ longitudinem, & ſeruandæ
ualetudinem facere uidentur: mel, lac, oleum. Exſtimare dixit
Auerroes, niſi omnes homines mortis legi destinati eſſent, poſ-
ſe eū qui oleo ſemper utatur nunquā ſenescere, aut mori: quod
par uideatur olei alimentum humiduſ quod ex nobis in dies co-
ſumitur. Galenus autē mel omoibus præponit: duosq; qui ad
longiſſimam uitam peruenient, enarrat melle ab incipiente ſe-
necta perpetuo uifos. Quare mirum minus Pollionem Romu-
lum Auguſto ſcificant, quoniam pacto ualidus adhuc ſecun-
diu ſeculum ageret: respondiſſe: ſe quidem intus melle, exta
oleo uifum fuifſe. Lactis autem utilitatem Heliodi illa ſen-
tia comprobat:

Αλλ' εκατὸν μὴ τοῦς ἵππους πάρα μητέρας καὶ τῆς
Εγίρεται τοιά λαγός μήχανά τοιος. φύνει οὐκέτι.

Sed centum quidem annos puer apud fedulam matrem edubabatur, adole-
ſcens in ſua domo admodum infans.

Et quamuis in aliam hoc poſſet uerti ſcateriam, nihilominus
illud ſatis conſtat, diuturnam lactationē longuę uitæ cauſam
eſſe. Lactis uero uifum pluribusq; quorum natura minime ab-
horreat, uitam producere, in columenq; praefare ualetudinē;
indicio autem eſt paſtorum uita. Atq; in uniuersum, qui uitam
producere, & ualitudinenſeruare cupit, cibum minorem ſom-
no, & potum cibo, & labores uiribus faciat. Tum uero quædā
ſunt uiribus ignis depurata, quæ in uitæ uifum plurimum con-
ducunt. Et quamuis omnia hec inuenies parui faciamus, ſero ta-
men poenitentia ducti in uanum conquerimur. At qua exte-
rius prohibent libertatem, uel iſtultitia, uel ab inuidia, uel ſce-
lere aut fortuna proueniunt. Inuidia Aristides, ſcelere Tarqui-
nius Superbus, fortuna Milo, ſtultitia Phocion. Ergo ſcelus ac
ſtulticiam uitare licet sapienti: Inuidiam etiam quoniam pacto
f quis

quis declinare debeat ostendemus. Reliquum est igitur, ut de fortuna ipsa dicamus. Ergo in exilio minor iactura quam in carcere, atque in exilio cum liber es, sic autem tegeras ut immixteris peregrinationem. Nam qui sic se gesserit, peregrinari potius quam exulare videbitur. Nusquam terra non uiret astas te: nusquam non candidi fulgent soles: nusquam uel uenari uel piscari non licet: ubique etiam aucupari & rimari nature secreta, quae tam undique patent, ut omnibus & omni aetate & quacumque in regione noua inuenire liceat: atque ut in uniuersum dicam, si quicquam egeris insigne, etiam liberum te esse necesse est. Porro Philistus Syracusanus cum a Dionysio in exilium actus esset, maiorem historiarum partem absoluuit, qua res Siculorum gestas comprehendit. Orphalius uero Medicus, qui LXXII libris medicinam amplexus est: & ipse a Iuliapi imperatoris morte in exilium actus partem librorum in eo consecuisse creditur: parum Aetio Amideno Sardianus hic inferior, ut Thucydides Philistus. Ergo nulli exiliu[m] gnaquo uiro nocebit ad generandas egregias res, nam omnes ferme & imperatores et artifices egregii magni, immo maius extra, quam in patria nomine consecuti sunt. Quid defuit Hieronymo in urbibus, cum tamen defecta & aua Syria loca querens, tot linguis operari dedidit, tam locupleti scientia latine scripsit multa, tot interpretatus est? Et si nihil aliud se offerat, Menam Samnitem imiteris, qui in solitudine examen apum curans, non libertatem tantum, uerum & regnum exercebat. Sed si deterior conditio carcerem tibi offerat, adhuc & in illo animi libertas manet. Neque enim cum corpore se peliendus homo est: sed iam sapientiae terminos pratergressi videmur. Quanquam enim multi etiam in carceribus noua excoitauerint: sapientiarum studio vacauerint: plures tamen consolatione potius quam studio indigent. Ergo sapienti cauendum est, ne carcerem ingrediatur. Nam postquam in illorum dampnum manus incideris, parum aut nihil proderit sapientia. Quod si modo quenquam iuuet, fortunę magis debere se credat quam prius.

prudentiae. Quare libertatem ac diuturnitatem uitæ his rationibus consequemur, usum vero non minimam longitudinis uitæ partæ esse dixerimus. Quippe si quis hodie nascatur centum annis dormiturus, uelut de Endimione fabulatur antiquitas, at denum excesseris e uita: non ne idem erit ac si crassino moriatur? Ergo uita summa longitudo est, quam plurima egiſſe magna, glorioſa, ſplendidaq; facinora: & que aeternis monumentis historiæ mandentur: quamobrem in hanc ſententiam recte Pindarus dixit:

— θεράπειον εἰσάγει,
τί κέπις αἰσθατομορφός εἰ σκάπω
καιδίπλανος ἐποιμαντον, αἴπατον
καὶ λόγον αἴμαρος;

Mori autem quibus uiceſſe
Quid aliquis ignobilē ſene-
tūtem, in obſcuro ſedens trahet
Pruſtra, omnium bonorē expereſſe

& Virgilius clarus etiam cum dixit:

Stet ſua cuique dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uita: ſed famam extendere factus
Hoc uirtutis opus.

Propterea bene ille dixit, ſe ſatis ratiſſe ſi ad gloriam respiceret. Ergo ſumma ope niti decet, ne uita uehui pecora filentio tranſigamus, non ſolum ob nominis noſtri poſt obitum gloriam: quippe & illud ſupererit, & non cunctis in promptu, atq; etiam dubitabile eft. Sed ob ſolam ipſam uirtutem uirtutisq; iucundis ſimum fructum, cui Aristoteles hymnum hunc deſcripſit, omni ſeu dignum: quem ex uita eius ſumptum hic addidimus. Virtus laborioſa mortalium geneti, pulcherrimum humanae uitæ incitamentum: cuius pro forma, expetenda eft etiam apud grecos mortis conditio, & grauium affidiuorumq; laborum tollentia. Talem nimirum inſeris hominum animis fructum immortalem, auro praefiantiorem, parētibusq; ipſis, ac dulci ſomno ſuauiores. Nam tu amore filii Ledi, & Hercules Ioui, multa perpeſſi ſunt: qui tamen quantum poffent opere ostenderunt. Quin & tu desiderio Achilles, & Ajax, ad infernas domos deſcenderunt: uacq; formæ gratia Atarneæ ciuiſ iucundo Solis

f 2. Iunius

lumine se priuavit. Quem & si rebus gestis clarum atq[ue] inclytis
factis, huius tamē causa immortalibus Musis meis, quae decus ho-
spitatis Iovis augere solent, auctoritem reddam. Haec ille cum
adeo eleganter de virtute memorie mandauerit, cur nam est ut
iam amplius te ad uitatem horter & si incitare non potest tan-
tas philosophias? aut quid de ipsa generosissimis in eius laudem ex-
cogitabo? Quamobrem quid agis perperam o homo brevis ut
te daemon: ut hanc quantulam cunctę lucem, hunc temporis the-
saurum ludis, ocio, crapula, inutilibusq[ue] sermonibus ac ebrietate
teras? quasi inutilem & iniucundam suppellectilem. Cum ni-
hil hac carius, nihil adeo breue, nullius tanta inopia, nullius fa-
ctura irreparabilior sit. Considera quae præterierunt, & ex his
præsentia, ac futura dispone. Nemine inuenies, tam usque aut
impurum uel sordidum siue desiderium, qui anteactam uitam no-
lit potius uitutibus & inclytis factis consumptissime, quam otio.
Igitur quod doles non fecisse, cum frustra doles, fat ut hon per-
mittas amplius dolere, cum non frustra de futuris penitere li-
ceat. Haec sit summa ratio studij humani, ut egregijs factis ui-
tam illustreret: & uiuere se intelligat. Illud etenim curandum, ut
cum diuinis numinis participes simus, diuinitate aliquid insignie
dignumq[ue] efficiamus. Verum cum non semper laboribus liceat
sticumbere, otium uero inutile sit, media quedam utriusq[ue] ratio
est excogitanda. Qualis Musica, certaminumq[ue] ac colloquij.
sum picturæ, singèdi, eorumq[ue] ludorum, quū sola mentis aut tor-
poris uitute exercentur: uelut latrunculorum & pilæ. Ergo nul-
la temporis iactura ineunda est. Sed ut Plinius dicebat nepoti,
dum ambularent, poteras has horas non perdere, summa tem-
poris cura habenda est. Propterea etiam aduersus uinolentos
declamans dixit, interea ut optime cadat. Solet in orientem non
uident, ac eo minus uitunt. Quamobrem tantam Scopeliano
huius detrimenti sollicitudinem fuisse ferunt, ut totas noctes ple-
runq[ue] studijs intendens insomnes duceret, soleretq[ue] dicere: & n[on]
n[on] yāp dū zālēs sov p[er]tīx[er] Gōias μέρος Ιάν[α]. O nox tu quidem di-
uinae

utinæ sapientiae plurimam partem nobis occupas. Atq; in eandem sententiam grauissimos philosophos etiā iuuisse video : nam & Zeno Cstieus dicere solitus erat , nullam esse nobis rem tem-
niorem , ac cuius minor sit copia , quam temporis . & Theo-
phrastus ipse in ore semper habuit Nullum esse sumptum tem-
poris dissipatio preciosiorēm . Sed neq; hoc eruditōrum solum
erit: uerum & artificium ac reliquorum, unde etiā illud in pro-
verbī Appellis emanauit: Nulla dies sine linea, quasi diceret:
non esse intermitēdum unquam studiūm , ne uel per diem una
sit uniuersa uita . At qui nullam profertur artem, eadem legē
in administrationibus uel hominū conuersatione tenebun-
tur , nec tamē hic aut lucrum minus aut factura maior ; unde
Scipio qui postea magnitudine rerum gestarum Aphricanus
cognovisatus est, diem eum se perdidisse aiebat, in quo nullā
pro amico operam in republica impendisset : ex quo factum
est postmodum, ut tot fultus amicis prouinciā debellandā Car-
thaginis aduersus Fabij sententiā obtinuerit , cooperitq; arteā
quam esset, triagnus haberet, quod cum semper difficillimum sit;
tum ea in republica & eo tempore quo mores urbis nihil alienū
& uirtute continebāt. Atq; ut video qui magnos se mortalibus,
ac penē diuīrios, rebus geitis exhibuerunt , nullius curam rei di-
ligentiorēm habuerunt quam temporis: nam & Alexander tot
ratisq; gessit annorum quatuordecim spacio, nō solum armis:
sed legibus condendis, morsibus instituendis, ædificandis urbi-
bus, exemplis magnanimitatis. Sic enim nunc uolo posse dicens
re sapientiae argumentis, rerum memorabilium studio, erudi-
tione, munificentia, liberalitate : ut ne hominem longa etiam
uita unquam dormisse existimares. Sic C. Cæsar cum statuam
filius uidisset, fleuit tantum sibi temporis sine ullo memorabili
facto præterisse, recordatus , cū iam minori aetate Alexander
tot res gessisset, eadem Alexandro Seuero, eadē Trajano cura
fuit. Ergo preciosissima res tempus, in qua omnia habetur, om-
ni ex parte colligenda ac custodienda sapienti erit, ne pereat,

uitęq; longitudinem magis factis quam diuturnitate metietur: non solum enim quodcumq; somno impenderimus, perdimus; sed etiam quod somnolentia: unde bene dicebat Plato, κακίς σύν γάρ τε τοῖς ἀγόραις μᾶλλον τῆς μὲταζωῆς. i. Dormiens enim nulla re dignius non magis quam non uiuens. Ita ergo mortalibus quid uitae tute adesse putas, nisi quod euigilas, factisq; ac gestis uitam trahis? Summa igitur uitae ratio, quantum ad diuturitatem pertinet, non tantum ad longitudinem quantum ad libertatem ac splendida opera spectare uidetur, de qua quantum satis est dixisse me puto, si hoc unum quod ad corporis languores evitan-
dos obseruare decet adiunxerimus. Est enim studiosis familiis-
ris, uentriculi imbecillitas & oculorum. Verum uentriculi affe-
ctum manus superimposita somni tempore si quid aliud prom-
pte uiuat. Piper etiam integrum deuoratum adeo conducit, ut
aliud auxilium non desideres. Memini tamen Galenum ex cito
nijs ac pipere haud infuaue medicamentum excogitasse. At ocu-
lis specula multum conferunt, & aqua potus frigidæ, & somni
prolixitas. Siquidem oculus alitur somno. In uiuersum igitur
haec ratio est uitam custodiendi longam, quantum ad interio-
res causas pertinet. Verum cum ad exteriora pericula mentem
adhibemus, alia diligentia opus est. Verum ut in his video, ubi
nulla timoris infamia, nullumq; audaciae præmium est, timidū
in periculis semper fuisse uiuat; nisi timor periculum auxerit,
uelut in gladiatorio certamine, ubi audere necessarium est.
Namq; illud iam in proverbiū cessit. Timidi mater non plorat.
Cum tamen et hoc ex belli sumptum causa fuerit. Omnino aut
obseruandum ne unq; frustra te obijcas primitiosis periculis, su-
praq; modum solitudinem in eis caueas. At in necessarijs una-
ratio quasi est omnium, ut pro periculo laborem & sumptū sup-
ponas. Dicebat Ioannes Marlianus, quem olim Facius pater
meus audiebat, ætatis sue philosophus maximus, cum famen,
qui tunc erant celeberrimi, nostrę ætatis mediocribus uix pos-
sent comparari quod nondum Græca litera cum illorum sa-
cientia

pientia ad nos peruenissent, hominem decem millibus passuum
in uita pro periculis omnibus peragratis annis decem uitam
producere: atque id iure. Multa enim sunt quae nobis cottidie oc-
currunt leuia ac ferme extra omnem periculi suspicionem, quae
si contemniantur causas brevioris uitæ parere tamen solent. Sic
igitur iuuat in itinere, in cappona, in via, in conuersatione ini-
tia aut contentionum aut periculorum magna diligentia sub-
terfugere. Quae enim minima sunt in principio, & nulla cum
turpitudine declinari queunt, cum processerint in aperta uitæ
discrimina hominem sensim trahunt, ut postmodum nec citra
manifestam perniciem in eis perseverare, nec absque magna in-
famia se retrahere siveat. At uero nunc illud quod ex initio pro-
posueramus, in mentem uenit, desiderareque solutionem, an sci-
licet melius sit cum infamia pericula deuitare, an mortis se obvi-
cere. Etenim hoc cum apud multos rationem habeat in utraque
partem, diu incertum fuit. Verum cum nunc non rem publica
instituere, sed fingere sapientem propositum: Ideo non obscura
omnino haec questio est. Nam si infamia alieni facti est, melius
est uiuere aliena culpa infamem, quam morte dedecus effuge-
re. Similiter si tua culpa egregio facto emendari potest: nam
quae alieno uictio acedit turpitudo, uerum sapientem perturba-
re non debet, Vnde Socrates cum Xantippem uxorem stultam
haberet, nee comitotus est, nec repudiare tentauit: nec Augu-
stus in filiarum contumelia se occidit: nec Antoninus cum re-
scisset uxor adulterium. Etsi Paulus uitæ suæ parcere noluit
quamvis alterius consulis culpa esset: potius iacturam reipu-
blicæ exhorruisse uisus est, quam propriam uerecundiam. Er-
go nemo tam amens sit, ut cum aduersus uitæ suæ hostem pro
ea depugnaturus sit, alieno uelit eam prodere flagitio. Nam ne-
mo qui sapiens alterius peccatum dicit ei quā posse patere
turpitudinem: sed ut omnis umbra suum sequitur corpus, sic
flagitium proprium infamia. Sed nec in leuiibus non omnino
reparabilibus iacturis uita fugienda erit. Nam stultum est cum
possit

possis ad meliorem uitam reverti, quam ante infirmum etiam
quid tua acciderit culpa uelle ob id mori. Quare cum Demosthenes acerrimis orationibus in Philippum armasset Athenienses, inde primo pugnae euentu turpiter fugam arripuisse, iocantibus in eius factum respondit, etiam illū qui fugeret denuo posse pugnare. Sed ne Rhetorem in belli iudicio adducam, fortissimus Annibal nobis exemplo sit, qui saepe uictus, saepe fuga seruatus, magnas Romanis calamitates post fugam ipsam perpetraverat. Non ne & Pompeius cum in Pharsalia campis succubuisse, quantum in se fuit fuga salutem quæsiuit. Alcibiades non ne his & nauali prælio aduersus Lysandrum male gesto, & in acie apud Delum uictus salutem fuga quæsiuit? Sed & inclite fortitudinis viri Socrates ac quasi exemplum eadem in pugna fugere uisus est. Stultum igitur erit, uitæ præferre uerecundiam si aliquo pacto infamia uitute rependi possit. Nam si quis patriam prodiderit, aut parentes, aut ob scelus filios, uitam obsceniorum tunc morte ducet: ergo tunc mori longè melius quam tam turpiter seruari. Nullum enim crimē proditione & magno scelere excepto sapientem ad uoluntariam mortem impellere debet: & tamen omnium scelerum scelerissima proditio est, in cuius amplexibus ne quis moriatur, ultro ac sine consultatione, sine mora morti homo se debet obsecrare. Et tamē cū ita sit, nunc omnium peccatorum minima facta est. Nam prodit non solum qui patriam aut principem fallit, uerum qui commissim fidei sua pupillum spoliat: Qui secretam rem reuelat, propter quam perficitur amicus. Qui concreditam pecuniam sibi absq; teste ac chirographo negat, qui adulterium committit. Expedit igitur in his omnibus longè magis homini, ut uitam quam fidem amittat. Etenim hoc quanquam nunc paruipendant Christiani, quamvis etiam nulla horum superis cura esset, illos tamen naturalibus causis ad internitionem solis deuenire necesse est. Hoc autem cum extra propositum sit, ac in libris de Archaniis ostensum, pretermittatur. Ergo perfidia summum uitium, sumum

sum scelus, summum flagitium est, nec etiā ob acerbissimam mortem fugiendam unquam subeūdum. Hoc igitur solo quod nulla ei medela sit ne cōmītas si dixeris sapienti prompte moriendum, non reluctabor; quamvis forsitan & paucula alia quae dam essent, quibus mors proculdubio præponenda foret. Sed nunc de fide agimus, cetera suo loco prosequemur. Non mirum igitur Attilium Regulum ad Pœnos reuersum sacramenti religione, ut crudeliter potius uitā finiret, quam turpiter duceret. Nam & Guido Morinorum princeps cum una cum filio à Philippo Gallorum rege detineretur, inita pactione, ut si Morinos à bello, quod cum Britannorum rege conspirantes suscepserant, retrahere nequiret, ad carcerem reuerteretur re infecta, maluit redeundo carceris incommoda subire. regnumq; propriū relinquere, quam uiolare fidem. Sic & Gallorum rex Ioannes Primus, cum ab Edoardi regis Britannorum filio apud Pictones captus esset, inde certa pactione dimissus, cum quæ promiserat, in magnum regni incommode, cællura intelligeret, reuersus ad Edoardum: docuit fidem non tantum regno & securiti, sed etiā libertati præponendam. Similis cura Renatū Ves sonum Leticionumq; principem: hi sunt Galliæ Belgicæ populi: cum à Philippi Longonum & finitimarum regionum regis duce captus esset, retinuit ut mallet regnum Calabriæ & magna Græcia amittere, quam fidem. Non ne & illud insignis fidei testimonium: cum Pomponius vir nobilis multis cōfossis vulneribus à Mithridate interrogaretur, an si cuiusdam conuulsus amicus illi futurus esset: respondit, si tu quidem populō Romano. Considera uiulnerum dolores, mortem prælentem, maiestatem regiam, captiuitatem, humanitatem prouocantis. Simili fide Pontius Cæsaris Centurio morte quaesiuit, cum Scipio Pompeij sacer illesum dimittere uellet, si se militem suū efficeret non recusaret. Exiguæ tamen rei fidem ne uiolandam potius intelligas, quam mortem appetendam: stultum enim est credere mortem obolo permutandam; Ergo in graui omnino
g re di-

re dictum intelligatur. Quanquam non deceat uel in minima fallere; verum no tam graui recompensatione res indiget. Sed nunquid ob religionem, fidei enim haec etiam pars est, mors sub eunda erit; equidem in optima institutione potius uita sapienti quam religio relinquenda. si in multorum exemplum transseat. Vnde bene Elhaazar inducitur in libro Machabeorū, qui mortem potius uelit pati, quam carpibus suillis uesci. In aliis fortitudinis potius est quam sapientiae argumentum, in opinione persistere. Ergo si mors dedecori præponenda est, certe decor maximus ac gloria uitæ anterferenda sunt: utq; melius est non uiuere, quam cum maxima ignominia uiuere: sic gloriose emori quam non mori melius est. Nam mori nobis mortalibus adeo certum est, ut nihil certius: at summam posse moriendo gloriam consequi, nec omnibus sed paucis, atq; id uix semel in uita datum est. Duabus igitur causis uita sponte finienda est ac decurtanda sapienti. Porro quæ nam sit gloria, quæ uitæ præferri debeat, inferius dicetur. Nunc illud uidendum est, an sapienti omnino ludere conueniat: nam & hoc quasi cum negauerimus, errorem in hominum mentes posset inducere: Nam si ad exempla transeamus, aea Augustus, nūcibus Laurentius Medices ludebant, quos ego sapientes uiros existimo, alijs prudentissimos, Delectauit & pictura Antoninum, & Coturnicum pugna Seuerum Alexandrum. Igitur ludere conuenit sapienti tribus in causis, aut in magni periculi timore uel maxima tristitia, ut in quinto libro dicemus, aut societatis minime perditæ causa, uel cum eo ad munia tanto promptiores exurgimus, ut non facturam temporis, sed lucrum fecisse uideamur, si ad magnitudinem aut multitudinem negotiorum mentem adhibuemus. Manifestum est igitur, quod nec diu ex his, nec frequenter, nec cum cura ludus uel relaxatio animi exercēda sunt. Hec itaque uitæ diuturnitatis ratio tota est, quæ à corporis & animi coniunctione sumitur, cuius in uniuersum haec est mensura, multudo ac magnitudo factorum. Nam non quis superest diutius uiuit

uiuit, nam & infantulus qui sub extrema senecta patris natus est, quamuis in pueritia post patris mortem extinctus esset, diutius patre uixisse diceretur: & nos omnes quodd superstites sumus Terentiae, quae annos tamē centum excessit, longioris uite dici possumus. Tum posteriores nobis atq; illis alij, ut nulla tandem foret longitudinis uitæ ratio. Verum ad multitudinem magnitudinemq; operum conductit temporis longitudo, libertas, & uigilantia. At diuturnitas quæ ex solius corporis beneficio sumitur, ex filiorum propagatione constat: ut enim Auerroes summus philosophus in libris de anima scribit, natura nostræ miserta, cum non posset singularem hominem aut animal perpetuo seruare, uirtutem generandi largita est: ut sic perpetuo permanere in propagatis liceat. Vnde philosophus hanc uirtutem in philosophia supernaturali diuinam appellavit; non solum tamen diuina dicenda est, quod in liquido humore tanta uirtus adeoq; parentibus similis seruetur: sed quod quantum est ex sui natura genus in æternam continuitatem producere nata sit. In de amor tam immensus in filios natura parente oboritur; quod filius patris ac matris pars quedam sit. Vnde Virgilius sapienter Didonem inducit dicentem:

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset

Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aula

Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,

nā ut recte Cicerο scribit, σόργην φυσικὴν εἶναι πρὸς τὰ θέλημα. i. Ad felium naturalē esse erga liberos. Aduersus sobolem genuina est benevolentia, quod parentum anima filius sit, ut Euripides inquit: nec male igitur apud eum Thetis solatur Peleum dicens:

παῖς πάντα τὸν δε, τὸν ἀτελέατον μόνον

λελεπμένον δῆ βασιλέαν αὐχένα τῷ δὲ χρή

ἄλλον δι' ἄλλον διατείρεται πολοδίαια

Εὐστεμονοῦνται, τὸ γαρ πῶς δὲ αἰσθατὸν

εἴνεται γενέθαι δῆ τὸ σὸν, καὶ μόνον γέρον.

i. Et puerum hunc solum reliquum factum, regent. atq; ex hoc oportet alium

per illum ad Molosiam descendere feliciter degentes . Non enim sic instabile & fœtus tuum ex meum genus oportet fieri.

& melius longè Virgilius expressit hanc curā mortalium atq; generis diuturnitatē cum uirtutis claritate dicens :

Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur.

Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,

Illustreis animas, nostrumq; in nomen turas.

Ergo haec magna sollicitudo sapienti incumbit , ut genus futurum non solum filij supersint diutissime, atq; nō solum supersint ; sed & felices ac glorioli uiuant . Nam primum cum beluis etiam cōmune habemus , Ideoq; non male apud Homerum inducit Hector his uerbis uirtute Astianacti filio à Dijs imprecatus :

Zεῦ ἄλλοι πέθοι, οὐπὶ δὴ καὶ τὸν θεόντας

παῖδες ἔμονται καὶ εἴρω περ, ἀριπρύπεια τράπεζαν

οὐδὲ βίην τὸν αὐτούς, καὶ οἱ λίτες τῷ αὐτούσιν

καὶ ποτέ τις εἴποι παῖδες δὲ οὐ γε πολλὸν αἰματαρά.

Εὐκαὶ πολεμουσιν οὐτα.

C.i. Iupiter & alij Di, date & iam hunc meum filium quemadmodum & ego fortē uirum Trojanis & uirtute bonum & iustitiam propugnatorum, ut quis olim dicat cum à bello redierit: Hic patre est melior.

Verum cum multi tamēn hoc negligent, dubitatio non leuis emerget, atq; ex hac alia, scilicet an p̄f̄stet diu uiuere, an genus relinquere, Sic & de gloria dubitabitur, an ea potior sit generatione. Verum ut nobis uidetur, sapientes in seruanda generis propagatione magnam difficultatem inuenierunt. Atq; primo in filiis molestiam uxorum : nam ut recte dicebat Aristoteles : spurij filij nō possunt ciuitatem facere, eademq; ratione nec genus propagare. Subeunda igitur erat haec molestia, quæ quanta sit suo loco dicetur. Demum si filius supponatur alienus ab uxore moecka quid actum est? ridemus merito Lycurgū, quod instituerit, à sene uiro posse uxorem iuueni quem maxime probaret substituere ad propagandum genus, ut qui nascatur proximeti filio habeatur. At ibi licet & amicum & prudentem eligeret ius

re iuuenem. Cum tamē Lycurgus hoc solo tantum abertet, ut insanire videatur. At adulteri filium quis alet domi maximi iniūcī, & plerunque imo semper iuri scelerati ac impudici, tum etiam quem nesciat alienum esse, sed suum fore existimet: hoc tū more plerūq; sapientes, quibus cura esset, de altioribus ab uxore duçenda abstinuerunt. Sed fac ut filij nascantur, quę post modū securitas in nepotibus ac denuo in pronepotibus: ergo cum his uita esset carior quod certior huiusmodi continuatione generis, at uita longè carior ac tutior gloria: Ideo plurimi ac ferē omnes à filiorum procreatione abstinuerunt. Verum tamē ut difficultatem effugere cuiq; licet, sic melius est etiam experi-ri, cum non iacturam ex hoc uite aut gloriæ facias. Platonem igitur ac Solonem, quod non duxerint non damno: Socratem & Aristotelem ac Xenophontem quod duxerint procrearintq; filios laudo, tanquam in hoc sapientiores. Nam tanta est huius generis propagandi dulcedo mortalibus, ut lex illis quibus etas iam negat aut morbus concedat, alienum in suam familiam tan quam proprium adoptare. Qui mos adeò Romanis in consuetudine fuit, ut omnes eas familias corruperit. At Moses iussit, ut cum primus frater mortuus esset, proximus illi relicta uxorem duceret, procreatisq; filij prioris fratris haberentur. Ergo his qui nō sapientes, summum studium in diuturnitate generis esse debet: sed non omnibus hoc idem, nam cum ex fratre nepotes habes, quamuis filios non procrees, illi pro filijs merito habe buntur: tamē maxime si in adoptionem transeant. Vnde Adelphorū Comœdia apud Terentium hanc satis prudentiam exprimit, tum maxime cum Mitionem qui adoptius pater est Aeschini, & quiorem in filium, quam Demeam patrem naturalem in suum quem retinuerat Chœsiphontem singit. Multis igitur modis leges orbitati succurrere tentarunt. Nam ut uisum est, Moses fratre, Lycurgus amico, Romani adoptione: igitur inter Mosem & Lycurgū satis conuenit. Verum ut Mosis modestior modus, cum à funere præcipiat fratri: sic Lycurgi irre-

prehensibilior, quod fanguinem duorum fratrum in una muliere non commisceat: quem morem satis Cornelius Tacitus genti exprimat, inuisosque illos merito omnibus dicit, qui non seculis ac canes & feræ non a cognatis cauerent, sed promiscue miscerentur. Verum cum hæc iam abolita sint sanctitate religionis nostræ, & præter propositum etiam fuerint, prætermittenda erunt. Vnum in hoc animaduertentes tamen, duobus modis homines antiquitus & nunc diuisos fuisse, per genera ac familias. Græci enim ac Hebræi non per familias, uerum per genera distinguebantur, ut Theseides à Theseo: Heraclidarum genus ab Hercule; & Tantalidarum à Tantalo; & qui à Brasida, quod & ad seruandam uitam, cum reliquis unus solus supereret apud Augustum, atque ex contentione damnatus, profuit; Intelligens enim Cæsar eum ex Brasidæ progenie relictum, ne genus tolleret percit. Eandem rationem sequuti sunt Hebræi, inquamque familiam ab homine illius auctore nuncupates. Ergo ex hoc multiplex bonum, nam cum Græci à uitute, Hebræi à prolis numeritate initium statuerent. Græcis gloriæ, Hebræis propaganda prolis stimulus maximos adiunxerunt. Vnde etiam generis auctorem iam annis plusquam duobus millibus ac quingentis tot pulsati incommodis, torties ad internitionem cœli Hebræi recognoscunt. At Romani cum per familias distribuerentur, pauci auctorem generis, atque falso, ut Brutus & Iulia gens excollerent, & uictores & adoptione sustentati genus omne ac originem amiserunt. Itaque studium originis ad seruandam progeniem plurimum potest. Verum quod ab initio proposuimus, ex hoc satis est manifestum, scilicet sapienti gloriam ac uitam potiore esse generis propagatione, tum quod gloria ipsa animi imago est, filius corporis; at corpus aut hominis pars nulla est, ut Socrates dicebat, aut longe uilior saltus quam animus. tum quod difficillime hæc continuatio generis seruari potest: nec nostrum est, aut in nobis, ut eam post mortem tueri possimus; tum quod plurimos sapientes à suscipienda prole abstuleruntur.

nuisse videamus : uero unū aut duos à gloriæ ac cupiditate
uite; tum uero quod uicariam habet rationem. Propagatio uel
in fratribus uel in propinquis uel in adoptione, uita nec gloria
non habent. Accedunt tædia intollerabilia, & timor, luctus, qui
nec in gloria accidere potest, nec in uita sentiri, cū à morte pro-
pria luctus non maneat. Est etiam illud cōsiderandum, partem
illam, ob quam maxime generi studendum esset, scilicet memo-
riam inter homines necessario interrumpi uel euangelere : qua
sublata quid reliquum iam est tui in filio, nedum in pronepotis-
bus : uelut enim ex pomo hoc uel illo genitus esset parum plus
attinet; cum excrementum diuersum ex diuerso etiam cibo ge-
neretur, ut hic qualitatem quidem glandium, hic frumenti, alijs
uini retineat; unde etiam tam dissimiles uterini fratres sunt,
etiam si ex eodem patre geniti fuerint. Itaq; haec diuturnitas &
non negligenda sapienti est, quamvis minima sit, & si non suc-
cedat, iactura aliorum generum minime pensanda. Quo mi-
nus mirum sit reges quosdam & priuatos ob gloriam filios oc-
cidisse; è quibus unus Deiotarus inter plurimos, cum numero-
sam prolem haberet, omnes occidit præter unum, quem excel-
lentioris uirtutis esse cognoverat, ne multitudine filiorum re-
gnum diuisum infirmius redderetur. Verum cum hoc quasi cō-
era humanitatem sit, illud prius uidendum esset, an sic quæsita
gloria, gloria dici mereatur: nam si regnum sic stabilitum glo-
riosum dici potest, sanè filiorum mors gloriæ quæ regno subla-
to extinguetur præferenda erit. Hæc itaq; ratio diuturnitatis
est, quæ ex corporis parte sumitur. Porro quæ a memoria nomi-
nis habetur, cum multiplex sit, prius merito distingueda. Nam
q; omnes qui gloriam cōsecuti sunt, uel factis memorabilibus,
uel scriptis, uel monumentis illam habuere. At uero quidam, uel
luti Cæsar, omnia genera adepti sunt. Nam uictorijs glorioſus,
cōmentarijs celeber, emendatione anni memorabilis est. Alij
duobus, uelut Cycero & Sylla, quorum alter prælijs alter con-
seruatione ciuitatis, ambo scriptis memoriam apud posteros
sui

sui cō mendauerunt. At Pompeius uictoriis & theatro, Ptolemeus libris & Metheoroscopij inuentione clari sunt. Quidam uno in genere tantum, ut in scribendo Liuius, in operibus Apelles, rebus gestis Furius Camillus excelluit. Alexander ex tribus generibus, quod haud ei ad scribendum tempus superesset, duo amplexatus est: nam Aegyptum et Asiam cum subegisset, ciuitates etiam condidit, Alexandriā in Aegypto, in India Birscephalam, & Cæsaribus Cæsareæ Augustæ, inde & nominibus proprijs tot Anthiochiae, & Ptolemais & Ptolemæos, & Adrianopolis ab Adriano. Ergo iam unumquodq; horum trium generum distinguendum est. Quanquam quidam adeo gloriae cupidi fuerint, ut incertū penè sit, quot eam modis quæsierint: atq; ego inter mortales omnes cupidissimos Democritum & Empedoclem iudico. Nam Democritus uolumina scripsit distinctionem animalium docens, q; rorum etiam quædam extant. Scripsit & magiam, ut nullus frequentius à Plinio citetur, non eo consilio quod magiam ueram esse crederet, sed quod uel credentibus admirabilior futurus esset, uel contradictibus famosior. Inde dum animalia dissecaret stultitiam simulauit, cuius Hippocrates meminit, atq; etiam sic celebratus ab Hippocrate famosissimo eius ætatis uiro, & à ciuib; suis in admiratione habitus. Philosophiam etiā attigit, at in ea ut in reliquis singularem excogitauit opinionem: Principia rerum statuens litem & amicitiam, ut qui sequerentur philosophi uel assentiri uel contradicere tam absurdæ opinioni quod admirabilis esset cogerentur. Habitauit & in sepulchris, ut Lucianus refert, ut opinionem fortitudinis de se maximā præberet, uel hominibus persuaderet, nihil à morte superesse, tanquam necessariū esset, si animæ supersint, eas cadaueribus suis cohabitare. Sed hæc etiā parua uidebuntur, cum alter ad comparandam gloriā in Aetnae flamas sponte se cōiecerit: eo consilio, ut uel latens tanquam deus in cœlum assumptus, uelut de Helia ferunt, coleretur: uel ut etiam deprehensus, opinionem imò admirationem sui obforti-

fortitudinem hominibus relinquere. Quinetam ferunt, ut fabulantur poetae, Democritum voluntarie se excæcasse: adeo enim miris modis prodigiosam egit uitam gloriae cupiditate, ut argumentum communisendi etiam alia fabulosa sed tamen prodigiosa poetis tribuerit. Hunc ego virum tamen non vere sapientem, sed qui sapiens uideri maximo studio concupierit diccam. Cæterum summa gloriae ratio triplex ut diximus est: alia enim factis atq; operibus constat, alia scriptis, alia hominū memoria: hominum memoria constant omnia, quæ admirationē parere solent: hæc autem uel ex se magna sunt, uel hominum solum existimatione. Nam bella & scelerata memoria hominum digna sunt, at ad naturalem sapientiam minime spectant. Quæ cunq; enim solum ad hominum opinionem excogitantur, ad humanam spectant sapientiam: quæ uero per se & magna sunt, & uirtute digna, ad naturalem. Hæc enim in uniuersum ratio utruncq; genus distinguit ac separat, & ideo scelerum & bellorum industriam ac curam, ad sapientiae naturalis considerationem non pertinentes, in posteriores libros rejeicimus. Verum quantum ad naturalem sapientiam spectat, factorum memorabilium triplex est genus, uel necessariorum, uel utilium, uel delectabilium. Est autem in his duplex ratio, uel inuentionis, uel perfectionis, ergo necessaria in artibus connumerantur utilia: tum in artibus tum in morib; delectabilia scientijs & artibus quibusdam communia sunt. Celebramus Appellem & Zeusim, quod pictores fuerint celeberrimi: Philoclem Aegyptium Cleantemq; ac Cleopphantum Corinthios quod inuenient, illi quidem absq; coloribus, hic uero etiam coloribus additis. Sic et Di badates Sycionius celebratur à plasticæ inuentione, à perfectione Gorgastus Damophilusq; Graci ambo. Inuenit & Munerarum uiuaria C. Hirius. Quis neget nulla necessitate, sed ad uoluptatem tantum & Apitius cum Lucullo, quamvis nihil intenisse celebre. In luxuria eius tamē magnitudine celebratur, verum pars ea quæ ad uoluptatem tantum pertinet, natu-

ralis sapientie portio non est, sed humanae, quam tamen ab hac diuellere propter nimiam similitudinem nequivi. At uero pietura quanquam ad delectationem sit, quia tamen genus hoc delectationis honestum est, ad naturalem spectat sapientiam. At in genere utilium admiramus Socratem, quod tam perfecte philosophatus fuerit: laudamusque Thaletem, quod primus philosophandi initia dederit. Igitur sapiens queret, an sufficere possit in horum trium aliquo inuenire quicquam uel perficere. Nam illud Horatij:

Sumite materiam vestris qui scribitis aequam

Viribus: & uersate diu quid ferre recusent

Quid ualeant humeri,

non solum de scribenibus, sed etiam de his qui aliquid magni perficere contendunt, omnibus dictum intelligatur. Nam non omnibus omnia conueniunt: nec ex aequo sapientia uniuersis conuenire potest: namque cum aliquibus ex toto natura negata sit, necesse est etiam plures esse, quibus etiam magno labore exigua pars concedatur. Atque ut diuersa genera felicitatum, nec aequalis omnibus conuenit beatitudine: sed in omnibus etiam supercoelestibus non exigua differentia & magnitudinis & generis felicitas est, seu ad philosophos respicias seu sacrae credas paginæ. Sic & sapientiae genera diuersa sunt: cumque pauci ad eum men eius peruenire possint: sic omnes diuersis gradibus sapientiae exornantur, ut minor pars nobiliori naturæ concessa ridiculum hominem faciat, maior infirmiori homini incommodum pariat. Quis non rideat senem pueriles ludos apposite callentes. & regem histrionicam? atque è diuerso, quis histrionem de regni administratione etiam recte sentientem diutius ferat, ruficunque conabitur docere ut eleganter latine loquatur? Itaque ut singulorum diuersa natura hominum est, sic singulis sua debetur sapientiae portio, atque ex accommodationo genere sumpta. Quamobrem Philippus ille iure merito Magnus Alexandri pater, cum audisset filium tibia pulchre cecinisse, illum coareguit

guit, indoluitq; quod artem minime regiam plis impendio cal-
leret. Quantum obfuit quam indecens Neroni citharistica, que
in priuato homine laudibus fuisse prosequenda. At uero ope-
rum ratio penè similis, atq; in ea studium regibus & priuatis
inæquale; illis facile est operum magnitudine æternam memo-
riam sibi parare. Sic Arthemisia Caræ regina Mausoleum cō-
iugi condidit: sepulchrum mira arte ac magnitudine cum Ly-
cios expilaret ob immensi operis impensam. Semiratmis Babry-
lonem ædificauit, non solum amplitudine admirandam, sed mu-
rorum altitudine ac crassitudine, tum etiam arte domorum ac
hortis pensilibus. & Minos labyrinthum in Creta, & in Italia
non minorem sepulchri molem, ne uel in hoc Italia ceteris ce-
deret prouincijs, Hetruriae rex Porsena. & in Aegypto reges
extruxerunt Pyramides, opus quidem inornatum, sed ea ma-
gnitudine ac firmitate, quæ fidem omnem superaret: quarum
que minima est omnium, omnibus tamen admirabilior est,
quod Rhodope meretricio quaestu, quæ etiam olim serua fue-
rat, exædificata est. Itaq; cunnī sordidum lucrum spectare li-
cet cum amplissimorum regum potentia decertantis. At Xer-
xes Hellespontum ponte iunxit. & Darius Bosphorum cum ad
uersus Scythas proficeretur. Isthmum fodere tentauerunt
Demetrius rex, Cæsar Dictator, C. Calligula, Neroq;: omnes
incassum infaustoq; exitu. Sed & Isthmum quo Iberia & Alba-
nia Armenię jungitur, Seleucus Nicanor diuidere conatus est
ut Caspio mari Mediterraneum committeret, qui & ipse occi-
sus est. Ergo haec ad gloriam immortalē spectant, in quibus
etiam uoluisse solum memoria tamen dignum fuit. At uero pri-
uatorum eadem potentia non est, studium non leuius. Namq;
cum Phidias Míneruam opus sanè admirabile Atheniensib[us]
fabricasset, clypeos suam ipsius imaginem tanta arte insculpsit,
ut amota ea tota imago dissolueretur. Itaq; in Parthenone po-
sta eburnea statua, & depticis miraculi argumentum erat: &
auidentatis immensa gloria alsequendæ ipsius auctoris. Simili-

b 2 argumen-

argumēto & Sostratus Gnidius cum turrim Ptolemaeo in Alexandria portu nauigantibus exædificasset, marmoreo lapidi hæc inscripsit; Sostratus Dexiphanes Gnidius Dijs Nauigantibus salutiferis; demum obducta inscriptione leui calce, super imposuit regis nomen, ut cum brevi tempore calx excideret, fabri non regis in æterno lapide nomē relinqueretur. Bellisarius crucem auream pondo centum gemmis undequaque preciosioribus ornatam, ex manubij bellicis literis Græcis Latinisq; uitiorias suas continentem in æde diuorum Petri ac Pauli Romę sacravit. Sed cum tam multiplex sit ratio custodiendi perpetui nominis, optima tamen est ciuitatum egregiarum ædificatio, ex his quæ ad operum constructionem pertinent, quod ciuitas propagatione hominum diutius seruetur; ab his autem moenia & domus instaurari solent; nec excidit unquam memoria conditoris. Nancj cum Romę Nero Neronia; nam instaurata pars quæ incendio coruerat, & Leo pontifex Leoninam muri parte, quæ cis Tiberim ceciderat reædificata uocari iussisse, non obtinuerunt. Et quamuis hæc sit ex omnibus operibus maxime stabilis gloria, infirmior tamen est duobus reliquis generibus hominum scilicet memoria ac libris. Nancj Mithridates ob uigintiduarum linguarum peritiam, & Cyrus ob immensam memoriam, Seleuco à quo Seleucia condita sunt famosiores. Etenim quod ad reliquam operum partem attinet nulla est comparatio, quandoquidem ut recte Satyricus dicebat:

— Data sunt ipsis quocq; fata sepulchrīs.

Ergo opera, statuæ, picturæ, hominum memoriam seruant; ac diu. Verum nisi propagentur, nec illustribus factis, nec scriptis possunt comparari. Quamobrem cum Alexander gloriæ cupi dissimus sepulchrum Achillis uidisset, sicut Homeris memoria quod tam illustrem suarum laudum preconem inuenierit; optabatq; magis se in Homero Theristem, quam in Cherilo poeta Hectorem uel Achillem esse. Quid rogo locupletius ad famam seu uitæ memoriam ac gestorum uitarum descriptione quæ à Plutar

Plutarchus narrantur: aut quām parum interest cum Aristotele loqui ac Platone, uel eorum legere scripta. Sed habent principes famae unum auxiliū plus alijs, quod & si nihil memoria dignum gerant, fuisse tamen regem memoria dignum est: recentur, scribuntur in temporum enumeratione, memorantur ab historicis, legibus, actibus quibuscumq; bene aut male gestis in controvēsiā ueniunt. Sic Cæsares, Pontifices, Gallorum reges, tot seculis, quamuis non omnes memoria digni, memorabiles tamē sunt. Verum nec ampla nec adeo diuturna est horum gloria, qui præcipuum aliquem Historicum aut poetam non inuenient. Est igitur maior facienda militari arte aē hominibus potior; & sapientiae munus ipsa potentia diuturnius. Quamobrem quoniam pacto libri ipsi conscribendi sunt, ut perennes maneant nunc edendum. Et quamuis non omnia aſſe quaris, nec tamen ideo Aegyptus non beata est regio, quod ea preis careat & turture pīſce: nec felix non Arabia, quod in ea nux uel castanea uel etiam unedo non sit: nec enim natura humana diuinæ simillim ac coequalis est, ut omnia ad ungues sine reprehensione perficere queat. Sed ut iam dictū est, ille perfectior dicendus, qui minus aberrat a scopo; ille autem perfectissimus qui minimum. quod nihil aberrare atq; in nullo, diuinæ potius est cuiusdam felicitatis quam humanæ munus. Itaq; cum scribendi ratio potior sit omni humana experientia, atq; illa etiam ut uisum est uita, uidendum sanè est ut magna illam diligentia qui potis sunt consequantur: & nunc quidem ratio omnis scribendi eadem uideretur, quæ & factorum memorabilium. Atq; ut illa triplex, scilicet, necessariorum, uel utilium, uel eorum quæ ad uoluptatem pertinent: & quædam duo ex his amplectuntur. Vnde non male dictum est:

Aut prodeſſe uolunt: aut delectare poetae.
quæ uero omnia genera amplectatur difficile est inuenire; licet tamen sed multorum ac diuersi generis librorum rationem habent. Horum autem singulum uel ab inuentione uel a perfectione aus-

ne auctoritatem assequetur; si enim horum neutrum aderit, cetero liber ille excidet. V. elut de annalibus Volusij Catullus:

Et Volusij annales Paduam morientur ad ipsam,

Et laflas scombris saepe dabunt tunicas.

Quod & factum est succendentibus temporibus: nam nunc nulla illius copia superest. Voluptuosii autem generis duae sunt partes, delectationem scilicet parere uel admirationem, utroque non parvam em capimus uoluptate. Vnde poetæ quāuis fabulosa canant nec credenda, admirationem tamen parientes nullo serio auctore minus libenter leguntur. Quæ autem voluptuosii generis sunt, ob delectationem uelut comediae & quæ de amorous agunt, nec uerear is quod Martialis dixerit:

Victurus genium debet habere liber.

nam genius aderit utiq; si & ars. Et quanq; Gregorij duo, alter Romanus pontifex Romanæ linguæ auctores plurimos quod lasciuiores uiderentur concremauerit, uehui Cæciliū, Affraniū, Nævium, Licinium, Ennium, Attiliū, Victorem, Liū dialogos: nec Plauto aut Martiali uel Terentio pepercérint, quos barbarica manus etiam seruauit incolumes; quamvis ob exemplarium multitudinem tolli nequiverint, mens tamen pia illis non defuit, ut etiam Tacitum parentem Romanæ historiæ, quod Christiano nominis insensus esset delere conarentur, qui fauicū ac mutilatus ad nos peruenit. Alter Nazanzenus consili studio Græcos, Menandrum, Diphilum, Appollodorum, Philemonem, Alexim, Saphum, Alceū, Aristippum, ueterūq; Annalium etiā scriptores intercepérunt; nihilominus plures etiā reliquerunt, qui aut probarentur aut illorū voluntati non subiacabant. Etenim librorum ut hominum conditio est, quidam enim morbis sponte pereunt: quidam inuidorum aut inimicorum fraude: quidam in cōmuni calamitate. Sic & librorum alij ob incuriam quod inutiles sint & inculti negliguntur, et elut Meū Romani, & Cherili Græci poemata. Alii quod quanquam elaborati essent, melioribus tamen in eo genere succendentibus, grati

grati esse deficerunt, ut et apud Graecos Erasistrati uolumina, propter Galenum, apud Latinos Trogii historia propter Iustini. Alij in communī calamitate pereunt, ut Ciceronis libri de republica, de gloria, de consolatione: Liuī & Salustij maior pars historiarum, M. Varronis fermē tota illa congeries librorum, quanquam pars consulto quae ad sacrorum uetus torum pertinebat religionem, ab eodē pontifice quem & ceteros per didisse diximus deleta sit. Ergo he communes calamitates librorum seu ex mutatione imperij orbis ac linguae, seu religionis, seu ex incendio, ut in bibliotheca Alexandrina, in qua ferunt se ptingenta milia librorū intercidisse, & in conflagratione templi pacis Romæ: non tamen possunt libros geniales delere. Hos autem quales sint aut esse debeant nunc exportam.

Principio liber omnis nō sicut ac apud Vitruvium columnā humano corpori comparari & assimilari debet. Namq; in homine longum latumq; inuenitur, ac profundū, tum uero caput, pectus ac pedes omnia uero decenter composita atq; ornata, itemq; in eo partes omnino siccæ ut ossa, aliae ex toto bus midæ ut sanguis, aliae calidæ ut cor, aliae frigidæ ut cartilago, aliae simplices ut caro, aliae ex pluribus compositæ ut caput; sic in libro diversa sunt genera dicendi, longum atq; extensum, ut Liuī ac Herodoti & Platonis: breve & concisum, ut Lucij Flori & Aristotelis ac Thucydidis. Floridum et pingue, in quo genere Cicero apud Latinos in orationibus maxime, & apud Graecos Demosthenes probantur: siccum & sterile ut apud Latinos Pontamus, apud Graecos Ptolemaeus. Purum & nitidum, ut C. Cæsaris commentaria & Lysiae orationes: mixtum & turbulentum, ut Pliniū auunculi & Galeni. Neq; enim una horum est aut dicēdi copia aut nitor aut synceritas: quamuis tamē inter se multum differant. Omnis autem liber qui uetus statem subire aliquando debet, materie de qua scribitur accommodatus sit stylo, uerbis, sententijs: atq; hæc eadem inter se similia ac convenientia habeat: si uero perfectus, rotundus ac perpolitus.

tus. At uero perfectio ipsa triplex esse potest, uel quod uniuersa quae de illa re dici possint contineat, ut Alchindi libellus de proportione, quae ex duabus alijs continetur: uel quod uniuersam artem de omnibus loquens, quauis non omnia explicet, uelut Aetius in medicina, et Galeni parua ars: uel quod capita rerum grauissimis sententijs contineat, ut Archimedes πηρὶ τῆς σφαῖρας καὶ τῆς κυλίγονος. & Hippocratis aphorismi. Atque in universum ratio omnis compositionis circa haec versatur, aut horum unius ut uel nihil desit his quae pertractantur, uel quae pertractantur perfecte omnino explicetur: uel ut quae explicantur perfecto dicendi genere scripta sint. Ergo quaedam ex toto uerba non convenientia nulli dicendi generi, ut obscoena, sordida, barbara, iniustata, agrestia &c. Obscoena quidem ut quae sine uerecundia efferrin non possunt: sordida uero quae & si impudica non sunt, in mandata tamen oratione non secus ac coenū in nitida corte foedant, qualia quae excrementis humanis & pudibundis partibus nomina imposita sunt. Sed non omnia omnibus locis adeo inepta sunt. Namque & sordidis qui rem rusticam & medicam tractant, non tam honeste quam necessariò utuntur, & obscenis qui carminibus impudicis conficiendis operam dant, ut Tibullus & Martialis, satyrici etiam & comœdi. Cothurni autem grauitas obscenitatem non admittit. Generaliter autem personarum ratio habenda est, & in omnibus is modus seruandus, quem in poematibus scribit Horatius dicens:

Tristitia moestum

Vultum uerba decent: iratum, plena minarum;

Ludentem, lascivam: seuerum, feria dictu.

at barbaris nullus est omnino usus, nisi cum in linguam Latinam transferint: resque ipsa barbarum nomen tantum habeat. Manus codiarum enim dicemus auem, quae terram nunquam attingit sed in sublimi tantum fertur: atque in proprijs Adamum dicemus non Adam. Plerunque etiam premissa necessitatibus excusatione, uelut apud Cæsarem, tertiam qui ipsorum lingua Cœsar, nostra

nostra Galli appellantur, Agrestia quis leuiter ferat, ut in non
minibus dulcedinibus ac grauius etiam alboribus; & in uerbis
amaminor & audire, & quis libet audiat duis pro bis, quae
etiam ob causam multa nomina casibus, multa uerba temporis
bus cariere, que omnia vocauerunt Anomala seu Heterocita:
non quod his ipsa carere possint, sed quod ob duriciem adeo es-
tent inusitata, ut explodi mererentur. usus causam fingente re-
gula. Illud uero obseruandum in iusitatis, ut si proferantur
concinne locum recipiant, uelut a Virgilio:

Igneus est ollis uigor, & coelestis origo.

& ibi

Tros rutulus' uie fuat. nam olli & fuat prisa uox
atq; iusitata penè erat. Vnde recte Horatius:

Si forte necesse est

Indicis monstrare recentibus abdita rerum:

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis

Continget: dabiturq; licentia sumpta prudenter.

Verum in omni compositione cum necessarium sit eam emen-
datam fore, dilucidam atq; ornatam, emendationem & uerbis
sumptam iam expressimus: cum tamen non omnia uerba et ob-
scoena sint & sordida æqualiter in diversis orationibus. Nam
tractare pudenda uel exercere obscoenum est, pudendis saucia
tum esse honeste dici potest. Obscuritatem omnes refugiunt,
& qui scribunt & qui legunt: uerum ambiguitatem non ita:
nanq; & Aristoteli multum hæc profuit & Martiano Capelle.
Nam ubi sensus multiplex excipi potest, ibi admirationi locus
est. Porro dictum est, quantum admiratio ad diuturnitatem o-
peris conducat: Auctoritatem enim auget, hæc uero precium
addit. Nanq; homines omnes facile quacunq; posse dicere exi-
stimant, ambiguis uerbis ac sententijs uti posse non omnibus
sed sapientibus solum concessum uidetur. Nec parum Tyberio
Cæsari hoc profuisse creditum est, quod non claram unquam
orationem apud senatum haberet, sed dubijs illos sententijs ac
quasi ænigmatibus torqueret. Atq; hæc de ambiguitate uulga-

i

ris

ris opinio est, cum tamen nihil difficilius sit ut recte Quintilianus dicebat, quam sic dicere, ut omnes existimant se posse dicere, scilicet dilucide ac pure: igitur non in illo, sed in hoc elaborandura est. Excusatur tamē obscuritas, uel ob breuitatem, ut in Persio, uel in obscoenis, uelut apud Quintilianum nimium est, quod intelligitur, cum de prauis loquit̄ praeceptoribus. Quanquam hoc habeant obscoenī h̄ sermones, ut nunquam obscuri satis sint, quod mens sponte ad illorum interpretationem celesteriter ferāt. Obscure etiā licet loqui in rebus ambiguis, qua arte Aristoteles semper usus est ne deprehendi possit, & cum nihil diceret, de his tamen multa loqui uideretur. Obscure in pericula oratione, quanquam non Hermogeni Tharsensi hoc apud Domitianum profuerit, loqui licet: uelut & illud, Quirites libertatem amissimus: obscurum enim est, quoniam incertum uel ambiguum sensum retinet: tum in familiaribus colloquijs, ut in epistolis ad Atticum Cicero. Impudens enim esset, priuata negotia omnibus prodere. Ergo obscuritatis ratio his continetur, periculo, uerecundia, rebusq; que tractantur minus certis: uerecundia autem ex rebus priuatis sumitur, aut obscoenis: in reliquis igitur uerbis, omnia pro qualitate rerum sunt accommodanda. Cum enim quædam grauia, alia leuia, sonantia & exilia, grandia paruaq; tum sublimia ac humilia, & aspera & lenia, tum propria quædam, alia per figuram assumpta, multaq; genera uerborum ab his disiuncta, quæ longum esset dinumerare: unumquodq; suo loco reddendum est, atq; in his pracepta etiam orationi & figuræ locis suis congruere debet. Non satis ridebimus illum, qui de Rhetorica inornate, qui de ordine inordinate, qui de Latina lingua non emendate scribet: aut si de sapientia stulte, uel de continentia impudice: sic & figuris sermo accommodatus erit, quod belle Horatius obseruat, ut cum de eo loquitur, qui grandi hiatu librum inchoauerat, nec pondus aut magnitudinem initij sustinere potuit, sententiam enim exempli deformitate declarans inquit:

Partū

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Quoniam pacto illius imprudentia, & ineptia melius potuit explicari: sed & ordo ipse seruandus rerū, ut quæ prius facta sunt prius referantur, & faciliora difficilibus, & ut uniuersam diuisiōnēs multitudinem ambiant. Etenim si uel unum illius membra exciderit, imperfecta & manca est compositio illa. Verū non singula adnumeranda, præsertim si plura sint, uelut Iuris consulti ac philosophi quidam nostrorum temporum faciunt: licet tamen his qui rem ex ordine natam tractant, uelut Geometris Arithmeticis, atq; illis quib; mora iacturam affert, ut medicis: uerum & hoc si extra orationis contextum sit, non solum uenustus, sed etiam utilius erit. Porro ordo nulli magis quam historico conuenit, sermonis uero puritas his qui arduas ac difficiles tractant artes, uelut Architecturam & Astrologiam, ceterasq; uocatas Mathematicas. Nam in his copia & redundantia summam parit difficultatem. Multis etiam hoc dubitabile uisum est, an Græca Latinis miscere liceat. Nanc; & si Quintilianus, qui unus inter Latinos opus absoluit rotundum et expolitū, omnia de omnibus ornateq; explicans permisceat, & Gellius non inelegans auctor, & Macrobius, & ipse Cicero in epistolis quæ ad Atticum extant: nihilominus plures Ciceronis ea sententia deterret, quod minus id legittime se facere posse existimat, cum in Tusculanis dicit: Scis enim me græce loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Græco latime: uerum tamen non plus una auctoritas nos mouere debet, quam ipsa tamen eodem primo libre labefactat, si quidem νεκύα (i. mortuorum festum, funus, carmen Homeri.) Homeris & αιτιολογία (i. Contra axem posita.) aliaq; complura Græca Graece scribit, uelut γραμμος (i. Utiles seu frugi homines) & alia singit, ut αβλαβια, (i. Innocentia) quæ apud Græcos non est. Itaque primum illud scire expediat, posteriores linguas prioribus quidem non decenter inseri, ut materna Latinis, Latina Græcis, Græca Iudaicis: at contra licet, nec tamen passim: quod dea quæ intermissione maiorem aucto-

ritatem habere debent. Igitur Graeca Latinis multipliciter ad miscere non tantum solemus, at fermè cogimur, cum Graeca Latinis comparamus; uelut apud Macrobiū in collatione Homeri Virgilijq;. Nam si Homerī carmina uertas, quæ nam tunc erit comparatio? uel si uolumus omnē Graeci auctoris φράσεων exprimere, non sententiam tantum, uelut in Aristotelicis auctoritatibus excitandis frequenter accidit, uel si uocabuli proprietas nullo ferè modo latine explicari potest, uelut ἀργα δικτύη & γρί, quæ explicari satis latine nequeunt. Vel quod longa periodūdū explicatur, ut apud Ciceronem ἀσφατίστητος. (i. sine ducali uitute.) uel similia continet, ut διαβόντος, qui uel ob uitutem uel uitia diuulgatus ac cunctis notus est, cum in utrāq; partem accipiatur; sic apud Ciceronē οἰλοτυπία. Vel breuitatis causa, ut illud apud eundem μὴ δίκαιον, pro toto carmine μὴ δίκαιον δικαιοσύνη πρίν αὐτοῖν μὴ διον κακούσις. ne causam iudicaueris antequā utriusq; partis rationes audias, uel quia Graeco scribimus, ut ad Atticum pleraq;, uel uerecundiæ causa. ut apud Ciceronem αἰχροῦ φαντασία (i. turpis uisum.) Vel honestatis ut apud eundem Φιλόδεξ, honestius enim quam ambitiosus: uel obscuritatis ut illud πολυάδιμας μοι πρώτος ἐλεγχέιν (i. Polydaias mihi primus exhibavit.) uel quia alterius uerba referimus, ut apud Suetonium in Neronis uita: θανάτῳ μὲν αὐτῷ σύγχειρος, μάτηρ, πετήρ. (i. Mori me iubet uxor, mater, patr.) & illud in dictatore καὶ σὺ πένθος. (i. et tu fisi?) decebat enim mentis constantiam reddere: licet & conciūtatis causa, ubi uocum collisio fit quæ ad Latinam transire nequeat, ut illud Diogenis cum in balneo furem spectaret dixit: ἐπ' αλεφμαίπον, οὐτ' επ' αλλ' ιμμαίπον. quod est, an ad unguenta an ad aliorum uestem, gratiam tamen uocum ad Latinam linguā translata amittunt. Sic etiam in proverbijs, cum Latina non obtineant proverbijs locum, necessaria est Graeca uox, ut illud φρυγός λεγλίστερος. (i. tortura loquacior) Nam apud Latinos uicem non obtinet adagij, ut nec illud, σὺ αὖθις θησός (i. non sine Theſeo.) quod nomen proprium uiri sit, historiamq; Graciam in se conlineat.

tineat. Dictiones etiam Græcae si græce scribantur cum nondum Latinam uariationem receperint, melius in contextum orationis uenient, ut ἀπόφοι quām apostrophe. & dico ad quā diabole: diligit & Quintilianus συλλογού potius quām syllagismum, & si Latinam receperit declinationem. In exponendis Græcis ac Latinis dictis sine discrimine necessaria est uox Græca, ut apud Cœlium Rhodoginum frequentissime legere licet: titulus autem rei cōgruit, Antiquarum lectionum, ipsi in stituto. Sic & in Etymologijs nominum ac uerborū deductio ne, ubi fides Græcae uocis est imploranda: tum uero in his quæ sam usus peruerterat, cumq; non parui momentū sit restituisse, Græcam requirimus lectionem; ut apud Alciatum uidere licet, cum falsam Accursij de usuris interpretationem contrahit. Liceat & propria quadam professione, ut Budeo in commentarijs Græcae linguae, & Grammaticæ professoribus. Item si interpretatio dubia sit ex ancipiū uerbo, recte Græcam dictionem apponimus, ut legenti integrum rei iudicium relinquitur: uelut apud Galeni interpres uerecundiores spectare licet. Nec enim ambigua nolle decernere, est inerudit, sed uelle potius temerarij: ergo cum tot modis liceat, uisum est aliquibus inepte tamen, passim licere. Nam in historia ut minime decet, sic non uidetur fermè necessaria nec in translatione ubi nihil ambiguum sit quod nos cogat: nam quæ circumambiendo solum declarari possunt, artem uertentis desiderant non breuitatem. In his duobus generibus uix uox Græca latine admiscebitur: exemplo sit T. Livij & Salustij historia, tum Platonis libri sati fideliter à Ficino cōuersi. Quorum enim si secus fieri possit spectat Græca uertendo, Græca relinquare: nec igitur Græca uerba semper admittenda nec fugienda, cum uero nulla est necessitas fugienda permisso plurium linguarum est, que minus elegantem reddere solet orationē, ut etiam Cicero recte iubet. Quanquam illi in hoc, quod lingua Latinam floridam efficeretur cuperet minus sit credendum, nam & Latinā prætulit Græca etiam

ce etiam in copia, quæ quanquam sinceritate superior sit: quod tamen abundantior etiam dici debeat, nulli alteri à Cicerone credam, nec ipsi, nisi oratione longa id mihi persuadeat. Verum cum illum diuersa in hoc sensisse videam, laudabo artem, testimoniū non recipiam. Sed ad rem historiæ redeo, quæ non solum candida & pura & ordinata, sed sine uitio esse debet; absurdum autem fuerit si ex innumerabilibus pauca uitia recensere uoluerō, tum præsertim cum Lutianus de his etiam scripsiterit: nostrum enim est solum rerum capita summa attingere. Igitur historia perennis uel de illustri re esse debet, uel admodum ornata, uerum si primum desit, uix illa diligentia sufficiet, ut diu possit manere. Porro res illustres sunt uel magnitudine bellorum, ut Romanæ, uel felicitatis ut Alexandri, uel fama & tumultus ut Artaxerxis uel Xerxis, aut quia summa rerum in his uerasatur, ut Bruti & Cassij aduersus Antonium & Octauium, uel Cæsaris ac Pompeij. Quanquam Bruti & Cassij gesta aduersus trium uiros etiam scelerum admiratione magna sint. Extremum est cum inter maximè celebratos populos magnis affectibus longo tempore miroq; euentu bellum geritur, uelut Pelonense quod à Thucydide describitur. Verum si omnia haec uniuersalis quædam historia complectatur, non in iucunda erit: Sed tamen in his breuitas multa nos prætermittere cogit. Prolixus sermo fastidium parit: summa moderatione in his opus est. Clari apud Latinos habentur Littius, Salustius & Tacitus, apud Græcos Herodotus, Thucydides & Theopompus. Iustini ab ambitu, cuius imitator Sabellicus, Q. Curtius ob Alexandrum in precio est. Ergo plus ratio scribendi, quam gestarum rerum magnitudo ad operis perpetuitatem facit, nō quod hæc legi digniora, sed quod difficilius surripiuntur. Est autem hoc in omni scribendi genere uerissimum, ornata magnis ac necessarijs dum lingua manet præstare: at si lingua desierit, quæ artes ac res magnas continent, quam quæ facienda sunt. Ptolemy in sua lingua penè barbarus ad Latinos to-

tus

uis transiit: Theopompus quamvis elegantissimus interiit. Ille illud uero quodri a pluribus solet, an Cicero Littium antecessisset in historia scribenda: & quamvis magna quaestio videatur, si ad ornatum referatur: nulla tamen est, si patientia in iudicium uoces, maxima fortassis erit. Litterae tamen orationes militares magis sunt Ciceronis locupletiores. quis in ardore gerendarum rerum sapienter singat Ciceronis affluentiam? Caudendum est etiam in omni compositione, ne uerbū pro historia subiicias, uelut illud

Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.

nam si in oratione soluta frequens fuerit haec historiarum congeries, qualis apud Pontanum, orationē obscurabit: nec tamē opinionem eruditioris ex hoc assequetur. Vitiosa est etiam in poetis si adeo sit frequens ut carmen obnubilet, tamen magis obscura & obsoleta, qualis apud Virgilium:

Venerat antiquis Coriti de finibus Aeron

Grauis homo, infectos linquens profugus Hymeneos.

Porrò rarum exemplum decet, & ut inter stellas subobscurare liquas ostendunt splendidiores, sic rara quedam historia ac per breuis quamvis subobscura auctoritatē compositioni addit. In hoc igitur genere Papinius peccat. Verum dilucida & breuis eo in carmine decentior, quo obscura longè ineptior, uelut illud:

Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

geminas enim historias uno recondit carmine, sed dilucidat: ut uero obscura breuitas ingrata, sic insulsa prolixitas, cuius rei tenue sit argumentum, uelut illud cuiusdam: At Pontifex magnificientissima Vaticanarum ædium parte, ubi laquearia aurata, lecti serici, aulea eximij operis uisebantur, Demetrium scipi, & togis sericis uestiri iussit. Cum tota eiusmodi sit compositionis, quis æquo animo legat nisi illi similis? Quamobrem etiam si peccandum esset, breuitas irrisioni minus est obnoxia: ergo in omnibus habenda est ratio rei, loci, temporis, personæ, compositionis. Nam Tragicos & Lyricos obscura breuitas non tantum

tum ostendit sicut comoedos ac heroici carminis auctores. Red
denda igitur in cuius est ratio omnium. Quis uibrantem telum
non intendat longam orationem si reciteret, ubi moræ periculum
uitæ iungitur? & uides quomodo Virgilius inducat:

Ecquis erit mecum iuuenes, qui primus in hostem?

En, ait; & iaculū intorquens emittit in auras. & Homerus

λαοῖσιν δὲ ἀνέβη καρίατι σύος αὐχλάδι,

καὶ δέ εἴς ιέμενοι ἐπὶ ἔκτοτε πηρά βέλεμνες

μή τις κῦδος ἄργοι τῷ βαλλοφόρῳ.

(i. Populis autem annuebat capite diuus Achilles Non permisit illi Hecto
rem mittere hostilia tela, Ne quis iaculans gloriam auferret.)

Ergo cum curreret non poterat uoce id significare, nec omnibus, quin cursum impeditaret. Cumque amuro sagittis expeteretur, atrocissimum etiam hostem potius sibi eripi quam ab alio occidi malebat, quod gloriae cupiditas iram etiam qua insaniebat uinceret. Nimirum igitur in tanta arte illud perulgatum erat ex quo difficilima fore, fulmen est manu Iouis, & ab Hercule clauam, & ab Homero carmen auferre: quod etiam si auferatur que difficile esse, inuenire, cui carmen illud conuenire possit. Est ergo poetarum qui in genere delectandi sunt uirtus summa bene fingere, apteque describere: sed artificum & historicorum non bene facta, sed nullo modo facta esse debet. Porro poetarum Homerus princeps carminis magnitudine rebus gelatis. nam Troianum bellum Græcorum et Barbarorum Europe & Asia certamen fuit figurarū lepore, inuentione, imitatione, sententiarum grauitate doctrina. Hunc imitatur apud Latinos Virgilius. Verum cum illius gloriam non se assecutus intelligeret, neque enim ob aliud mortis cremarī mandauit opus, ut uel seruatum, uix enim uerissimile fuit testamentum non irritum fore, laudem Augusti mereretur, unde illud eiusdem:

Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis

Tam dirum mandare nephas? ergo ibit in ignes

Magnaēq; doctiloquī morietur musa Maronis;

num

tum reliqua que in operis Virgilianam laudationem ab illo scribuntur. Non solum ergo pudice seruari meruit, sed majoris spei si superuixisset fidem accepit; auctoritatemq; ab imperatore maximo consecutus est, cum quia ad nostra uiginti tempora peruenit. Et quanquam haec sapientiae portio humanae non naturalis pars sit, imitatione tamen quadam Timantius laudanda est. Nam cum Iphigeniam ut Plinius refert ad aram statuam pinxisset, ac Græcos summo dolore uitium tristem praferentes; tristissimum adeo etiam Menelaum patrum, ut ne quis quam ad uultus moerorem addi posse speraret; cum Agamemnon pater & ipse pingendus esset, quod arte non potuit consilio effecit: uultu enim uelans tristiciam illius non oculis sed astantium menti aestimandam reliquit. Sic ille artifex non ignobilis maiora etiam in coniectura quam quæ arte exprimere ualeret reliquit; quod cum artis pars sit non multum ea uera Virgilius sapientia recessisse uisus est, eum tam honesta intentio & se ab omni accusatione & opus a comparatione vindicauit. Est & Euripidi & Sophocli in tragico generem magna laus: Genecam nostri multum reuulgunt, rem tamen raram, & gravissimis sententijs aggressus, superuixit. Exemit a temporum iniuria paruitas, & absolutum dicendi genus. Tibullum, Catullum, Terentium, Propertium, Aristophanem satyrica dicendi mordacitas, tum lepor maximus ornamenito iunctus, merito illum a temporum calamitate defenderunt. Interiere tamen quædam meliora deterioribus seruatis, sed ingloria etiam uelut in carteris fortuna partes suas sibi vindicat. Nulli tamen in illo generere optimi illius uiolentiae patent, nec ultimos diu seruare potest: Ergo in medijs ea libertas est, nam Martialem seruauit, quem tamen Plinius interitorum breui putabat, & quod operi nocere credebatur, impuritas linguae sermonisq; Latini temporum calamitate ei profuit, cum bonis sublatiis auctoriibus auctarum quoddam uideretur. Maxima fuisse etiam iniuria, quæ Horatii poemata & Plini Panegyricum sustulisset. Cum enim bre

via hæc essent, elaborata, rotunda, expolita, nitida, sententiosa, uenusta, merito etiam illæsa ad nos peruererint. Ouidium seruat auctoritas, tum maximè libri cuius titulus est Metamorphosis. Assurgit ibi plerūq; oratori similis, ut in Vlyssis & Aia cis contentione: Historiam eleganter describit multitudine in signis fabellarum continuatione admirandus, ergo liceat illi irato & dolenti dicere:

Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetusas.

Cum uolet illa dies, quæ nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spaciū mīhi finiat æui.

Parte tamen meliore mei, super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit indelebile nostrum.

Quaç patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perç omnia secula fama,

Si quid habent ueri uatum præfagia, uiuam.

Ecce quām sapienter gloriæ dignitatē explicat, operis diuturnitatem præuidet, animi immortalitatē testatur, imperiū cum lingua lingua cum operis uita necit, uitæ huius paruitatem ostendit. Sed nec Horatius in simili genere deceptus est, dum dixit:

Non usitata nec tenui ferar

Penna biformis per liquidum æthera

Vates, necq; in terris morabor

Longius: inuidiaq; maior

Vrbeis relinquam, non ego pauperum

Sanguis parentum, non ego, quem uocas

Dilecte Mœcenas obibō:

Nec stigya cohíbebor unda.

Et alibi clarius etiā repetit dicens:

Exegi monumentum ære perennius,

Regaliq; situ pyramidum altius,

Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruere, aut innumerabilis

Anno

Aennorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaç pars mea
Vitabit Libitinam: usq; ego postera
Crescam laude recens, dum capitolium
Scandet cum tacita uirgine pontifex.

Sed & Pyndarus æternam suam famam prædicat illic,

εποίμος ὑμνων
Ἄπολυρὸς εἰ πολυχρύσῳ
εἴσαλων οὐ πτεράσσει νόσπε
τὸν ψηλέμενος ὅμηρος εἰ παικτὸς εἰ λαζάρο
ἀειθρόμουν νεφέλης δραστὸς αμελήγος.
ζετανεμος εἰ μαχοὺς αλός
εἴξει παμφέω χεράσι τη πόμαρος.

(i. Ceterus hymnorum thesaurus in auro Apollinis campo munitus est. Quod non hybernus imber de composito illatus, serus exerceitus nubis uebenter crepat, nec uentus in angulos maris uiolenta inundatione ducet nerberans.

Enuides Horatium imitari Pindarum, ut ex uerbo ferme; quanquam ferant illum potius Alcaëum imitatum, quodd Pindarus non sit imitabilis. Sed si sublimis ac diuinus Pindarus quantumvis, non habet tamen tota Græcia nec cum Alexandri propagatione unum Horatium. Non negarim illū & priorem fuisse ac religiosorem. At nunc illis suis Pindarum relinquitur, nobis Horatius satis erit. Ad rem revertamur, enuides poetis non solum Lyricis, sed etiam Ouidio licuisse seipso laudare: quod ut poetis quibus omnia licent, furoreç ut Plato ait agintur, non inconuenit, cæteris turpe quidem nisi prescriptis legibus in oratione erit: In quo genere Cicero adeò peccauit, ut ad fastidium & legentium & tunç audientium peruenierit. Vnde de scipso ut scribere recte difficultissimum, sic apposite laudabilissimum. In qua causa ut in reliquis etiam historiæ partibus, Cæsar reliquos omnes antecellit, suam scribens historiam, pure, ornate, candide, clare, nec diffuse nec breuiter: ut quantu am imperatores cæteros, tantum in historia scriptores reli-

k 2 quos

quos antecesserit. Forsan quoquerat, que ratio scriberentur in a-
gis arrideat: sua quoque favore reddenda tempori, simplices magis
delectat fabula, nasuta & hystoria; ob id antiquo tempore omnia
nigmentis obvolutabantur: nullus historiae locus: corporeo
amari scriptura ob fabulum, & poesim nunc contra fabellam pue-
ros solos delectat: atque ea causa est, cur antiqua omnia fabularum
in uolucris plena sint; nec de illis quicquam certi habere fas
sit. Sed ut ad Ouidium reuertar, fateor plurima perisse etiade
auctoris, sed non eadem tamen cura. Perij etiam elaborata tra-
goedia. sed forsitan adeo placuit paucis, ut ob difficultatem
non placeret pluribus, vel quia sollicitaria, ideo perissit. Nam & par-
uitas immoderata contemptum, & ex hoc parte ineradicabilem.
Magnitudo ad conservationem optimam, ad reparationem dif-
ficillima. Mediocritas igitur ut & in alijs caulis praeponatur.
Verum qui & breuitatem reparationis causa, mediocritatem
delectationis, magnitudinem auctoritatis contemplatione que-
sterunt, liberos isti minutis distingue partes: quod genus composi-
tionis in Platone, Aristotele, Theophrasto spectare licet. Et
quoniam multa seruata sunt: multa tamen perierunt in duobus
postremis, quod magnitudo excessisset. Moderatio igitur
in Platone omnia illius opera integra ad etatem nostram pro-
duxit. Nocte autem multitudo librorum, non solum ob magni-
tudinem in reparando, sed plerumq; in deterioribus minuit au-
toritatem. Et iure quis credat hominem & multa & optima
scripsisse: ergo ut librorum multitudo auctoritatem auget scri-
berem, sic & scriptis illius minuit: praesertim cum non eodem sy-
ntomia exarantur. Artii igitur praeclarissimi scriptores sumi
Plato, Aristoteles, Euclides, Archimedes, Vittiusius, Proles-
sus, Hippocrates, Galenus, Dioscordes, Cicero, Quintilius,
Theophrastus; quidam archum partes scripsierunt, ut Heron
descriptilibus instrumentis, Athenaeus de machinis. Ergo illo
ad quinque perfecerunt summam plus erit. Aristoteles de anima
opus scriptum octingenti talentis ob impensis ab Alexan-
dro

dio accepis: ea est summa quadringentorum octoginta millesimorum annorum: neq; ergo nullus alius operi uel industria, uel pecunia, uel philosophiae rationibus, uel magnitudine imperii regis sufficere poterat: uero hui libri non omnes extant. Explavit & omnem dialecticam partem, & philosophiam ad apicem deduxit. Horum igitur trium palmam Aristotelis certam relinquamus. Theophrasto de plantis, Dioscordi non nisi ut ad medicinam usui sunt: summa laus compositionis erit, Hippocrates medicinam inuenit, & magna ex parte perfecit: duo tamen illius maxima capita, dissectionem & puluum cognitionem Galeno sermone interclareris, quae ille adeo perfecte tradidit, ut cum sit proprium sucedentium in eundem alijs prioribus aliquid addere, in his transiret: non quae ille inuenierit perfecte potuerit allegari, Ptolomeus Astrologiam perfecit, & Geographia omnina rudimenta. Namquid ad cognitionem locorum & nominum attinet, cum alterum temporis futuritate in perpetuo sit argumentum, reliquo in variatione non potuit perficere. Inuenit & in multis participacionem ab artificibus vocatam, rem quasi penitus in instrumentis ac uocibus necessariam. Plato moralē tradidit disciplinam: Architecturam Vitruvius: Euclides Geometram, quae ad quanties corporum ac figurarum rationalium constitutionem & mensuram attinet. Archimedes quae ex uariabilibus corporum aut arearum constat ratione: ille prior & usui aptior ac ordinarior: hic sublimior & admirabilior: uterque tamen in suo genere optimus & certissimus artifex. Quintilianus & Cicero Rhetorica. Hæc omnes scientie inuenientur sunt aut ad summum apicem perductæ, uel ad omnem saltem usus commoditatem. Porro aliae sunt nondum perfectæ, sed quibus multum deficit, uelut Arithmetica: quam nos perficere uolumus. Atque in his etiam uotum laudabile est: an secerimus aliorum est judicare. Nostra enim nimirum plus quam debent placere solent. Proxima laus est eorum, qui primis innituntur, sunt autem horum genera tristitia, uel enim exponunt, uel reddunt, aut contradicunt: unde

k 3 Hos

Homeromastix uel Virgiliomastix . est enim in admiratione recte virum inclytum oppugnare : sed ut hoc pulcherrimum , sic è diuerso ineptissimum non assequi quod uelis . Sic Scotus Thomā oppugnat , Occhanus ambos , necq; ulla in doctrina cō tradicendi studium apertius , quam ubi cōtradicere minime de cere putant . Attamen & Grammaticuli sibi inuicem contradicunt , & medici aliquando , Auicenna Galeno , Diomedes Prisciano , Valla omnibus , aliij huic . Verum post Theologos discipuli magistrum imitantur , Nempe Aristoteles Platoni , Themistius Alexandro , utrisq; Auerroes ; sic collectorum liber auctoritatem ab enormitate sumpsit ; igitur contradicere celebri auctori non secus quam qui magnas res demoluntur auctoritatem pr̄bet . Sic Pausaniae quod Philippum Macedoniam regem , Olgato Hieronymo , quod Galeazium Sfortiam occiderit gloriarū tribuitur : alijs tyrannides subuertere . Sed hæc humana forsan sunt , uerum qualiacunq; sint inferius quantū conatus possit docebimus . nunc hos solum attingere par est , qui recte maximis uiris aduersantur . Difficillimum est autem bene scribentia bene contradicere , qui uero magni sunt , nihil sine ratione affirmare solent . Quamobrem pauci ualde contradicendo si circa auctoris sententiam non uersentur , gloriā consecuti sunt ; at exponendo non pauci : nam Ptolomæus & Euclides Theoremata secum trahunt , Archimedes Eustocium , Aristoteles Theomistium , Alexandrum , Ammonium , Ioannem cognomento Grammaticum , Simplicium , Auerroem , pluresq; alios . Virgilius suum Seruum , & Homeris Dydimum , nec Galenus ea gloriae parte carere voluit , Hippocratis omnia quæ essent genuina opera exponens , oppugnauit & Erasistratum temporibus suis famolum , ut Ptolemæus in Geographia Marinum . Quidam etiam scientias ipsas amoliri tentabat , uelut Ioannes Mirandula Astrologiam , & nebulo quidam uniuersas bonas artes . Tanta est hæc litis , ut etiam infanda & inaccessa dicere et superare nitantur ; quidam tutius aduersus deploratas res scribunt .

bunt, uelut Plinius qui cōtra magiā, Auerroes qui cōtra eccen-
tricos & uocatos epicyclos, & Philistius qui contra diuinato-
rias artes omnes Græce inuectus est, nā Arabice scripsit Auer-
roes, latine Plinius: ergo etiā aduersus Lamias scribere licuit.
Sed tanto admirabilius insulse tamen qui de eis scripserunt, sed
uicit admiratio stulticiam. Non igitur quæ sribas tantum re-
fert, quantum quomodo: cum uera historia & utilitas, falsa &
ueris simillima imitatio quæ esse non possunt, admiratio tue-
tur & in precium ducat. Illud sanè admiratione non mediocri
dignum, eos qui cum legibus exorti sunt maximam gloriā
etiam si mediocriter scripserint consecutos: contra qui cum lín-
gua etiam generose excidisse, cum tamen consideranti hoc nō
obscuram habeat causam. nam lex ex summo quodam cona-
tu oritur, dissipaturq; tempore. Contra lingua exoritur sensim
augetq; temporis incremento: illis igitur auctoritas maxima,
minima uero his. Sed qui reddit linguam lingua commutat,
quales nunc habemus Argiropilum, Trapezuntium, Gazam,
Leonicenum, Bassarionem, Morum, Amaseum, Cornarium,
Andernacum, Linacrum, Copum, Alciatum, Bellisarium, Fi-
chardum, Sylvanium, Rotam, Felicianum, Demetrium, Ste-
phanum nigrum, Montanum. Sed omnes Erasmus quadā fœli-
citate vincit potius quam arte: nec Linacro Alciatoq; ac Poli-
tiano sua deest auctoritas: quid moror singulos ne commemo-
rabo, aut singulorum exponam labores, aut in odiosam illos
comparationem adducam satis explicasse pro exemplo plures
qui uertendo auctores, gloriā sibi compararunt. Primus
certe in hoc genere, ut & optimus, Cicero fuit, qui Demosthe-
nis & Aeschini orationes contrarias uertit, & Xenophontis
de tuenda re familiarī libros, quæ omnia ob paruitatem interie-
runt. Proximus illi Boetius, qui uniuersa quæ tunc Aristotelis
uolumina extabant conuertit. Campanus etiam non ē Græco
sed ex Arabico Euclidem cum ad nos traduxisset, etiam exposi-
tionis laudem assequi uoluit. Quatuor igitur cum sint capita li-
brorum

litterarum contenditorum; necessitas, utilitas, delectatio, admiratio quae delectationis pars est. Necessitas artibus & partibus auctiorum debetur; & nunc artes quedam etiam ex toto sensu deficiunt, uelut Musica, cuius cū sint tria: senaria genera, Diatonicum, Chromaticum, & Enarmonicum: Diatonicum tantum superest. Opticam Bacchus quidam docuit, uerum & illius non parua pars remansit intacta. Multæ etiam philosophie partes desunt, uelut de lapidibus, de metallicis, ac alia multa: Ergo non res ipse sed inueniores deficiunt. Utilitas uero expositoris & his qui uertunt accommodatur. Delectatio fabulis, poetis, amatorisq; narrationibus inest. Admiratio copiarionibus & contraria sentientibus. Historia utilitatem & uoluptatem secum affert, quapropter etiam admirationem: ut eis haec omnibus sublimior, sic si temperata non sit, sicut quæ historia nescius est ab illa affert. Quamobrem Salustius & Caesar quanam posse sunt prodigia uitant; nec tam abstinuit Caesar presenti potius utilitatí quam historice sinceritati consilens. Cum enim iniusta souffret causam scilicet tyrannidem, finxit deorum factum non lauum, ostentis ac prodigijs uictorie fratre additis. Verum T. Luuius quæcunque sicutdem historiarum labefactare possent, non solam aliquam relatione refert, uerum etiam addita his sententia sua damnat. Porro in utilitatis & necessitatis genere quidam multa simul conscripserunt, uelut Plinius atumculus, Raphael V o laterranus, Aulus Gellius, Coelius Rhodoginus, Alexander ab Alexandro, Alciatus, Erasmus qui unam in multis rationem inuenit; sic Suidas, Athenaeus, Iulius Pollux. Alij utilitati solum seruerunt interpretantes nomina, uelut Ambrosius Calepinus, & Hesichius. Omnes autem qui multa de multis scripserint, nec unum in his ordinem, non unum dicendi genus seruauerent, sed quasi agglomerata coniunxerunt, uelut Plinius et Erasmus multorum lectione adiuti sunt. Prodest enim quamplutimum haec solertia his, qui non rotundum opus absoluere curant: at Ariostotem & Platonem & si de pluribus scribant, facile est intelligere

geret sua non aliena scripsisse. In his quaecunq; lingua; retineantur,
& rotunda sunt ac expolita, perennia etiā erunt, brevis autem quæ
cunq; successorem reperire poterunt. Horum autem uelut &
illorum qui diuersa uolumina condiderunt, non unum genus ea-
loquij, sed pro materia diuersum esse conuenit, quod maximè
Ciceronem ipsum loquendi nobis auctorem obseruasse uidi-
mus. Nec enim Epistolæ & Orationes ac Rhetorica ars eodē
stylo scriptæ sunt, quietiam & orationum & epistolarum inter-
se diuersa admodum ratio dicendi est: Sed tamen in omnibus
summam uirtutis est, ut liber uictio careat. Quamobrem Isocratis
orationem de Helenæ laudib; nentio rite probauerit, uel iuste,
non solum ob procemij longitudinē, sed quod fabulosa ueris ad-
miserit. In Encomio tum præsertim cum locuplex uerae laudis
materia nunquam fuisset defutura. Atq; ut in hoc generē uitu
peranda, sic summam artem amplectit, cum ultra omnem lau-
dationis cumulum, quo satisfecisse encomio potuit, longè plu-
ra in expectatione quam dixerit relinquit. Ergo eadem res lau-
de & uituperatione digna erit, & cum omnibus temporibus
suum dicendi genus conueniat etiam in eadem materia: medio
critas tamen in cunctis seruanda est. Ut autem bene scribas, op-
timū quæcunq; imiteris. Namq; ut refert Halicarnaseus Diony-
sius, Thucydidem oclies Demosthenes rescripsit, ac totum pe-
nè memoriam didicit: sunt qui ferant sapienti, & ab auctore con-
scriptam eam historiam ut par esset in Thucydide laudis causā,
qua in Demosthene exempli ac testimonij. Fabularū palmarū
ac luderidi quanquam Aesopo quidam tribuant, Lucianus ta-
men humanos affectus tam lepide ludit, ut illum pueris non ho-
minibus qui ætatem perfectam sint consecuti præpositum cre-
dam. Quis enim uel totum Aesopum uni Lapitharū conuiuo
audeat comparare? cum etiam in dicendi ratione plurimum
intersit. Nimirum igitur & Luciani dialogos tam diu seruatos,
quem Apuleius longa fabella imitatus est. In seruis vero narra-
tionibus auctoritas scriptoris si addenda in libro sit, caue ne ni-
mum:

illum usurpauerit, ut apud nos Catō, & tamē etiam si pārce & cūm quadam uerecundia inducatur, non indecens est. Et si ex Græco poeta sit, carmina ipsa uel græce scribenda sunt uel latine. Indecens enim est audire poetam non numerosa oratione loquentem. Historia uero fabulosa, præter id quod admiranda est, mirā etiam præbet delectationē, uelut Philostrati de Thianē uita: & in hoc genere multi materna lingua scripserūt. Quidam historiam fabulosam condiderant, ueris ac falkis simul mixtis, ut Athenœus alijqz plures: ergo non tantum refert quid scribas, quantū quomodo. Vnde si orbis incogniti historiam, que per se iucundissima est, sed à multis satis inepte, quis in unum ornate redigeret, æternam sibi famam comparare posslet. Cum Strabo totiens mutilatus, ac adeò fabulosus nō leuiter placeat. Sed hoc tamē regis auxilium desideraret. Utilitas rei si cum stylo coniuncta sit, librum tuetur. Quamobrem Varrois Columellæqz ac Catonis de re rustica librī seruati sunt, & Celsi de Medicina uictus à Columella æquali suo in re rustica nō manavit. Optime dicere in numero so pede etiam non seruato cando re lingue seruauit Iuuenalem, breuitas Persiū, magistrisqz eius Cornuti, qui in illum expositionē scripsit, auctoritas. Magistrū enim discipuli scripta exponere, nec plane intelligere, admiratione non parva dignum uidetur. Quamobrem & illud ad laudem eius celebratur:

Sæpius in libro memoratur Persius uno,

Quām leuis in tota Marsius Amazonide.

In comparationibus cum nihil sit uoluptuosius, maxima est diligentia adhibenda, ut loca simillima sibi inuicem respondeat. Quid si quis Ciceronem Demostheni, aut Aristotelii Platonē comparauerit? Lectitatur Trapezuntius cum puram redo, leat bilem non comparationem, & Bessarionis congeries habet sui studiosos. Quid si quis apte illorum scripta Platonis sci licet & Aristotelis contulisset? ergo si non industria desit & labor, modus nō deest ad perpetuam scriptis gloriam assequendam,

Ædam, sed tamen Horatiani illius præcepti memor eris, ut quod
 cunctis sit nonum prematur in annum, non solum quod tempore
 eruditiores euadimus; sed multa quæ ob animi impetum nos
 bis placent, alijs non placitura, deferuercente animi furore cum
 non placeant in melius mutantur. Tam diu igitur cum in ser-
 mone de construendis libris manserimus peccasse nobis uidere
 mur, multa paucis scribentes, nisi eodem consilio arteque docuissent
 semus etiam, quinam libri lectione digni sint, quosque maxime
 eorum feligere, ut cito proficiamus deceat: Nam uelut Cicero
 suum habuit semper Terentium secum: sic unum quenque opos-
 tet qui cito uelut proficere, non solum optimum in ea arte sibi
 præponere, uerum & qui optime etiam artem tradiderit, orna-
 te scilicet & ordinate: Ergo multis sic multa scripsisse uidemur.
 Nec uero haec tantum placebunt, quæ ad diuturnitatem spe-
 cent, quam quæ ad bene uiuere, atque ideo etiam longiora quæ
 par sit existimabuntur. Quoniam bonum & malum sentimus,
 diu esse non sentimus, sed in ampla spe collocamus: ob hoc, cum
 non minus diu quam bene esse optent homines, bene tamen ui-
 uere omni industria querunt, diu uiuere negligunt. Par ratione
 & bonam animi institutionem paruifacimus, quod quilibet
 & uirtute animi & prudentia abundare se putat. Corporis &
 fortunæ bonis nō ita: nam nos ipsos putamus animum, cætera
 extra nos esse, quare fit ut nulli minus quam mores & animum
 nostrum instruenti, quod ab ætate puerili initium habet, equas
 aures exhibere soleamus: & si qua nobis uitia insint, adeo obdu-
 ruit in hoc humana mens, ut cætera quidem omnia, haec sola
 tantum prouitijs non ducamus. Itaque fit, ut utiliorem institutio-
 nem, etiam illorum sententia, hoc errore decepti relinquamus
 tanquam inutilem, alias amplectamur. Verum nos non homi-
 num falsam existimationem, sed utiles omnes partes, quæ ad
 bene uiuendum conducunt, postquam quomodo quis diu uiue-
 re queat plene docuimus, aggrediemur. Ergo naturalis sapien-
 tiae institutum, quod ad beatam pertinet uitam, animi uirtutes,

bonam ualeitudinem, integratatem sensuum, conscientiam recte uitae, honestatem & amorem, quem amicitia nuncupamus amplectitur. Quinque enim scopi esse uidentur illius qui naturali sapientia praeditus est, animum eruditio & uirtute excolere, corporis uires seruare, uitae commoda praestare, personae decorum tueri, honestatem sic in cunctis operationibus praeferre, ut nihil siue reprehendi queat. Nam igitur cum legem nobis præfixerimus, non designabor illud Catonicum in medium afferre. Legem quam tu ipse tuleris seruato. Docuimus enim compositionem omnem ordinatam, completam, emendatam, dilucidam atque ornatam esse debere. Quamobrem omnia si sint seruanda, ab initio animi uirtutes ac post ipsas eruditio explicanda, demum reliqua suis locis. At uero ille uerae uirtuti incumbit qui caret uitio. Namque ut Horatius dicit:

Virtus est uitium fugere, & sapientia summa
Stultitia caruisse.

Hec quam late patet hoc præceptum, quod à plerisque contemnitur: etenim summa laus uirtutis est uitio carere, ut omnem fermentem uirtutis laudem assequatur qui non peccat. Porro ex uitiosis cum omnia fermenta beatam uitam impediunt, crudelitas, ira, ambitione, & inexplicabiles uertigines inducent: tria tamen principaliter, ac per se beatæ uitæ obstant, timor, inuidia, & auaritia: nempe cum beata uita securitate, letitia, & commodis rerum constat: timor securitatem; inuidia letitiam; auaritia commoda aufert. Igittur haec tria omnino directe cum beata uita perpetuum bellum gerunt. Namque timidus miser: inuidus infelici: auarus pauperi equiparatus est. Paria enim sunt seu talis quis sit, aut talem se existimet: quid enim refert ad infelicitatem damnatus ne sis, an quod damnatum te putas? non quidem ad futurum tempus, sed ad præsens tantum ratione habita: Ergo infelix non secus timidus quam miser: & auarus quam pauper: & inuidus quam enrumulosus. Vnumquodque igitur horum diligenter explicabitur, si prius docuero, hominē ad tria cōparandū, ad se.

ad seipsum, ad domum, & ad ciuitatem ac eius partes. Vnde tres moralis institutionis differentiae, Ethica, Oeconomicia, Politica: virtutes igitur ac eruditio ad hominem ipsum pertinent. Vnde ipsum etiam nihil magis habet, quam si uel iniuidus sit uel timidus uel avarus. At uero exercitatio uirtutum reliquas moralis philosophiae partes complet, & in his praecipua est prudenteria: bona uero corporis ad ipsum etiam hominem tantum spectant, similiter & fortunae. Verum quae fortunae, cum in his amici ac filii & affines & uxor contineantur: etiam ceteris moralis philosophiae partibus, oeconomicae scilicet, & politicae inseruiunt. Igitur ut a timore exordiar, qui magis naturalis est, quem etiam supra uitæ longitudini obesse docuimus, quod id quod in timore ætatis ducitur, non pro uita habendum sit, nihil magis homini nocet quam timor: timidus enim ad omnia inutilis est. Vnde recte finixerunt antiqui quendam, qui Herculem formidabat, cum è specu in quo ob timorem se abdiderat, illum conspexisset in lapidem conuersum, quod lapis ad omnia opera utpote inanimatus sit inutilis: ostendit autem uehementiam affectus timor, quod si magnus sit res pentinam mortem possit inducere. Cor salit in illo exanim si medocris fuerit, tremunt membra, pallet corpus, nutat lingua, & si diu perseverauerit exedit carnes, mentemq; dericit. Igitur non aliud tormenti genus querendum est, si timore quispiam labore, nec sapiens igitur aut foelix esse potest homo in tanta animi perturbatione, quinimo carere animo timidi & ueteribus crediti sunt, atq; ideo examinari per timore dixerunt, quasi timidis ipsis animus absit: quonam pacto igitur si animum non habent, consilium, aut prudentiam, aut uoluntatem retinebunt? recte igitur apud Ennium dixit ille:

Tum puer sapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Vide qualis affectus sit timor, qui crepitare cogit dentes, quod solum morbo letali conuulsis fermè accidit, atq; ut pueros præteream, quibus symptoma hoc obuermes familiare est, ceteris

ominibus perniciosissimum signum semper est: et si tantum am
mam corpusq; nostrum timor conturbat, quis timidus foelix
esse potest? uerum timidus dicitur, qui non metuenda metuit.
Non sunt autem metuenda necessaria, nec leuis, nec rara. Mor
tem igitur, uel exilium, uel fulmen non timebimus, reliquorum
etiam quae breuissima sunt nullus timor torquere nos debet:
grauia itaq; imminentia diuturna, ac quae uitari possunt, de
clinari magis ac cauere couenit magis quam timere: siquidem
sapiens Deum imitari debet, ille enim nunquam cum irascatur
aut misereatur, indulget tamen ut misertus, puniit ut iratus. Sic
sapiens cum timore non torqueatur, non minorem tamen pro
uidentiam in periculis ostendet, quam timidus ubi res ipsa hoc
expostulet. Similis etiam ratio est in spe: namq; ut malorum ex
spectatio timor, sic honorū spes utruncq; torquet; quoniam sola se
curitas homini sapienti ad felicitatem congruit. Porro securi
tas dicitur, cum uel non speramus, nec timemus, uel solum ea
speramus, in quibus falli etiam si contingat agnoscere errorem
non licet: uelut si quis a morte sibi proponat perpetuam uitam,
aut gloriam, aut in uitā ipsam diuturnitatem: quamobrem sa
cientissime instituta spes aterni præmij, quam nemo poslit co
arguere, nam cum perennis sit anima ut docuimus, ac omnino
sempiterna, quid refert si in spem etiam optimam illam in uitā
alias. quamobrem recte Cicero inquit: non posse coargui qui
animos dicunt immortales. Nam si moriantur, nemo est qui ar
guat, nec qui reprehendatur a morte: si supersint nec tamen lo
quātur, quod nos in libro de anima humana docuimus, ex om
nium philosophorū ac legum consenu, nec quisquam recte
dicentem coarguet: Ergo animum affirmare immortale, non
solum pium & prudens est, sed irreprehensibile; ac iuritorū bo
norū causa. Sed iam de his satīs cum de inuidia dicendum sit,
qua ut mītis timore beatitatem lēdit, sic latius undequacq; pā
tet, cum longe plures sint, qui inuidieant alienis bonis quam
qui in metu uiuant; illud tamen in omnibus semper uitis ad
uertens.

vertendum, eos qui inter utrumque extremum uiuent omnium esse miserimos, uelut qui inter metum & spem, odium & amorem. Nam & inuidia odium quoddam est, auaritia & prodigalitatem ac cetera eiusmodi: sed tamen timor qui cum spe est, non ulla re alia minus hominem conturbare solet, uerum ut diximus hoc in omni animi perturbatione accidit: cum contraria simul illum distrahunt. Sic enim triplex uexatio ei sit duplex, & duplice uitio, tercia a contrarietate. Quamobrem cum uictiorum medium uirtus sit, nullius extremonum hoc medium particeps est, sed cum utrumque ad animi perturbationem pertineat, ipsa uirtus ad indolentiam refertur: ergo liberalis nec prodigus, nec auarus ulla ex parte est, nec fortis timidus, aut temerarius, aut ex illis constat: quinimo si recte cernas hoc medium ab utroque extremo plus differre uidetur, quam ab altero illorum reliquum. Sed ut ad inuidiam reuertar, omne peccatum excusationem se cum habet, aut uoluptatem, sola inuidia utroque caret. Quid enim stultius excogitari potest, quam ut homo sponte scripsum magno ex alienis bonis conficiat; non ne illud planè tibi occurrit, diuersa te uelle simul ac facere inuidendo; nam cum inuidias quem tibi inferiorem cupis, inuidia superiorem testaris, nec enim deterioribus inuidemus, atque ideo recte a sapiente dictum, paruulum occidit inuidia. Quia parte enim superiores sumus non inuidemus: Ergo gloriam adiungimus illi, quem perditum iam uolumus. Cum uero præter id quod contabescit homo liuore ac discretiatur, etiam in manifesta pericula deducatur, uel dum alienis bonis occurrere properat, uel alios in malitia protudere, necesse est inuidiam stulticiae esse partem. Tum uero illud accedit, quod si ille rescuerit te inuidere, iam & iure quam uoluptatem illi de tuo cruciatu afferes, unde poeta lepide:

Rumpatur quisquis rumpitur inuidia,
quasi dicat, non ego maiorem delectationem habere possum,
quam ut inimicus meus tam saeuo discretetur modo. Quam obrem scite illud etiam:

Inuidia

Inuidia Siculi non inuenere tyrannū
Maius tormentum.

nam præter id, quod maxime discutiet, nullum finem uelut reliqua uitia inuenit, fra em de seruescit, gula satiatur, libido frangitur, ut etiam odiſſe quod amas, uel ob facilitatem, uel ob satietatem, uel ob ætatem, uel ob aliam curam incipias: satiatur crudelitas, odium, auaricia habet modum aliquem, inuidia numerus quiescit, cum semper aliquem esse necesse sit, immo plures qui te ipso uel ætate uel diuitijs uel forma aut uirtute sint beatiores, cum ex in tam multiplici bonorum genere, tum horū tum aliorum penè innumerabilis multi excellant, nisi uitium minueris cum senecta huic tabi nō auxilietur, somitem habes sempiterni cruciatus. & quā belle Græcus ille expressit eius effectū dicens:

Ο φθόνος δει κακίστον. ἔχει δέ τι οὐρανὸν εἰ αὐτῷ πάλιν γαρ φθόνος ὁ μητέρα και ἡ ράδιν.

C.i. Inuidia est res pessima: uerum hoc solum bonum habet in se, Absunt enim incidentia occidio & cor.

Sed non minus eleganter noster poeta, & si latine tamen eam descripsit:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta aries, liuent rubigine dentes,
Pectora felle uarent, lingua est suffusa uenerio,
Risus abest, nisi quem uiss fecere dolores,
Nec fruitur somno, uigilantibus excita curis,
Sed uidet ingratos, intabescitque uidendo
Successus hominum: Carpitque & carpitur una,
Suppliciumque suum est.

Inde etiam paulo post illius ostendit atrocitatem:
Quacunq; ingreditur florentia protrudit arua,
Exuritque herbas, & summa cacumina carpit,
Afflatuque suo populos, urbesque domosque
Polluit, & tandem Tritonida conspicit arcem
Ingenijque, opibusque & festa pace nitentem.

Vix.

Vixq; tenens lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.
 Ergo maximum sapientie beneficium atq; summa laus est, hoc
 monstro carere. Quod quidem cum multis ex natalium detri-
 mento pestis haec insederit, quadruplici hoc auxilio, quo & ri-
 morem & auariciam ceteraque animi uitia depellere etiam po-
 tes, quamuis in tribus animae dictis pestibus difficultius asseque-
 ris. Igitur si inuidiam depellere queris, non eum cui inuides pro-
 trudere, sed magis te ipsum eleuando superare potius nitaris.
 Namq; ex hoc & laboris difficultas, te illi ac alijs aequiorem fa-
 ciet, & magnitudo status extinguit inuidiam, uel illum cui inui-
 des si superare non licet, amicum tibi facias. Ab omni enim hu-
 manitate alienum prorsus est charissimis inuidere. At uero etiam
 unum est aliud certius, tum in hac cum in alijs omnibus opti-
 mum auxilium, si initij resistas, atq; ut dicit poeta,

Principijs obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas conualuere moras.

Nanq; cum cetera animi uitia uel ex corpore uel ex re ipsa su-
 scipient alimentum, uelut iracundia, gula, libidoq;, quae ex cor-
 poreis affectibus atq; temperamentis, auaricia ex rei occasio-
 ne ac experimento frequenti oritur. Inuidia ex sola mentis egri-
 tudine cum ducat originem, si ab initio totis extinguatur uiri-
 bus ac conculcetur, non admodum natura prona ad incremen-
 tum facile deletur: iuvat & quod Græci omnium malorum ue-
 lut & λεξιφαρμακον, dicunt aduersus illam, ratio. Cum em in alie-
 nis bonis tenuitatē, breuitatē, instabilitatē, necessitatēq; dili-
 genter interitus illorū expenderis, non iam illum potius inuidia
 quād commiseratione dignum fore credas. Sed iam de inuidia
 nimis, cum nemo sapiens eam libenter amplectatur, quod po-
 nem peccato iunctā semper habeat. Auaricia ipsa nobis nego-
 cium facebit, quae adeo late patet: ut paucos mortalium ab illa
 detineri non uideas. Quamobrem Poeta noster recte dixisse
 uidetur:

Quid non mortalia pectora cogit

m

Auri

Auri sacra fames!

& equidem si non sine avaricia & illo insano habendi æstu diuitijs utiliceret, nō ita ut dici solet in illam effusæ debacchandum purarem, nam ut inquit Pindarus:

Ομοίν ταλάς τος αριτούς
δεσμούς λμένος,
φέρει τῶν πε, καὶ τῶν
καὶ ρὸν, βαθεῖαι ὑπέχειν
μέλικας αὐγοτέρας.

Quod & si latine uelis dicere: Diuitiae uirtutibus exornatae quia uis profundam atq; arduam suppeditent solicitudinem, multas tamen adferunt commoditates: Ergo cum avaricia uirtutibus exornari non possit, ut non hic diuitias accusare propositum est, sic illas etiam in auaro damnamus, tum præsertim quod avaritia quæ rapiendo opes querit, omnium malorum fames ac mater est. Quot enim iam avaricia regno spoliati sunt: quo miserabiliter periere: nam tyranni omnes ab illa initium sumpsere scelerum suorum, crudelitatis, iniusticie, libidinis, & cum pertinacem Phalarim, Dionysium, aliosq; innumeros perdidit tyrannos: Alexandrum etiam Seuerum, quamvis omni alia ex parte irreprehensibilem, hæc sola occidere potuit. Quid enim fures, latrones, pyratas, siccarios, proditores, falsarios, in tam manifesta sclera ac pernicioса pericula uocat, nisi avaricia? Quid pudorem impulit perdere, formam prostituere, lenoniam artem exercere, aut quaestum meretricium? avaricia. Nō possum Aristophanis de hoc sententiam præterire, quod oppertune nimis nobis occurrat: sic enim sub personis serui Carnis dominicq; Chremyli:

κα. εὔρη τοι δία μικρὸν ἀργυρίδιον
Δοῦλος γε ἔπιμοι, δία το μι ταλαντῶν ἴως.
κα. καὶ τὰς γέποιρας φασὶ τὰς κορυφίδας,
οπαὶ μὲν αὐταῖς τῆς πένης πιρῶν τούχῃ
εἰδὲ προσέχειν τὸν νέν, οὐδὲ ταλαντῶν.

τοῖς πρωκτοῖς ἀνταὶ θίγουσι τοῖς χέρσιν.
καὶ καὶ πόνος γε πολὺς φασὶ ταῦτα τέτο φάσι
εὐ τῷ ἵρασῶν, αἱ μὲν ταρχυνεῖς χάρειν.

liceat obscoene loquentem poetam in obscoenioris uitij accusa-
tione recitasse. Sed iam ad rem ipsam reuertor, nihil enim inue-
nio, quod uel iustius uel promptius queat damnari. Est enim il-
la quaē deos contempnere docet, frangere fidem, gloriam negli-
gere, pudorem prodere, leges corrumpere, amicos fallere, uali-
tudinem infirmare, uitam minuere, odisse charissimos, deseruis-
se coniuctos. Vnde etiam non male apud Euripidem induci-
tur Hecuba Polymnestori, cuius filios occiderat, quem etiā ex-
eçauerat, respondere, cum ille alienas subtexerat causas, au-
ratiacum omnis sceleris fuisse parentem his uerbis:

οὐ χρωθεῖς εἰ βέλοι τοῖς Λαζαρέσιον.

ἄπτετε τὸν ἵρον πολὺ σέ, καὶ καρέσθη τοῖς σοι.

(i. Autem, si uis uera dicere, interfecit filium meum. & lucra tua.)

Etenim ut fabulas relinquam, omnes adeo illam damnant, ut
etiam qui eo uictio flagrauerint, uitiū ipsum dissimulent, illam
uerò accusent. Nam & Salustius uir eloquentiae plurimae, ma-
ioris rapacitatis de Jugurta loquens, refert illum dixisse dum
Roma discederet, Romæ omnia esse uenalia, atq; etiam ipsam
urbem cito perituram si sit repertura emptorem; considera uer-
bi magnitudinem, orbis domina ciuitas in servitutem sponte se-
traditura est, si qui emat inueniat. Porro emptorem inuenit bre-
ui C. Iulium Cæsarem, qui eam à populo primo, postmodum
à Crasso Pompeioq; ultimo à Curione ac Antonio tribunis
emit, ergo ne tantum glorietur Cæsar de uictorijs ciuilibus, cū
Romam emerit potius quam subegerit. Vtq; factum Cæsaris
non laudo aduersus patriam: sic detestabilius est scelus uendi-
torum, qui cum patria, & seipso, & filios, & libertatem ac for-
tunas etiā uendiderunt. Quid igitur dubitabimus etiam auari-
ciam omnium malorum parentem, omnium uitiorum princi-
pem, omnium magistrum scelerum vocare? Quamobrem &

m 2 inec-

in Ecclesiastico recte dictū est, avaronib[us] esse scelerius. Quid mirum cum animam etiam uenalem atq[ue] fidem habeat? itaq[ue] cum avaritia sclera omnia in se contineat, nec ut reliqua singularis esse possit, quemadmodum perfidia, libido, crudelitas: habet hoc unum etiam omnibus illis simul acceptis maius, quo monstrum hoc uitia in sceleris, sceleris in inaudita flagitia conuertat. Nam si quis ob iram uel alterius amorem hominem occidat, siccarius est: si ob pecuniam, latro: si prodat rem creditā ob amorem, leuis appellatur: si ob avaritiam proditor. Ergo cū in unoquoq[ue] uitio illa etiā aliquid ipso uitio maius habeat, omnia uero illa in se contineat quae maxime etiam sunt execranda, furta, rapinas, impietatem, crudelitatem, latrocinia, fraudes, pelagusq[ue] omne flagitorum. quo alio nomine melius potuit appellari, quam quo à Seneca, pestis scilicet. Vnde bene etiam in illam locatus est, cum dixit: Avarū nihil bene facere nisi cū moritur: siquidem eos ditat qui de illius morte lamentantur. Omnis enim avarus inimicos suos ditare cogitur, etiam si uelit profundere. Sed tamen quid hoc iuuat, ut alios relinquas diuites, teipsum uero ob illam excrucies: nam ut bene dixit Martialis poeta:

Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.
O mentem insanam hominum tam acriter excruciali, ut tam breui possideas: eoq[ue] felicitatem collocare, ubi perpetuus fluxus ac refluxus est. Nam in diuitijs perpetua est uicissitudo, augamenti ac detrimenti: ut non sit in earum cupiditate felicitas à sapiente reponenda. Sed tamen avaritiæ hoc genus, quanquam pestem animo inferat, multaque incommoda, longè plura pericula, cum sapiente tamen aliquo modo esse potest, si omnino uitij reliquis careat. Nam & Plato dicitur est, & Aristoteles, & nunc multi qui sapientiam profitentur, nihil magis quam pecunias querunt. Qui quamvis hac in parte sapientes ueti non sint, non tamen ad hoc avaritiæ genus peruerterunt. quod quanquam raro, potest tamen etiam cum sapientia esse. Illud avaritiæ genus

nus ex toto repugnare sapienti dico, non quod ad rapinam ten-
dit, sed quod in necessariis tanquam in extrema paupertate la-
borat, de quo maxime Horatius intelligit cum dixit:

Crescentemque sequitur cura pecuniam

Maiorumque fames.

ut non melius quam hydropicorum inextinguibili sitri genus hoc
avaritiae ode illa comparari potuerit. Si enim miser sapiens esse
nequit, quia sapiens miser esse diu non potest, quomodo qui di-
ues est, & uitio tamen animi solo miser est, sapiens esse poterit?
ergo uitium hoc animi maximum ac sapientiae est directo adver-
sum. Quid enim aliud in satyra scribit Horatius, cum Vuidum
taxaret dicens;

Vuidius quidam non longa est fabula, diues

Vt metiretur nummos: ita sordidus ut se

Non unquam seruo melius uestiret; ad usque

Supremum tempus ne se penuria uictus

Opprimeret, metuebat: at hunc liberta securi

Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.

nam hanc tantam stultitiam plenius etiam euentus comita-
tur in soelix. Verum nemo magis hanc insaniam exprimit apte
Apulejo in Milone hospite suo, qui ut inquit ille, ampliter
nummatus, & longe opulentus, uerum extremae avaritiae, &
sordis infimae, infamis homo, foenus denique copiosum aurum & ar-
genti crebro exercens, exigua lare inclusus, & erugini semper in-
tentus, cum uxore etiam calamitatis sua comite habitat. Nec
prater unicam pascit ancillulam, & habitu mendicantis semp ince-
dit. Nec minus pulchre apud Plautum suis Euclio taxatur lon-
ga fabella, sic ut nihil ad avarissimi diuitis tamē uiri sordidam
curam anxietatemque describendam addere possis. Itaque tribus
his pestibus, timore, iniuria, avaritiaeque, ex animo pulsis, etiam
uitia reliqua explodenda erunt, quae quidem sapientiam non
admittunt: atque in primis iracundia. Est enim ut recte Aristoteles
inquit, iracundia exigui temporis furor. Vnde bene apud Horatiū
dicitur;

m 3 Stultus

Stulticia ne erret, nihilum distabit ab ira
 Ajax immeritos dum occidit.
 Et Comicus etiam recte illum singit dicentem:
 Præ iracundia Menedeme non sum apud me.

Optime igitur respondit Plato, interrogatus quonam pacto
 dignoscamus sapientem: Si cum uituperatur inquiens, non ira
 scatur, cum laudatur non extollatur. Habet autem iracundia
 ut tranquillitas reluctetur, in cuius sinu sapientia naturalis resi-
 det, unde in Pythijs Pindarus:

Θιλόφρον ισουχα δίκας.
 ὁ μηγιστρός
 θυγάτερ, βελάν πεική πολέμων
 ἔχοισθι κλαῖνες ὑπέρτατος.
 (i.e. o benigna tranquillitas o soror iuris, amplificatrix rerum pub. consilio-
 rum et bellorum habens claves summas.)

Quamobrem & de illa Plutarchus seorsum librum compositum
 tanquam de uerè sapientiæ alumna. Necesse est enim sapientem
 habere tranquillitatem animi, quæ si non adsit, proculdubio in-
 dicat abesse etiam sapientiam: Ergo iracundus quomodo sa-
 piens dici potest? est igitur animi tranquillitas & signum & cau-
 sa ipsius sapientiae. Nam & si quis aut ira aut alio animi impe-
 tu teneatur, quamvis natura prudens, sapientiam exercere non
 poterit. Itaque nec iracundus, aut nimium cupidus, aut temulen-
 tus, uel incitatus, aut alio animi æstu laborans, dum uel uitio
 ipso detinetur, uel si plurimum eo laborat, sapiens esse non pos-
 test: quanto minus inconsideratus uel imprudens: sed temulen-
 tia & iracundia non dubie uultum pro affectu ipso ostendunt,
 ut merito Plutarchus iubeat, homines quotiens irascuntur spe-
 culum consulere. Quis rogo non irrideat Xersem Hellespon-
 tum iracundia uerberantem? aut Atho monti cominantem?
 uel Cambysem furentem sepelientemque pueros uiuos, alias pas-
 sim occidentem, sanum dicat? Sed si tantum obsunt hæc sapien-
 tia, quid porro dicemus de stulticia ipsa? est enim non leue stu-
 ticia.

ticiæ genus quoddam, quod sapientiam quandam emulatur, uelut cum uictia pro uirtutibus exercent: rapiunt, ut mulctare uideantur: crudeliter puniunt, ut iustos illos esse credamus: auari sunt, ut continentiores existimem: disputant de rebus ignotis tanquam eruditæ, multaque suæ infanæ testimonia dum altercantur produnt. Quamobrem nihil tam sapiens uitabit, quam uel ut de re incerta uel ancipiæ uel ignora loquatur. Studebit taciturnitatæ, laudabiliæ illud Xenocratis: loquitum fuisse potuit sapientius, tacuisse nunquam. In uestitu, risu, & ambulatione decorum seruabit: Nam his præcipue tanquam indicijs sapiens & stulto dignoscitur, ut Salomon inquit: non quod hæc ad rem ipsam plurimum conducant, quæ extranea sunt: sed quod sine iudicio & animi trutina recta, quibus maxime sapientia ipsa constat, hæc nō possint reprehensione carere. Sed forsitan quis non immerito dubitabit, si sapiens & grauibus animi affectibus liber esse debet, nunquid licebit sapienti amare? cum amor & ipse furor quidam sit, ut Plato inquit & poeta:

Et nihil est, quod non insano captus amore

Ausit.

unde Plautus in Cistellaria amatiūm stulticiā plane describit:

Qui omnes homines supero atque ante eo
Cruciabilitatibus animi, factor, crucior, agitor,
Stimulor, uersor in amoris rota, miser exanimor,
Feror, differor, distrahor, diripior,
Ita nullam mentem animi habeo.

Vbi sum, ibi non sum; ubi non sum, ibi est animus.

Quis sapientem in tanta perturbatione animi dicat? & tamen & illud uerum est,

Necque falsum, necque suaue esse potest quicquam, ubi amor non admiscetur.

Fel quod amarum est, id mel faciet; hominem ex tristi lepidum & lenem.

Ergo amor immensus uituperandus, mediocris laudandus:

Nam

Nam ex immenso stulticia ipsa exoritur, imò stulticia ipsa est. Verū qui mollior est, ex uilibus generosos efficere solet, ex timidis audaces, ex auaris splendidos, ex agrestibus ciuiles, ex crudelibus manuetos, ex impīis religiosos, ex sordidis nitidos: cōq cultos, ex duris misericordes, eloquentes ex mutis, unde etiam illud poetæ:

Facundum faciebat amor.

Etenim ex Graeca historia recte Beraoldus finxit quendam Cymonem agrestem, stupidum, sordidumq; virum, ac nullius usui aptum humano, rudem & omnino inhospitalem, ex Iphigeniæ puellæ amore splendidum, elegantem, ciuilem, audacem, bellicosum, facundumq; euasissime: Ergo amor ipse ut in rustico & duro homine non mediocris illum immutare posset, sic sapienti conueniet si moderatus sit, ac præter cætera longā facit iuuentutem, corq; læticia mulcens, ad omnia opera hominem efficit promptiorem. Verum tamen regibus ac principibus nimis periculosus, unde bene poeta :

Non bene conueniunt, nec in una sede morantur
Maiestas & amor.

& apud Plutarchum Agesilaus Lacedæmoniorum rex, dum adamatum puerum ægrum mouens exercitum relinquere coegeretur, oranti respondit, quam difficile est misereri & sapere: Ergo lex hęc in priuatis sit, quam penè omnes philosophi sequunti sunt. Amauit Aristoteles Herpilidem, Stellam Plato, Alcibiadem Socrates, Cliniam Xenophon, sed & Stoici amauerūt ut Zeno & Cynici, uelut Antisthenes, sed amore Biannico: solebat dicere Bias, amandū ita, ut statuas etiam aliquādo odio prosequi posse. Tum etiam sic exercendas inimicitias, ut existimes iterum illum amicum futurum: de inimicitia non improbo: hoc uero quod ad amicitiā spectat plerosq; perdidit, dum nimis sapientes uideri uolunt. Damnabā in Francisco Gadio amico nostro, quod parietibus domus suæ hoc inscripsisset, quod omnes merito boni damnant, quodq; illum quamuis ingenio

genio singulari à suis charonibus magis sive causa ostendere poterat. Itaque si hoc dictum ad cupiditatem pertinet, sanctissimum erit, tum maxime cum amor ille sui usus prosequan abiericatas, in odium frequetissime uertatur. Verisimile est spina id, cum quo illecebra illa creuerit, ea sublata confundere: quamobrem nec quicquam turpiter, aut præter leges: cum enim omnis amor utrisque uehemens sit, quod non fecerit ac in sensibus acute febres uali diores sint, quod à potentissima causa ob naturam contra naturam exoriantur: sic ille à fortia causa necessario excitatur, unde etiam flagras erit. At nos sapientem ardenter amare debere negamus, non igitur amabit flagitiis: Ergo minus mirum, cur seorsim magis quam uxores amemus, atque in his pueros magis quam meretrices, & uestales uirgines magis quam pueros, uestalibus uero etiam magis perdite moechas, tu uero etiam his foros, ac perditissime draucos: ut em Venus scelerata magis, sibi conuenienter e sensu recto longius sedere cogit. Immoderati igitur affectus omnes depellunt sapientiam, sed eo longiusqua fuerint absurdiores. Quid igitur dubitamus, uerum sapientem, nam hunc calèbit appellare, cum dicitur sapientiam rancas & humanam in perfectio ab hac laude depellar, dicere iustum ac piuum, tum etiam fidelem esse debere? Namq; iustitia si Ciceroni credimus, est omnium regina uirtutum: at fides iustitiae & pietatis fundatum, de qua sane quatuor in turpi causa pulchre tamen dicit Ouidius:

Non boue mactato coelestia numina gaudent,
Sed qua præstanta est, & sine teste fide.

Pietatem in deos, obseruantiam tamen in patrifici ac parentes coler. Non enim solum Moses Deum & parentes colim mandauit, sed & Aristoteles κατά τοις θεούς τοὺς θεός θηγούς καὶ τὸν πατέρα. καὶ δεῖς, καὶ τὸν ἄγιον πατέρα καὶ αὐτοδοκτόνον. (i.e. Quemadmodum in honoribus erga deos et parentes Nullus enim unquam dignum reddiderit.)

Quintino Virgiliius suum Aeneam non alia uirtute magis quam a pietate laudat, unde in secundo: ...

n Hæc



Hæc fatus, latos humeros subiectaque colla.
 Veste super, fuluſcq; iſtēnor pelle Leonis,
 Succedoq; oneri: dextra se parvus Iulus
 Implicitus, ſequiturq; patrem non paſſibus aequis.

Iam uero quotiens patriam tutatus eft. qua in cauſa etiam Ho-
 merum teſtem habuit. Ergo illum pium ſemper uocat, nullo
 iſigniori emētq; potens illuſtrare: traxit exemplum à Siculo-
 rum hiftoria Amphinomi & Anapiæ. quos dū Aetna ignibus
 agrum Cataneum uexaret, ferunt ſuſtuliffe parentes, alterum
 quidem patrem, alterum matrem, inde per medias flammas
 uiam pietati quaſi concedente igne ſaluos euafiffi. Vnde etiam
 illud poete:

Et Catane generaffe pios celeberrima fratres.
 Merito enim putant cum ſacra ſcriptura
 ἵκεντος θιάσος γαρ οὐσιῶν τοὺς γόνεας.

(i. Recite uixeris in ſenectute nutririſ parentes.)

ciconiarum exemplo. Solent enim illæ cibum parentibus ſene-
 ſcensibus exhibere. Sed non ob hanc ſpem ſapiens in Deum, in
 patriam, atq; parentes pius erit, ſed ſponte. Recite enim respon-
 dit Aristippus percontanti, quid ex philofophia lucratuſ eſſet,
 ut ea uolens faciam que alij uel metu uel premio legum facere
 ſolent. Tranquillam igitur hinc exigens uitam ac honestam, om-
 nibus ſe gratum exhibebit, gloria iſignem, conuerſatione iu-
 cundum, ſecuritate beatum. tales fuifſe olim Aristide, Socra-
 tem, Platonem, Traianum, Seuerum, Alexandrum, Octauia-
 num post bella ciuilia conſtar. Omnes enim hos Socrate exce-
 pto duo Antonini præceſſerūt Pius ac philofophus. Tales fu-
 re apud Romanos Cato Iunior & Fauonius illius imitator.
 Sed quorūm hos attinet numerare? omnes enim incliti artiſ-
 ces, omnes inuentores rerum, omnes conditores urbiū, ut The-
 feus & Romulus; omnes legum laiores uelut Lycurgus, Solon,
 Moſes, Mahometus, Numa, Phaleas, Hippodamus, Phidon,
 Mīnos, uerum omnium callidissimus Mahometus, ſapientiſſi-
 mus

mus Moses, ut qui diuinam semper maiestatem oculis intentis intueretur. At uero ut dicam cæteri ab hoc omnes humanam potius quam diuinam sapientiam calluerunt. Sed hæc prætermittamus, quandoquidem longiorem ea in re consumpsimus sermonem, qua minime quicquam indigere se putat: cu[m] nemo tam excors fit, qui non seipsum optimis putet institutum moribus. Adeo enim omnes sibi placent, ut aliena uitia uideant, cum longe absint scelera propria, quæ tam propè sunt, non agnoscant. Verum tamen operè præcium duximus de morum institutione uberior loqui, quod ea etiam uxorem, filios, seruosque instituere liceat. Nihil tam prodit homini ad bene beatos uiuendum, quam mortuæ sanctitas & animi uirtus: indicio est, quod phœbus in summa paupertate felices ac beatos uides, alios in regno miseris, ac tales, cui nec præsentem inuidias fortunam, nec futuram optes. Verum prudentiam ipsam quasi prætermissimus hoc confilio, quod ad homines solum intendatur, atque ob id sapientia humanæ pars sit, non tota, sed maior eius portio. Illud igitur uidendum nunc est, quoniam pacto eruditio conducat, quomodoque facillime quicquam eam possit assequi. Illud enim sepe dubitatum est, an ad felicitatem eruditio prodit, si quidem apud Sophoclem Ajax inquit:

Ἐν τῷ φρονήν γερή μεδέν, οὐδέποτε θεός.

τῷ μὲν φρονήν γερή, καὶ τὸν αὐτόν τοι οὐκέποτε.

(i.e. Nihil sapere iucundissima uita, Nihil sapere malum admodum sine dolore.)

Et sapiens ipse,

Qui addit sapientiam addit et labore. At uero Pindarus dixit

λανθάνειν καὶ οὐχία

μελέταις ἀδηλοῖς πλίθαι.

καφόπεραι γερή ἀπαρεπτὴν φίνε.

& rursus

Quasi dicat, doctorum virorum sapientia major ac firmior esse solet. Inconstantes enim indoctorum animi sunt. Ergo ad sapientiam eruditio conuenit, ad felicitatem cum laboriosa sit fructus eius quasi dulcissimus cōfert, radix obest. Nam ut Ari-

n

stoteles

storeles dicebat, dulcissimum ac iucundissimum est scire; addiscere tamē datur. Quid igitur natus, si acecum virum imperium quodd̄ nesciat tanquam ei articulum ad difficultissimum prompte daminare. Non igitur, p̄m eruditio utilis sit, seu ad sapientiam seu ad beatitudinem præterendam est, sed quomodo facilime ea habemus. Nam mores ipsos natura ipsa modo moderationē adhibuerimus, dat. Et enim nemo sp̄ote intulit, perfidus, mendax, crudelis ue esse potest, cum pueri non tales natura sint, sed praua educatione multi etradant. Quamobrem cum nobis uitutes non uita consentarea natura sint, modo moderationem adhibuerimus, nec prauorū exemplo ducaris, bonas euades. Nam pueris iracundia, intemperantiaq; quasi ab ortu inest, quibus uitis moderatione & consilio occurrimus: cetera omnia præter fortitudinem nobis insunt ab ortu. Illa uero exemplo & exercitatione tum ratione & præmeditatione acquiritur: quibus modis non hic sola uirtus, sed cetera omnes habentur, uel iam habitæ confirmantur: eruditio igitur ipsa sola nobis negotium facessit: ergo à linguis inchoandum est: nam difficultissimum est discere sine doctore. At doctorem audire uel legere linguae nō citiam præsupponit: habet autem lingua quilibet in se rationē, non enim obiter hæc uel illa unumquodq; significare potest, sed quemadmodum diuersa initia structurarum in uaria etiam ædificia necessario transeunt: sic lingua tum principia nomina queq; certa suis rebus expostulant. Cum tenere significasse uel lenis, teram quod maxime tereretur subiectum solum dixerunt, i literam triplici sono statuerint, latiore qui ad e, tenuiore qui ad u, medio qui illi proprius est: Ergo quid minum dīs ac deis, turrim ac turrem, here ac heri, optimum & optimum, monimentum ac monumentum dīci posse? Similiter & u tum sonū uariet, aliud inuenere, in video in uoco, in suadeo, in quali & in lingua resonabit. Sic cum l, r, & s geminetur, facile est scire in superlatiuis, quonam pacto nuperime uel densissimus uel diffi-
cillimus scribi debeant. Eadem diligentia & ratio in Græca lin-
gua

gita: nam Plato refert sī τα constare quietior literis, refert τὰ
tem sufficientis fontem, nec tamen significatum suum amisit: seu
in compositione seu solitarie positum. Et πάτερ οὐ quasi τολμή-
της, scilicet silentium, unde etiam Astiana ceterū Hectoris filii
quasi εἰσ, quod rex dicitur, ab ἐκπνῷ, qui & possessor profluit:
sic & σύντονος αὐτοῖς uocant Iouem, quasi per quem uirimus, atq;
υρθετε quasi οὐδὲν τὸ ἄντον aspectus ad superiora inde cœlitū. Sic
et τὸ διὸ quod est extrinsecus: cum sola astra deos putaret esse, dixerunt
deos: ναῦτοι uero quasi Δαιμones, quod essent sapienti-
um deorum ut credebant animæ. Sic & τὸ τοπονόμος, qui amor
est, τοπος dixerunt, quod hi ex amore deorum uel dearum cum
hominiibus genit exstimatorrentur. Sic & ἀνθρώπος quasi άνθρωπος,
οὐ ποτε contemplans quæ uidit. solus enim homo quæ uidit cōsi-
derat, cum cetera animalia solo sensu contenta sint. Sic & φυγὴ
quasi ἔρεψη, quod respirando refrigeretur, ut etiam Aristoteles
rectat, & οὐ μετ' αὐτοῖς cum sepulchrum diceretur, in αὐτοῖς com-
uersum est, quod corpus quasi animi sepulchrum sit. Vnde &
Δίμος differt, quod apud Homerum uiuentis hominis est. Plus
tarchus οὐ μετ' αὐτοῖς quasi signo diei putat. Sed num omnia pro-
sequar quæ uel a Platone in Cratilo uel alijs scripta sint de uer-
borum & rebus origine ac derivatione. Illud unum constat, pri-
mas infantium uoces quæ uel abba uel baba uel tata proferuntur,
aut parentes aut nutrimentum apud omnes ferē natio-
nes significare, quæ originem ab initio linguarum traxerint:
nā pater & pa quod solet & multis infantulis proferri uenit. Ori-
ginem igitur linguarū scire, & si negotiosum sit, magnā, tamen
in se continet utilitatem, quod paucis multa memorie compre-
hendantur. Denique cum tria sint quæ discere quisque cupit, lin-
guas, res & rerum accidentia. Memoria, intellectu & imagina-
tione: memoria linguasque frequens sermō cōfirmat; res & intel-
lectu disputatio: accidentia & imaginationem assidua contem-
platio. Quod si quid occurrat intellectu difficultissimū, non ut pē-
risque solent imamoreris, sed ad alia transiendo tempus ne teras.

Sic fiet ut multa lectione quod obscurum videbatur, clarum ex sequentibus evadat. Complura enim sunt quae uel sequentibus innituntur: uel obscura arte ab auctoribus sunt, ut librum totum perlegere cogaris: seu quod intercederint. In quibus non licet omnia assequi, nisi toto peragrato libro. Enim uero difficultates questiones mora diuturna & anfractus orationum perquirere longa sedulitate hominem multum in studendo remoratur. Sed sufficiat haec ungue signasse uel calamo: ut cum ad id peruenieris quo facile patere possit locus, occasionem non praeterreas. Nam non secus ac in humanis rebus etiam in descendo scribendoque arripere occasionem multum confert. A quibus uero inchoandum, & Geometricis certe indecque Arithmeticis disciplinis, ut etiam Galenus consultit, non solum quod certissime sint, sed etiam quod careant contradictione, optimū puto, atque hic mos omnibus antiquis. Nam & Plato & Aristoteles, qui summi philosophi euaserunt, Geometriam & Arithmeticam luculenter in primis didicere. Habent em̄ haec scientię duo, quod nec indicio indigeant, memoriamque ac imaginationem confirmant: quorum alterum in pueris utilissimum, altero illos care re necessariū est. Sic etiam Hippocrates et Galenus, omnesque qui ultra modum dicendi quid dicerent scire voluerunt. Nam neque his qui tantū Grāmatici ac Rethores aut Dialectici sunt, haec scientiae necessariae fuerunt, quod qui has profitentur artes nihil de rebus ipsis sciunt. Quamvis enim Quintilianus has & ipse præponat, aliud tamen fuit quam tantum Rhetor, ut qui in principio sui operis Encyclopedię rationem habeant. Astrologia utilis etiam est, & iucunda Musica, uerum non illis comprehendē. Oportet autem post has etiam modum aliquem uenandas veritatis habere, quod & Galenus ipse demonstrat. Siquidē ad ueritatem habendam in unoquoque quæsito haec septem, ut ille ait, sunt necessaria: Mathematicę, Dialecticę, dialecticę exercitatio, ueritatis amor, acumē ingenij, studium affiduum, præceptor clarus. Haec sunt quibus unusquisque in scientia magus

gnus euadere potest. At uero clari præceptores sunt, qui erudi-
ti sunt & recte docēt. Eruditus uir dicitur, qui Encyclopediam
absoluit, suaq; in arte profundissimus, & eam commode doce-
re potest. Commode ille docet, qui quæ ad propositū sunt tan-
tum exprimit bene & ordinate: bene dicere posse sine lingua-
rum notitia minime licet: ordinate propter audientium utili-
tatem: nam solum scimus quæ recordamur. Memoria uero so-
lum uel maximè eorum est quæ ordine constant. Igitur hæ par-
tes erunt recte interpretandi. Commodissimum autem existi-
mo in publica professione, ut primo explicetur auctoris sensus,
qui primo ex uerbis deprehenditur, atq; cum eo uerba singula
quæ in se difficultatem aliquam continent explicitentur: tum
uerò expositorum opiniones diuersæ, quonam pacto unusq; ea
partem sit interpretatus, ac demum ex quo ille loco hæc sum-
pserit, seu si quis alius hunc ipsum in usum suum traduxit: atq;
eadem quæ de expositione dico, etiam de cōtinuatione ipsa p̄
cedentium docenda erunt. Secundo uero loco ratio horum ex-
ploranda est, argumentandum respondendumq;, ut non soli
ratio dicti habeat, sed ut ueritas magis elucescat. Ultimo uero
opiniones aliorum de re ipsa atq; circa eandem sententiam, tū
etiam dicta eiusdem auctoris, quæ illi aduersari sententiae uidē-
tur adducenda conciliandaq;, tum quæ conciliari nequeunt,
uel in melius emendanda, distinguenda uel omnino impugnan-
da, atq; cum his Epilogus quasi nucleus uerborum atq; senten-
cias auctoris continens lectionem concludet. Porro memoria
ipsa duplex, uerborum atq; rerum, illa in pueris malor, hæc in
iuuenib;: iuuatur prima perpetua recitatione facilitateq; di-
cendi, ut intelligas recte quæ profers. Nam facilis decem Vir-
gilij carmina puer discet quam Davidica Hebraea duo, si eam
linguam penitus ignoret. Quæ enim non intelligimus, difficil-
lime mandamus memoriam. Rerum memoriam ordo pluri-
mum adiuuat. hic & contemplatione proficiscitur: utrancq; au-
get exercitatio, regimen temperatum, somnus prolixus, cura-
rum

sym dimissio, cerebri custodia: tum maxime à concussione &
 uocibus magnis. Vnde cōcionatoribus uel uiciatur uel in mor-
 bum transt̄it mentis. Ut̄ s̄ etiam est artificialis memoria, non
 solum in rebus & uerbis extemplo referendis, sed si diu asuesca-
 mus, semper nobis aderit in promptu, de qua copiose tractauit
 Romberchus: nec Cicero eam pr̄termisit. Futurorum cogni-
 tione prudētia ipsa & pr̄sentium docet, neq; melior ulla.
 Adiuuatur tamen & diuinandi conjecturis, quæ etiam Galeno
 & Hippocrati & Aristoteli non displicuerunt. Diuinandi ratio
 naturalis quincuplex est, Astrorū, Phisiognomia, Metho-
 scopiæ, Chiromantia, somniorū: sed una omnibus his melior,
 de qua abunde Theophrastus, quæ ex notis morum habentur.
 Phisiognomia & Methoscopia liberaliores sunt: reliquæ im-
 postoris artē aliquo modū redolent. Igitur omnes sapientes de-
 cēt uel Notis aut Phisiognomiq; aut Methoscopiæ operā da-
 re. Aristoteles phisiognomia, & chiromantiam & somniorū
 interpretationem approbavit: Astronomiam Ptolemaeus &
 Galenus, Methoscopiam nos primo aggressi sumus: eius tamē
 exemplum antiquitus manet de Tito ac Germanico. Cum al-
 terum Methoscopus aliquando regnaturum dicere, cum Cæ-
 saris filius haud esset, cum uero cui imperium successione debe-
 batur, negauerit regnaturum inquam, quod & evenit ad op̄io-
 ne Neronis & scelere eius. At uero phisiognomia quā fidem
 antiqui pr̄starent facile est intelligere ex libro Zachariae Ara-
 bis, quem quid domini seruos empturi illorum mores uellent
 dignoscere composuit. quam commoda igitur erit liberaliter
 uiuenti hæc, si ad utilitatem propriam exerceatur. Et quamvis
 ut diximus notarum utilitas maxima sit atq; luculēter & Theo-
 phrasto tradita, earum tamen & solo congressu, cuius nullum
 apud ipsum argumentum est exemplum quoddam tradam. Si
 ad te quis ingrediens cuncta quasi inspecturus faciem circum-
 agat, curiosus est, atq; ob id non bene sua negotia pertractat.
 Solent enim nimis curiosi, semper sua tractate negligentius. Si

uero

uerò quispiam quasi nondum te sahitato ad te ueniens sedeat: hic anxius ac morosus in suis negotijs est, ac sui commodi rationem tantum habens. At uerò si protinus libros aut penulam tractet, quisq; fuerit, temerarius est, ac consilij inops imposc; sui. Quod si à latere sedeat fraudulentus est: & si quasi à tergo subtristis & fallax. Talia negligentibus quanquā uideātur exiguia, nō tamen leue commodum in tota uita subtrahitur: quod uel dūiores in conuersatione uel minus tuti euadunt. Versatus cum his, qui reos criminum capitalium interrogare solent, hi ex forma, ex aspectu, ex sermone non paruam morum & sclerum faciunt conjecturam, at errant. Quis nescit aliquandos quæ enim ars tam est exquisita apud homines quæ nunquā aberrat? Celebramus Medicinam & militarem artem, quæ tamen conjecturales sunt. Quid igitur prohibet hanc esse ueram artē, quod cōiecturis ignoratur? Demoniacos non ego solus, sed qui illos confuerunt execrationibus uexare, ex solis oculis deprehendere soleo. Aciem enim pupillæ uertentes quasi risum intentur sursum, uariam repente formam reddunt absq; causa. Atq; in uniuersum uehementer & uelociter oculi illorum mouentur permutanturq; acréq; quiddam ac horrendū referunt: nonne & Virgilius cum Didonis animum extrema cogitante describeret, his uerbis uititur?

Talib; Aeneas ardenter & torua tuentem

Lenisbat dictis animum.

Vt nō male dixerit ille, oculos cordis fenestras esse. Verum his relictis ad filiorum transeamus ac uxorū institutionem. Nam cum sapientis sit, neutro in optime instituta republicā carere: sic infoelicissimi habere sceleratos. memoratur sānē exemplum de Fr. Bufalo Romano ciue, cuius cum essent sex filij, duos seditione securi percussos, duos mutuis uulneribus se petentes, unū qui nouercam iugularit, filiam quæ coram marito uenenum hauiret uidit. Sed forsan queris, cur sapientum filij degenerēt? Nugas agis si filios degenerare dixeris qui filij non sint; adeo pe

o fulantia

tulanta & mulierum licentia peragata est. Sed cum in ceteris lateat suppositius filius, in egregijs uiris ob patris excellentiā discribens filij adulterini cum patre uictrico latere nequit. quā obrem ne hos in æternum ad patris eius mores effinxeris. Solebat dicere Livia Augusti filia, cum filios coniugi Agrippae persimiles omnes procrearet, alioquin impudicissima, causam huius interrogantibus, non nisi plenam iam nauī uestorē collere. Nam &c in adagijs est, τὸ πατρὸς δῖον τὸ παιδίον (i. patris est filius.) Itaque si puer instituendus est, ordine ac modo eget. Nec enim simul contrarijs studijs operam dare debet, uelut Geometriæ & Rheticæ, uel Medicinæ cum adultus fuerit & Arithmeticæ, & generaliter. quæcumque duo studia. quæ magnam fibi inuentionem requirunt, simul si amplexetur puer, assequi neu- strum illorum poterit: sensim igitur ac ex linguanum cognitione ac Mathematicis in Dialecticâ ac cæteras disciplinas ascen- dat, si uel ad hoc commodum habeat uel diues sit. Nam Eras- mus aetate nostra docuit eruditio[n]i non obstare paupertatem, cū fuerit eruditissimus, & Ioannes Montere[gius], tū alijs cōplu- res. Quod sic nec opes nec ingenium adsit, illud uulgarū cōsule:

Cum tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint inopem defendere uitam.

Sed ante hoc Arithmeticam, & Musicā, ac γραφὴν, quandoquidē latine hoc nūsi duobus uerbis exprimi nequeat, docēdi sunt. Arithmeticam quod in omnibus humanis negotijs necessariū sit computare, scire Musicā ut diximus delectandi gratia, quod non semper in tetricis laboribus perstare queant. γραφὴ picturam, in qua mensura etiā continetur, & scribendi rationem ha- bet. His igitur ex Aristotelis sententia imbutus puer iuxta an- num quartumdecimum, quem nos in libro de Archanis homi- ni proprium ac faustum ostēdimus, artifici tradi debet, nec obi- ter: quinimo Aegyptiorum morem in hoc laudo, qui pueros suos circunducentes, artem quæ illis maxime placeret exercere permittebant. Multi enim ad multa inepti, cum ad aliud ma-

xiinc

xime sint idonei, iuxta Homeri sententiam etiam

Αλλῷ μὲν ἵστηται θεός πολιμέτρος,

Αλλῷ δὲ ὁρχούσιν, ἐπέρα καθάρου καὶ αἰσθήτην,

Αλλῷ δὲ τὸν σκληρὸν πόθεν νόον διέργοντα ζεῦς. εὐθλούς.

(i. Alij quidem dedit Dens bellicam uitutem, alijs saltationem, alteri cithara et carmen, alijs uero in pectore posuit mentem bonam Iupiter.)

Quid igitur, si uel timidum bellicæ arti, uel imprudentem ciuitati exercitationi ac reipublicæ negotijs, uel rudē ac obtusæ mentis picturæ, uel debilem lanieræ tradideris, num perdideris illū? at contra, si ingenij præstantis puerum sordide arti incumbere cogas, num indignabitur? nec unquam illum libenter nec sedulo peraget. Quid si immemorē cauponæ uel pharmacopolæ: aut mercature simplicem ac desidem, non'ne plane sumptum omnem perdideris? Meminit Lutianus de se, cum sculpturæ traditus esset uapulasse ob fractam tabulam, inde somnio monitum ad literas se contulisse: cum auunculus tamen statuariæ exerceret. Hoc enim quanquam minimum videatur, si in illis obseruetur, & assiduos & elegantes præbebit artifices, quod quantum inter sit inferius ostendemus. Est etiam formæ cura habenda, at non illius quidem in pueris quæ contumeliaz solum obnoxia est, sed illius quæ decentem in homine statum corporis præferre potest. Nam & in Aristotele balbutiæ, & in Platone dorso gibbum adhuc rident. Ergo cauendum ne uel uiolentiis plagiis uel periculis impulsii pueri turpes notas sibi infligant. Formam uero quæ ad uoluptatem est, uix in foemineo sexu auiissim cōmendare. Quamuis hæc sola bonorum sine inuidia sit, alliciatq; spe etatores, amatores multos, cum reliquæ uirtutes hostes parere solet: hæc una, scilicet pulchritudo, regibus imperare potest: at tonitosq; in sui trahit admirationem homines. Hæc est illa, quæ et mortis & dedecoris & paupertatis, quæ summa tria mala sunt obliuisci nos facit. Hæc Europam Asiae commisit: hac poetæ deos ipsos ad mortales diuertere sinxerunt: hæc amoris cui omnia subjiciuntur claves & regna tenet, Quid enim non unius

vultus causa homines non admittunt: aut cur hoc admiramur? cum in humana facie si etas & delectus consentiant, diuina quædam pulchritudo resplendeat. Vnde non male dicebat Diogenes: τὰς ἐπιτέρας βασιλέας εἶναι βασιλίσσες (i. Scorta regum esse regi nos.) Aristoteles vero dixit, pulchritudinem πεποντὸς εἴπερ λίγη συστήκει προτον. (i. Omni epistolio cum maiore commendatione esse.) & tamen uel sic quod multorum plerumq; malorum fomes extet. In pueris etiam negligenda: amplexanda uero illa quæ species homine digna solet appellari, quemadmodum dicimus, speciem Priami império dignam. Nam & Virgilius suum Aeneam hac laude extollit, dicens:

Nec non & Phrygij comites, & latus Iulus
Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Aeneas, atq; agmina fungit.

Sed qua pulchritudine olim iam ante dixerat, ex uerbis Didonis his:

Quem sese ore ferens? quam forti pectore & armis.

Credo equidem nec uana fides, genus esse deorum.

tantum enim mulieres formæ tribuumt, ut diuinā rem pulchritudinem esse putent; quam etiam laudem Homerus iam tribuit suo Achilli, dum dixit:

χάρειον δ' οὐρανού πρόσωπον. (i. Venustam faciem reveritus est.) utq; breuisbus agam, nullum est maius diuinitatis argumentū in mortalibus pulchritudine: quamobrem recte finixerunt poetæ, deas in certamine formæ uictas sic exarsisse, ut nec deleta Troia odium finiretur: quod ea in parte superare uiderentur, quæ diuinitatis proprium donum esset. Hanc igitur ut assequimur, in infantibus studio & experientia Galenus in sex libris de tuenda sanitate adeo plene docet, ut etiam inæqualia membra ad decorum restituere ostendat. Verum carnes, colorem, oculos nihil magis mutat nutrice: eligenda est igitur formosissima. Quid mirum cum Macrobius doceat hœdos ouibus ab lactatos, molliorem pilum ducere, & contra agnos capris asperiorum

tiorum laniam. Quin etiam mores ipsi à nutrice magna ex parte infantibus infunduntur: cum uiderim canibus ablactatos fessiles, non adeo infidos nec agrestes evasisse, quod & Virgilius ibi sensisse uidetur:

Hircanæq; admirant ubera Tigres.

Nutrice igitur forma, ualitudine, & robore, & moribus praestata. Cum primū puer literas addiscere incipit, satis lente hoc studium peragendum est. Nam ea celeritas quam Quintilianus illa assiduitas semper noxia est, ut Galenus recte docuit. Exemplumq; in auctore reuertum, cum duos amiserit, quos solo habebat tanta diligentia præter æratem græce latineq; institutor, ut non immerito Quintilianus suam defleat orbitatem, ad de & si uiuant illud uulgatum Apuleij:

Odi puerulos præcoci sapientia,

Sed enim malitia præcoci puerum, ueniant igitur eum uiribus artes, nec cogatur puer sapere ante quām esse; nec dicere antequā sciat. Sic enim instituti antiquo tempori uiri mira de seipsis posteris monumenta reliquerunt. At uero linguarum cognitio à consimilibus proficiuntur operet. Nam uelut librum communis nunc Italorum lingua appellat, Librum uero de promptis literis omnibus Latina, Græca Βιβλίον, non sane ex toto hæc consimilia sunt, sed diuersa. At penitus eadem, ago &c. & ἄρι, contra quædam immutata litera, ut ἄρα, arabs, duabus τυξε bus, de quibus in græmaticæ Græcae institutione diximus. A similibus igitur non ab omnino diversis introductio inchoanda est, difficilior enim quo dissimilior. Porro quod à facilioribus sit incipiendū docet Aristoteles, tum uero à notissimis. Habent autem linguae omnes affinitatē qua sensim ex una in aliam omnes dilabuntur in sibi proximas. Nam ex Aeolica Latina deriuata est; illa uero ex cōmuni; hæc ex Phoenicia; illa ex Hebræa; hæc iterum ex Chaldea. Si uero ab extrema Latina in Chaldaeam transfire libeat, nullam inuenies penè uocum aut elementorum similitudinem. Est igitur ra

tio linguarum continua, ut quemadmodum apud diuersos homines diuersae concipiendi rationes habentur, sic & linguae ipsae diuersae sunt. Nec licet omnia omnibus linguis transferre uel dicere, sed illis proxima tantum. Ergo nimis est, Dei non men ineffabile esse: cum enim singulis linguis aliquid sit quod per illas exprimi non potest, multa etiam quae nullis esse necesse est. Talia diuina sunt & supercoelestia, quorum maximum est ipsum Dei nomine, de quo ut de alijs multis Hebraei mentiones meritas poenitias dant. Continui sunt affectus, & regionum ac temporum qualitate mutantur: neq; enim argutias Aristo phanis laudamus nunc, nec stratagemata temporum Scipionis nostro congruentia. Ergo sensim uelut per callem spinosum aut collem arduum ac erectum traducendus est puer, nec cogendus ut uel cito uel multa discat. Nihil enim inanius quam multa scire ut Hippo dicebat: non enim multa sed utilia scire expedit. Docendi sunt igitur pueri non ut uideantur, quemadmodum principes nunc curant plurima preferre in ostentatione, sed quae utilissima sint exercitationi suae. Quod nemo tam sapiens est, qui non plura cogatur ignorare multo quam sciat: Quodcumq; igitur inutile discitur, rei utilis loco stat: ob id omnes, nec de principiis solis nunc loquor, circa proprias artes multum ac grauiter aberrare coguntur, ut prudentiores apparet. Multi aulicam disciplinam priuatim, moresq; imbuerunt: familias & praedia nobilium sciunt: uerba didicere composta: artes suas negligunt. Ab his igitur non necessarijs abstine re pueros decet, ut utiliora prosequantur, ab omni uitio caueantur, tum maxime ab iniuria, quae omnibus qui uel per sexum uel aetatem uel morbum animo laborant proclivis est. Vnde pueri, mulieres, tum uiri qui his similes sunt ad eam inferendam natura parati sunt. Ea tamen cum tempore pernitiosa est, ut Pindarus inquit:

Βίος δέ ταῦ μεγάλων θεοφα
λειψει χρόνον.

(i. Vis & lactans comutata sunt in
tempore.)
Igitur.

Igitur cum homo duobus indigeat corporis & animi conseruatione, illa quidem per medicinam, haec per moralem habenda est. Haurienda igitur tertia medicinæ pars conseruatrix quidem, de qua non solum medici sed & philosophi, e quibus unus Aristoteles scripsere: moralis autem tota perdiscenda. Quod &c in usu est Catonis præceptis tanquam puerili ætati & ob uitatem & claritatem & humilitatem styli: tum etiam ob numerosum pedem commodioribus honestatem & pudorem imbuant. alterum ut frenum, alterum ut omnium bonorum certa regulâ. Quid enim laudabilius est honestus? est enim adeo laudabile, ut cetera illo laudentur: dicimus honestum genus, honestos parentes, honestam faciem. Deniq; summa omnium operationum nostrarum laudem Cicero dicit, ultimumq; sine humanæ probitatis, uirtutis, ac felicitatis, ut cum honestate coniungantur. Ergo cur in omnibus artibus ac rebus optimos querimus magistros, præter quam in excolendis moribus: num propter id, quod homines lucro intenti, non ex moribus præsentem illius sentiant utilitatem? aut quod quisq; ut diximus suos probat mores, cupitq; filios sibi esse simillimos? at nec adeo morbosos uel imperitos aut pauperes, quod haec mala illos latere nequeant, ob id magistris ad artes, medicis ad corporis curam, eruditis ad disciplinas tradunt. Ultima de moribus sicut questio ut inquit poeta: & tamen utcunq; nobilium pueri, οὐαστοῖς φόνοις (i.e. serpentinis moribus.) instituuntur. Sed populi sex, plebs ipsa nullius boni conscientia, quid mirum si honestatem, iustitiam, amicitiam, fidemq; ignoret? Solum gula & uoluptati intenta, omnis boni atq; decoris ignara, filios etiam sibi consimiles alat. Vnde tot tumultus scelerumq; initium & turpitudinis origo, unde seditiones ac uirtutum contemptus, & nobilitatis odium. Ut enim in uase quod subsedit est impurissimum, sic populi pars impurissima plebs est, quæ tamen foeditas ob malam puerorum curam circa mores aduenit. Ergo non solum bene instituendi pueri, sed à praua institutorum consuetudine arcen-

arcendi. Est enim in adagio, περιττοὶ οὐαῖς (i. aduersus Carē Cārīas.) tales simus quales sunt hi cum quibus uersamur. Cauendum uero est, ne aſuſcant animi affectibus ac doloribus; id sit vindictæ cupiditate; tum maxime cum adoleuerint. Nam de amoris consolatione librū adolescentibus ſeorū ſcripsimus. At uero ueteres, quibus ſtudium fuit, rebus nomina accommodare, Eumenides dixerunt, quas Latini inferni furias, mentis æſtus, easq; ex proprijs effectibus cognominabant ἐρηνής, quālī mentis litem, ποιφόνην cædis ultionem, μάχαιραν odium, αλικτί irrequietam quālī uitam ſignificantes: Ergo hic ueris infernus apud philosophos mentis æſtus atq; triftitia. Sic igit pueri aſuſcēdi, ut omnis eius fomes ex animo eradicetur. Prohibendi etiam à prauis consuetudinibus. Sapienter enim ut inquit Valerius Maximus, Cretenses inimicos ſuos illis tanquam poffim̄ ſeruituti deuouebant. Est uero radix totius œconomiae ueneratio, atq; ea non ſolum uxores in obfequio, ſed etiam filios continet: quamobrem ibi diſcillime uxores ſunt, ubi perſuafum eſt, æqualem marito uxorem eſſe. Est enim ueneratio inter amorem & metum media. Metus cōtinet ciuitates, amor nec domesticos in ſide retinere potest. Veneratio igitur media inter hæc rei familiari conſtituendæ maxime idonea eſt: quām recte cum duos æquales deos feciſſet Empedocles, hostes etiā inuicem conſtituit: amor enim perpetuus eſſe nequit, ueneratio æterna eſſe potest: Ergo recte deo æqualem non dederunt, qui illū ſuenerari debere ab omnibus putant. Quam ergo meliorum œconomus potest habere conſtitutionē, quām quæ diuinæ ſimillima ſit: ille infeiores amat, & ab his colitur: uicissim tutoq; hęc remanet ſempiterna. Sic pater familias diligere ſuos debet, & ab illis uicissim non amari ſed ſuenerari. Porro filii uxorū, qui non ſuenerantur illum, ſed æquales ſe exhibent: quam uis egregie ament, pro monſtris tamen habendi ſunt. Etenim republicae ubi æqualitas maxima ſingitur, non durarent, niſi ueneratio addeſſet magistratum; qui cum breui tempore du-

ren;

rent, & metum potentiae causa, & uenerationem post peracta dignitatem, & amorem ob aequalitatem continent. Rem ergo ipsam præpostero tamen exemplo in suis Emblematibus depictis eleganter ut solet Alciatus noster, docuit dicens,
Cum furit in Venerem, pelagi se in littore fistit

Vipera: & ab stomacho dira uenena uomit,
Murenamq; ciens, ingentia fibula tollit,
At subito amplexus appetit illa uirt.

Maxima debetur thalamo reverentia, coniunx
Alternum debet consugi & obsequium.

Vtinam hic Tiresias esset, ut ex foemina in masculum transformare liceret: Nam hoc certe non honesta Veneris sed adulteria exemplum est. At uero in nepharia libidine agens semper patienti obsecundatur, contra uero in honesta ac cotugali. Par enim est in hac semper foeminam masculo parere, quod illi naturæ uinculo subiectatur, lege uero gentium fungatur, unde uenerationis ratio ex his ambobus aequaliter mixta consurgit. Domo constituta etiam opes querendæ sunt, non quæ ad luxum & intemperantiam, sed quæ ad honestam & parciam uitam possint sufficere: tum uero cum his auctoritas & gloria quarenda est inter homines. Est enim gloria ut inquit Cicerio, illustris & perugata multorum & magnorum uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum. At uero tunc summa est cum multitudo diligit, & sicutem habet, ceteris cum admiratione nos honore dignos putat. Et haec quidem sapientiae humanae præmium est, & in morte finitur. Verum solida ac quæ ex naturali sapientia exoritur gloria, est consenties laus bonorum, & incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute. Haec cum ad summum aliquando peruerterit, hominem infelicem esse nunquam patitur. Estenim ambrosia uirtus ac nectar gloria ipsa, quam cum quis gustauerit, ut antiqui sinxerunt, Deus sit: hoc est mortalitatis & infelicitatis expers. Ergo ut ueruni fatear, summa hominis felicitas, summa

num bonum est, perfectam gloriam degustasse; hanc intellexit Virgilius cum dixit:

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atq[ue] metus omneis, & inexorabile fatum.

Subiecit pedibus, strepitumq[ue] Acherontis aurari.

Hec est illa suavitatis Nectaris, quam cum quis degustarit, adeo animum diuinitatem quadam imbuit, ut ad externas infelicitates uelut ut dici solet in igne Carbunculus aut aurum inuioletabile permanet. Conandum est igitur unicuique aliquod uirtutis exemplum edere, cuius memoria sapiens per totam uitam in uniuersis malis, quorum multa homini necessario adueniunt, perpetuo recreetur: quale illud Themistoclis: cum enim ad Olympia processisset, Graeci omnes ludis de relictis in ipsum tota die oculos conuerterunt: quod & si non tam perseveranter accidisse etiam Platonii referunt. Quis cum hanc dulcedinem aliquando degustarit, uiolentis fortunæ stimulus unquam sentire poterit: aut quis admiretur Phrynen proprio sumptu uoluuisse quas diruisset Alexander Thebas restituere: ut modo illo permittente liceret inscriberet, Αλέξανδρος μὲν πατόκας, εἰς σκοτεινὸν. (i.e. Alexander euertit, restituit Phryne.) O rem plane immortalem! o solam ueræ diuinitatis imaginem! pro qua ut Plato dicebat: κυρδύνεις περ κυρδύνθη ἐποιοι εῖσι πάντες μᾶλλον ἢ ὑπὲρ τῶν παιδίων, καὶ χρήματά αὐτά λισκεν, καὶ δύνεις πονεῖται τίκτειν, καὶ ὑπὸ αἰτιώσκεται. (i.e. Pericula omnes parati sunt sustinere magis q[uod] pro liberis, et pecunias impendere et labores tollerare, quosdā ctiam pro ea mori.) Sed quoniam pactio quaerenda est: Respondit Agesilaus: si pulcherrima facias, optima uero diccas. Ego non tam acute, nec enim adeo solers sum, sed tamen non minus ad rem respondebo, si omnium aliorum oblitus rei excellenti intendens gloriam ipsam quereras. uulgatum enim est, ubi intenderis ingenium ualeat. atq[ue] ut video mea cum Platone sententia satis congruit. Omnia igitur maxima mortalium Christi in uita fuit, utpote quae à Deo ipso esset; quamobrem nec tam turpi mortis genere extingui poterat.

poterat: quanquam non aliud tanto suppicio Iudei quereret, quod cum gloria etiam nomen ac legem illius resurrecta tis muissent. Magham etiam Cicero cum Antonianas recitaret, cum in Catilinam inueheretur, gloriam non paruam meruit: cum in altero patriæ libertatem, quae orbis domina erat, conle cutus sit: in altero ut in populo gentium domitore humeris do munum refertetur. Assurrexit et recitanti Virgilio Romanus populus, Augustus Cæsar comitem ac consiliorum participem habere dignatus est ad uocem illam:

Heu miserande puer, si qua fata aspera tumpas
 Tu Marcellus eris, Manibus date lilia plenis,
 Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
 His saltēm accumulem donis, & fungar inanis

Munere.

comota tam lugubri deploratiōe Liuia collapsa est, animoq; destituta. Sextum ab his Hippocratem septimumq; Galenum statuam, quorum auctoritas maximis aut regibus aut imperatoribus adeo magni extitit, ut parum a deorū ueneratione re cederet. Gorgiam Leontinum cui Delphis auream statuā col locarunt sapientiæ titulo, quod nulla eius tamen extent monu menta his longe inferiorem esse puto. Catonem Uticēsem glo ria ingens celebrat, quem etiam hostis laudauit, cui redeunti cum senatu consules ambo in occursum Roma egressi sunt, qui sanctissime in corruptissima urbe uixit. Vnde Aristidē ed præ stantior, quod Athenis Roma sceleratior: Homerū ætate sua mi nime gloriose uixisse qui uitā suam scriplerunt testatur. Ut uero unicuiq; animali sua summa uirtus ac facultas est, Homini inquam ratione utendi, Aquila ut ausibus imperet, Leonī ut etiam sola uoce terrorem cæteris animantibus incutiat, ea autē est uelut uasa uinaria deradentis lamentabile quiddam in fine ac tremendum habens. Sic unicuiq; homini gloriæ quædā por tio est, atq; certi generis, quam si assequatur, necq; quid maius optare debet, necq; si occurrat ferre poterit. Igitur unusquisq;

p 2 dili-

diligenter non solum gloriam querat, qua perpetuo uiuere possit felix; sed eam quam non solum sperare ausit sed etiam possit consequi. Ab ea uero auctoritas, ab hac rursus diuitiae proficiuntur. Verum cum paucis necessaria deficiant, nec tamē multi gloriam assequantur, optimū puto docere, quo nam pacto fieri ut sapiens honestis opibus non indigeat. Quinque autē sunt modi, quibus breui honestas opes comparare licet; primum ut artem nouam inueniat, nam & si rara autis sit, adeo tamen pro sperum habet euentum, ut etiam modica parte illius nouis et reperta ditescere liceat. Vehit qui uitrum candidis interlineationibus variauit, quod inueniunt iam nostra aetate ex cogitatum est. Alter modus ab hec, ut inclite arti operam des. Sunt autē quatuor, Medicina, Legalis, Pictura, Mercatura. Verū pictura ab ea quam habebat antiquitus auctoritate plurimum degenerauit. Mercatura honestas presupponit opes; igitur duas eas summodo hoc aeo artes honeste relinquuntur. Est & aliud modus comparandi substantiam, si qualemcumq; artem nec adeo nobilem nec tamen vulgarem assidue exerceas, nouisq; inuenitis ornis: uelut docere pueros, & secretis esse, uel ab epistolis, uel si questorias rationes suppites, uel si gemmas sculpas, plastricen exerceat, aurum'ie trahat, uel sericum texat, uel si pigmenta misceat repurgetq; aromata. In his tamen omnibus diligencia non parua opus est: quod si & nouum aliquid atq; utile superaddideris, non profecto te operam iussisse queraris. Quod in genere amicus noster Antonius Maioragius non vulgaris eruditonis iumentis, cum intermissam declamandi confusitudinem Mediolani reuocasset, breuissimo tempore non solum in docere dispueris primas obtinuit partes, uerum ad publice profiterendum utrancq; linguam & senatu omnium studiorum maximo fauore electus est. Vixq; quinq; annorum spatio qui nihil erat, maximus & opinione & re eualevit. Nemo igitur artes si modo aliquid liberalis studij in se contineant culpet, non fortunam que virtuti comes assilit, sed propriam uel ignorantiam uel inconstantiam.

sternam vel stuporem vel cito, quibus quatuor maxime ad gloriam probabetur accessus, accuset. Ergo ut ad rem reverar, si cultam artem profitearis, vel ea qualis cunctis sit, admodum tenuis fuerit ac vulgaris, principi optimo adhaereas. Nam Iosephem diuina rū auctorem cum facit Homerus, reges intelligit, dicens:

Ζεὺς μέτα γένους ἀλέκτος αἰρετός ποσει
Εὐθλής δὲ καρκίνος, ὁ τεττάγης τεττάγης.

(i.e. Iosephus ipse distribuit facultatem hominibus bonis et malis, ut ipse scribitus)

huc igitur honestus obsequijs promereri oportet, & quamquam virtus quoddam eorum qui sine virtute audam colunt principes ipsos obsideat, ut ingenie virtutis uix locus sit. Ambitiones enim antiquam retinent, liberalitatem et magnanimitatem assidserunt: uixque magnificentiae uestigia quadam habent. Verum tamen si excelsam tuam animi uirtutem esse cognoverint, non pessimabitur, cum & apud latrones virtus etiam in precio vita quamobrem cum in pyratas Bion philosophus incidisset, socijs dilecentibus, perijmus si agnouerint, respondit Bion, at ego nulli agnouerint: sentiens veram uirtutem etiam latronibus fore uenerabilem. Quanto igitur magis apud illos, qui uel non mali sunt, uel aliorum potius culpa mali sunt. Sic igitur Demetrius Phalareus apud Ptolomeum Philadelphū datus est, & apud Dionysium iuniorem Plato & Aristippus, apud Alexandrum Aristoteles. nimis longum fuerit si horum recensere exempla uoluero, cum nemo tam infamis fuerit princeps, qui aliquos saepientes ac probos viros non dauerit, honoribusque affecerit. Ne mirum sit Plinium Cæciliū & Traiano, & Autonium & Gratiano ad consulatus dignitatē euctos, cum Phalaris haec scribat de Pythagora loquens: τὸ παρεγγένειαν τοῦ πέμπτοι οὐδὲ μῆνα συντελεῖ μηδὲ δύο, τεττάρες εἴτε τρίης. (i.e. Accessisse, et quintum iam mensē adeisse, huius uincifī laus mea est.) Verum illud admirabilius quod cum Stesichorum poetam hostem insensibilium cepisset,

liberavit additis etiam muneribus: quae cum ille hunc captivus esset recipere nollet, iam liberato transmisit haec addens: τὸ ἀρχεῖον τὸ πατρὸν μάν, οὐ μὴ σοὶ τομίζειν εἰδέ λόγων τὸ πεπεφύται; εἴμαι λαζανὸς εἰς τὸν νῦν γέ, περιθεσται εἰς τὸ διή, πέρος ἡμερῶνς καταγεννηθεμοισι σου. (i. Argentum quod à uobis est. Quid tibi tunc præsens deferre uolui, nisi nunc acceperis; id scito præditionem contra te apud Himeræos cōminiscar.) Sed cur exemplis moror? & nunc principes multos egregios viros extollunt, nec sinunt torpescere. Maiorq; est forsan copia benefactorum quā eorum qui ob uirtutē extolli mereantur, adeo in fucos degenerare apes: ut passim sine melle species apum cernatur. Quod si qui uirtute præstantes egent, nūl mirum. non enim ex illorum grege sunt. At principes aura & strepitū ducuntur, qui & si sapiant, parendum tamen illis putant, ne non sapere uideantur: nam triticum ab inutilibus herbis obruitur. Itaq; incertum mihi plane est, an cum Scipio philosophos & poetas in expeditiones ducere soleret, faueret ne aura populari, an potius uirtutē diligenter. Illud plane certum est, seu ob hoc seu ob illud homines præstantes præmij ac donis honeste ab illo ditatos, ē quo sum numero fuere Naevius, Terentius, Cæcilius, Pacuvius poeta, tum Panætius Stoicus. Sed iam quintum genus ut videat panderorum necessiorum aggressi sumus. Cum quis auctoritate tantum proficit, ut & populo uel ab inclytis ciuibus sustentetur. Quo in genere Horatius & Mæcenate egregie ditatus est, ut ipse testatur ibi, dum ad eum scribit:

Importuna tamen pauperies abest.

Hæc, si plura uelim, tu dare deneges:

Et ibi etiam ad eundem, dum scriberet:

Hoc erat in uotis: modus agri non ita magnus

Hortus ubi, & tecto uicinus iugis aquæ fons,

Et paulum sylva super his foret, auctius, atq;

Di melius fecere, bene est. Nihil amplius oro

Maia natae: nisi ut propria haec mihi munera faxis.

Et beato Hieronymo Eustochium ac Paula necessaria omnia,

dico

dico librios, tabellarioris, uictumq; subministrarūt. Politianum & Marsiliū Ficinū sic iuuuit Laurentij Medices liberalitas, ut quantum oīj literis impendere uellēt habuerint. Mirum em̄ in modum ciuitas illa perpetuo quodam literarum amore flāgrat, adeo ut cum Latina lingua ciues caruerint, nouum genus quoddam ut scriberent linguae fingere aut̄ sint. Sed tamen in proprijs nostris principib; non minor semper fuit, si à rebus ipsis exploranda animi ratio sit. Itaç ut ad rem reuertar, Cœlius ille Rhodiginus fautores & studiosos sui habuit temporibus nostris, ē quibus præcipinus Ioannes Grolierius Lugdunen sis quæstor regius erat. Erasmum etiam multi adiuuerūt, quod minus illi fuerat necessarium, ut rei domesticæ tot libellis frustra scriptis consuleret, cum sine illis honeste uiuere, cū illis minus satis superstes fama esse posset. Minuit enim à grauitate, à magnitudine, à diligentia, à rerum scientia, quicquid illis temporis impendit. nam uerborum copia uel sie plurimum abundabat. Sic igitur Socrates amicorū beneficio quantum uoluit Athenis splendide uixit. Vnde Aristippus dicebat, Athenensem populum, cum ei de auaritia obijceretur, Socratis penum esse. Nam enim tantum sibi apud illos gloriæ comparauerat, ut Aristoteles Soçratem breuis temporis tyrannidē esse diceret: nec tam uiolento mortis casu extingui potuit, quin in inimicos ultio recideret. Quod omnibus cōtingere solet, qui stabile gloriaræ fundamentum in uita iecerint, tum maxime in libera republika. Quod si etiam apud exterios sapiens fuerit, ne cogatur mendicare, Aristippum imitabitur apud Rhodienses dicente:

πὶς τὸν τῶλαρίτην οἰστιώνν καθ' ἕμέλαν

τὴν νῦν αὐτούσις δέξεται σωρόματα.

(i.Quis uagum Oedipum presenti: hoc die modicis donis exceperit.)

Omnia enim cum honestate studeat sapiens, ut nō egeat nec esarijs, cum haud facile emergant, quorum uirtutibus obstat res angusta domi. Si tamen contingat ditari longe melius est iuxta Aristotelis sententiam, quam philosophari; nec te seducat Socras

Socratis in hoc consilium, quod Aeschino dederat, ut à scripto felicet peteret; id erat à uictu necessario subtrahere. Pluribus enim male cedit res, & nunc cum haec scriberē, puer inopia adatus, pomis, caseo, pane & aqua cum traxisset annum, in inflationē incidit, stuporemq; seniuū, deinde attonito morbo, quod uitæ credi potest, annum agens ætatis decimum octauum repente correptus expiravit. Idego consilium dum in summa paupertate degere ameuerit; uolui enim carere uestibus, libris, suppellectile, agris, ne ad uictum necessarium studioso quicquid quiesceret. Omnia existimans cum repararentur uestigium haud selectura, iacturam uero uictus etiam si reparetur, plerique ea relinqueret incommoda, quæ mortem aut perpetuam ægritudinem afferant. Mouerat me patris exemplum, is cum Ticini in gynasio esset, duobus socijs Andreae Chio, & Petro Bono excellenis ingenij uiris contubernio iunctus est: omnes autem paupertatis incommodis laborabante; tum unus inquam ô socij ait, si simul uiuimus, una perimus: ineunda est ratio, ut seorsum quisque manente amicitia sibi consulat. Cum igitur diuisi essent, pater meus quodd nullæ illi supererant pecuniae, erudiendis pueris patricij Ioannis Restæ operam dedit, commodisq; uitæ suppeditantibus, quamuis minus ut tunc uidebatur pro dignitate, finem tamen honestum & absq; ulla iactura consecutus est. Petrus Bonus cum ad imposturam cui maxime aptus erat, se contulisset. Primo quidem ut uidebatur feliciter: post multorum quos deluserat odio, urbem illam deserere coactus, ad Ioannem Bentiuolum tunc Bononiam principem diuertit. Cum quo primo eadem arte prospere rem agebat, inde deprehensus in custodia publica ueneno extinctus; ne pontificis auctoritate eum liberare cogeretur. Andreas Chius cum minas auri tres haberet, ita diuilit, ut in tres annos illas sufficere speraret. Panem igitur & rapa uel nuces edebat, bibebat aquam, quia ratione uitæ tam enormi, cum annum impletisset, quartana quæ illum quatuor annis uexauit correptus est. Quamuis iuuenis ac robustus

hustissimus. Liberatus tandem ab ea, capite tremens ac quasi delirus eus sit. Et quamvis annos octoginta superauerit medicinam exercens, semper tamen & corpore debilis & ingenio stupido, præposteraq; memoria, ac penè ad omnia inutilis habitus est: uir qui alioquin ad maximas res gerendas, nulliq; prouinciaz non aptus futurus erat. Ergo cur avaris paedagogis in contubernium alendos traditis pueros? uel clausos in coenobijs ieiunare simul ac dare operam sapientiaz cogitis? nisi ut uel non sint sine stultitia eruditii, uel integra uita sapientes.

HIERONYMI

CARDANI DE SAPIENTIA

Liber Tertius.

MEN SVI sed tranquillum sapientiaz natura lis mare superasse mihi uidebar, iamq; protinus in quietis portum peruenisse: cum per angustum humanq; sapientiaz pelagus nauem ducere cogor atq; inter Scyllā & Carybdim intempesta nocte uentorum instabilitati me committere, iamq; facies illa undatis maris, & fluctuosi turbinis, & obscuræ noctis, ac fragor uentorum & tonitrua apparent. Iamq; coorta tempestate lœsiunt imbræ, micant fulgura, tenebrae adsumunt: omnia metu, ignorantia, & turbine complentur: iamq; fit fragor & densi funduntur ab æthere nimbi. Quid igitur lumine & ductore opus est, ut è uasto hoc tumultu euadere liceat: atq; eo magis quod mare hoc quamvis angustum plenum tamen est nauigantibus: at ilud quanquam longe maius paucos habet mortales: etenim apparent rari nantes in gurgite uasto. Pixide indigemus Herculeoq; lapide; hæc diffinitionem, hic diuisionem amplectitur.

q

Est

Est enim humanae sapientiae ratio ad homines tota contorta : utque naturalis est esse, si humanus uideri semper finis est. Et quiaq; nihil prohibeat eum qui uidetur etiam esse, prolerunc; tamen accidit, ut & qui sint parum uideantur, & qui uidentur nullo modo sapientes existant. Ergo quid primum in hoc non illud Anthistenis ut tacere sciat. ridiculum enim est, cum loqui fuerit oportunum, in taciturnitate collocare sapientiam : ac uelut discipulum Pythagorae silentium lustricum exercere. Sed is uero sapiens erit, qui ut poeta inquit :

Dicenda tacendaq; norit.

atq; is demens Horatianus Vulteu, qui ut uenit ad coenam est, Dicenda, tacenda, locutus :

Verum is tacere ac dicere probe nouerit, qui quae facenda sint cognouerit, ac de quibus loqui expediat. Primum igitur de se ipso loqui maxime licet, ne laudando levitatis ac inanis crimen, uituperando stultitiae subeas; uerum tamen apud ignotos licet, ut apud Virgilium :

Sum pius Aeneas uictos qui ex hoste penates.
& Homerus de Ulysse,

Ἴμος ὁδυτεύς λαρυγνάδης ὃς πάσι οὐλαγοῖ
αιθρῷ ποιεῖ μέλισσαν μὲν κλέος τρέπων ἵκα. & alibi de eodem

ὅς οὐκέ τι λαχτάτης, αἴ πειστο τοξεφ
δίμηρος ἐνὶ δράσιν, ὅπε τοξεύοι μεθ' αἰχούσι.

(. . . Sum Ulysses Laertides, de quo omnes homines propter dolos morunt, & mea gloria cœlum usq; peruenit.) & Solus me Philoctetes uicit arca ad Troiam, quando iuculabamur Achiu.)

licet & apud minores exempli causa: ut apud Virgiliū.

Disce puer uirtutem ex me, uerumq; labore;

Fortunam ex alijs, mīnū te mea dextera bello eripiet.

Licet & propter utilitatem, ut apud Salustium Cotta: Quirites multa mihi pericula domi, militiae multa aduersa fuere, quorum alia tolerauit, partim repuli deorum auxilijs & uirtute mea: incep̄ his omnibus necq; animus negocio defuit, necq; decretis labos.

Et

Et apud Liuum Camillus: Quæ tristitia milites? quæ insolita cunctatio est: hostem: an me? an uos ignoratis? uos etenim me duce ut Falerios Veiosq; captos, & in capta patria legiones Gallorum, taceam modo trigeminæ uictoriae triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & Aequis & ex ipsa Hetruria egistis. An me? quod non dictator uobis, sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem, neq; ego in uos maxima imperia desidero, & uos in me nihil praeter meipsum intueri decet. Nec enim dictatura mihi animos unquam fecit; ut ne exilium quidem admittat. Viden totam orationem laudis propriæ plenam? possum id innumeris confirmare exemplis, sed cum ratio ipsa dictaue- rit his satis factum puto. Liceat igitur & contentionis causa, ut apud Ouidiū, dum pro armis Achillis Ajax & Vlysses uterq; sua facta corā iudicibus extollunt. Quod etiā in calamitate facere cogimur, cū beneficia nostra cōmemoramus: uelut apud Liuum M. Manlius cum in uincula duceretur. Iupiter inquit, optime, maxime, Iunoq; regina, ac Minerua, ceteriq; dñi deęq; qui Capitolium arcemq; incolitis, fiscine uestrum militem ac præsidem sinitis uexari ab inimicis? hæc dextra, qua Gallos fudi à delubris uestris, iam in uinculis ac catenis erit? Vnde subiungit, Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant: magna plebis partem mutasse uestes, ex hoc etiam tandem liberatum ē carcere Manlium. Sed uide quid in secunda accusa- tione homines prope cæce produxisse fertur Manlius, quibus sine foenore expensas pecunias tulisset, quoniam bona uenire; quos duci adductos prohibuisset. Ad hæc decora quoq; belli non commemorasse tantum, sed protulisse etiam conspicien- da, spolia cæsorū hostiū ad **X X X.** dona Imperatorū ad **X L.** In quibus insignes murales coronas duas, ciuicas octo, ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxisse, inter quos C. Seruilius magistrum equitum absentem nominatum: & cum ea quoq; quæ bello gesta essent, pro fastigio rerum oratione etiam ma- gifica dictis & quando memorasit; nudasse pectus insigne ei-

catricibus bello acceptis: & identidem Capitolium spectans, Iouem deosq; alios deuocasse ad auxilium fortunarum suarū: precatusq; esse, ut quam mentem sibi Capitolinam arcem pretegenti, ad salutem populi Romani: eam populo Romano in suo discrimine darent. Orasseq; singulos atq; uniuersos, ut Capitoliū & arcē intuentes, ut ad Deos immortales uersi de se iudicarent. Profuit hoc in crimine regiae affectatae dignitatis eodum, ut non nisi eo loco ex quo Capitolum spectari non licaret damnari potuerit. Ergo in hoc Ciceronis oratione antequā iret in exiliū uti nobis necesse non est, si modo illius ea est oratio. tum præsertim cum homo ille nullis legibus, omni in oratione, magnifice usq; ad audientium tædium seruatam semper rempublicam prædicaret. Vitiosa enim argumentatio est, quæ tam adulterius præcepta nostra concludit quam pro illis. Verū illud forsan tunc populare erat atq; Ciceroni amicū, quod ab æqualibus suis improbabatur. Licet & interrogantibus sæpius de seipso dicere, quem morem Virgiliius ac Homerus seruant, Alcinoum & Didonem prouocantes fingunt. At demum ad commiserationem sua mala referre, aut ad consilium capiendū tantum fas est: quamuis tot modis laudare seiplos liceat. Verū nō hoc tantum spectare debemus, sed modum potius quo quia etiam de se loquit̄. Nancy & Medicis impune, & causidicis, artificibusq; opera sua laudare licet. Verum si id non directe, sed quasi ex transuerso atq; sub interrogatione honestius ac maiore cum auctoritate fieri. Sunt autem modi quibus alia dicimus, alia significamus plures, & quibus ironia præcipua est, qua poetae, oratores, philosophiq; utuntur; ut apud Virgilium:

En dextra fidesq;

Quem secum patrios aiunt portare penates,

Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.

Inde uide quid sequatur:

Non potui abruptum diuellere corpus, & undis
Spargere: non socios: non ipsum absumere ferro

Aſca

Ascanium patrijsq; epulandum apponere mensis.
 Ergo ironia iam non obscura est, quae prius anticipitem sensum
 habuit, frequentissima est apud Virgilium, utpote qui Deorum
 & regum mores imitetur. Sic & apud Demosthenem, νῦν δὲ
 οὐκέτι, οὐδέντες μὲν καὶ νηπίοις μέγενον θεωρεῖται λιτων. (i. Vos autem
 inquam ego, dantem et promittente nūdatis Philippum.) cum ad Messenios
 loquitur, subiicit enim protinus, ἔχετε τόπον δέ γένη καὶ παρεκκλειστοί
 καὶ προσιέντες, αὐτούς λαθεῖτε, αὐτούς φονεύτε ιδεῖτε. (i. Eum qui iam nos decepit et in
 fraudem illexit, abominaremini, si sapere quis, intueri.) habet utruncq; exem-
 plum amaritatem maximam cum protinus declaratur: si tar-
 dius, minus ledit. Optima cui nunquam subiicitur expositio, ue-
 lut id cum lætaretur Pædaretus Spartæ non electum esse inter
 trecentos quod dixit: διόπτη συγχάσειε τὴν πόλιαν φιλαργούς καὶ πάζοράς.
 μη πολιτούς εχουσίους. (i. Propterea gratulor ciuitati trecentos me prestantiores
 ciues habent.) adeo abscondita haec est amaritas, ut in apophtheg-
 mata relata sit. Et tamen indoluit ille, quod moris est collegiorum
 non eligere ad magistratus optimos si Plebejū sint, sed ho-
 nestati ac persæpe utili præferre inuidiam. Est autem, quanquā
 tot illius genera sint, ut Quintilianus in numerum non audeat
 referre, triplex ironia: in uita, in facto, in dicto. In uita quidem
 uelut Socratis, qui cum se nihil scire diceret, alias appellaret sa-
 pientes. inde argumentis illos conuincens ridiculos ostēdebat,
 unde sibi cum gloria inuidiae & odij tantundem cōparauit. Fa-
 cto uero nullum accommodatius exemplum quam apud Xenos
 phontem Clearchi, is cum exercitum pro Cyro aduersus Arta-
 xersem regem ducere uellent; nec inuitum posset, cum etiam la-
 pides in eum iacerent. Simulauit relicturum Cyrum: ducturus
 exercitum quo ipsi uellent. Inde dissimulans etiam uelle Cyro
 obtemperare tum imperare exercitui, negabat illos in tot diffi-
 cultatibus existentes posse, nolente Cyro, euadere. Inde pro-
 posita per alios conditione, & Cyro, & sibi obsequentem exer-
 citum reddidit: & in maximum discriminem, nec obscurum scelus
 compulit. uerū hoc ad aliud genus spectat, εργάτης aggredia-

mur, cuius uis in uerbis est solū; eius optima species ac frequen-
tissima ἀπόφεσις, cū dicimus iam, quod dicere uelle negamus.
Vt mitto primam illam libidinis iniuriam: tum illud: Necq; tu
si quā in pueritia peccasti exequar: ne parentem tuum uidear
accusare. Vel cum alios dicere hortamur ea, in quibus minime
arguere quisquam nos potest, illos ab ea suspitione nemo libe-
rare, ut apud Virgilium Turnus: Mēq; timoris

Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos

Teucrorum tua dextra dedit.

Et ut generaliter duobus uerbis aperiā, ironia ambigua ad oc-
cultandam sententiā est accommodata: quæ aperta siue ex se seu
subsequentे declaratione irascentis animum tantum ostendit:
nec nisi ad incitandum apta est. Plus enim est dicere, scilicet, is
superis labor est, ea cura quietos solicitat: quām si dicas: Nāq;
Deos didici securum agere æuium, humanis neglectis rebus.
Et maius hoc est, usq; adeò me mori miserum est: quām mori
miserum non est. Alter modus est cum figuris utimur aut tro-
pis, quibus unum dicimus aliud intelligi uolumus, hoc autem
citra contrariam fit sententiam. Vnde ab ironia differt, uelut
illud Horatij:

Horrida tempestas cœlum contraxit & imbræ,
Nubesq; deducunt Iouem nunc mare, nunc syluae
Threicio Aquilone sonant. Rapiamus amici
Occasionem de die: dumq; uirent genua
Et decet: obducta soluat sur fronte senectus.
Tu uina torquato moue consule presla meo:
Cætera mitte loqui:

Et ad Atticum Cicero libro septimo: Vt enim alia omittam de
cem annorum peccata, quæ conditio huic fugæ non præstitit.
obscure satis in Pompeium inuehitur, qui iam octo antea an-
nis Cæsarē auxerat in Gallia, cum antea Romæ annis fermè
duobus. Parte alia anni quæ tunc finiebatur multos in legatio-
nibus in non suscipienda pace cum Cæsare admiserat errores.

Vltimo

Vltimo cum saltē Romę persistere debuisset, nec conditionē recepit, nec uenientem sine milite, repulit. Hac omnia obscure ibi ac plura continentur. Carptim cum quę simul iuncta secrete non proferuntur, diuīsa idem apud eruditos sonant, nec tamen deprehendi queunt. Velut cum Brutus de Cicerone: At qui eō tendit, id agit, ad eum exitum properat uir optimus, ut sit illi Octauius propitius; tum id, Et dum habeat & quibus impetrat quid uelit, & & quibus colatur ac laudetur, seruitutem honoris cam modo nō aspernat. deinde: Quid enim nostra referunt uictum esse Antonium? si uictus est ut alij uacaret. demū iunge: Ego certe qui cum ipsa re bellum geram, hoc est cum regno & imperijs extraordinarijs & dominatione & potentia quę supra leges est. Collectis omnibus satis intelligis, quod ex initio præfatus, sed tamen aperte negarat ambitione ductum Ciceronē patriā prodere: multa sunt eiusmodi in orationibus exempla. Hoc consilio primo Lutherus Romanam Ecclesiā euertere aggressus est: cum sparsim primo multa glōceret, ex quibus iuncta oratione enituit, quod in suspicione erat, nō in crīmine. Et si modo ullus arte hac fanda et infanda dicere tentauit, hic fuit Aristoteles: nam & mundi ortum, & animæ præmia, & Deos ac dæmones tam callide sustulit, ut hæc omnia aperte quidem diceret: argui tamen non posset. Proxima huic ratio est, cum alia ratione firmamus, alia concludimus, uelut apud Virgiliū:

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,

Vel pater Omnipotens adigat me fulmine ad umbras:

Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam,

Ante pudor, quam te uiolem, aut tua iura resoluam.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores

Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

ante tamen rationes in oppositam partem adduxerat, tum lachrymas quibus Anna soror satis mentem ab his uerbis alienā deprehendit, unde poeta dicit:

Spemq; dedit dubiaz menti, soluitq; pudorem.

Hac

Hac arte nobis Erasmus collaudauit poenitentia sacramentū : rationib[us] uero adegit homines, ut non amplectantur, cum infirmiores ex una parte, ex altera firmiores collocauerit. Vtq[ue] eodem uento uelorum arte in contrarias partes naues simul a- guntur, sic eodē libro Catholicis ac Lutheranis satisfecit. Lau- do artem, uitupero consilium : quod in his quæ ad fidei integratatem pertinent etiam deterius est dubium quam prauum. Est & ratio alia occultandi quæ dixeris cū imperfecte dixeris. Mul ta sunt apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, ac plura quæ uelimus, quale illud, de Ausidio & Palicano non puto te expe- ctare dum scribam. Vt ex prima epistola sumam facillimum exemplum, dubium tamen est, cuius causa nō fint petituri. Est & ratio ambiguitatis, cum in utranc[que] partem sensus ipse detor queri potest, quale illud: multa bona cōmoda hominibus lex Christiana attulit. Nam si de uita intelligitur perenni, religiosa est hæc oratio: si de commodis humanis profana. Sentit enim humanam hanc legem esse: dissoluitur autem sic ambiguitas, leges commoda ferunt hominibus: ad hoc enim institutæ esse uidentur, at lex nostra omnium est cōmodissima. & illud: Aio te Aeacida Romanos uincere posse: & pleraq[ue] oraculorum, uatum, Astrologorum, & diuinantium responsa. Obscura est etiam omnis oratio in qua quod uolumus intelligi apertum, si lent conclusionem propter honestatem. Quale illud Machia- nelli: omnes qui ueritatem tueri sine armis uoluerunt male pe- riere. Deinde alibi Christum asserit sine armis quod esset, ob in- uidiam à Iudæis condemnatum. Quis non uidet ex his Chri- stum humano consilio non quod sponte oblatus sit perijisse il- lius sententia, quam tamē explicare non ausus est. Simili arte aggreditur Mahometus Christum oppugnare dicens: Omnis qui participem Deo dat uel coæqualem, illi contradicit. Assur- mit autem quasi pro confessis Iudæorum uoces, Quia filium Dei se fecit: & quis es qui æqualem te Deo facis? At Christus nec Deo æqualis est, nec particeps; sed ipse Deus. Vnde ad Phi- lippum:

Appam: Ego & pater unum sumus: & qui me uidet, uidet & patrem meū. Simili calliditate conatur probare in Alchorano; quod non passus sit, quia non deceret talē virum poenas pro Iudeorum calumnia dedisse. Ergo occulti sermones sunt & accipites, qui conclusione carent. Hac arte Aristoteles ansam milie interpretib[us] diuersa sentiendi prebuit, quod imperfectis utatur argumentis, nec semel sed uniuerso in libri contextu sunt, qui aliorum auctoritate quasi non sua recitent, ut apud Ciceronem Cotta inducit, Deorum negare prouidentiam, curamque omnium humanarum rerum, sitq[ue] Cicero iudex eius quaestio[nis cuius est auctor. Sed hic singitur. Alter & subtilius oppugnat Gellius diuinationem ex Phauorini philosophi uerbis. Et Erasmus in epistolis quae non uult dicere sic dicit, ut cui subscritbit ab alio tantum aduersae factionis dictum existimemus. Luidimus & exemplis, quae tamen non pure proferuntur sed cum irrisione. Ergo multis modis cum & loqui & etiam scribere liceat de seipso. Cautē artificibus semper concessum fuit, tum his maxime, quibus qualiscunq[ue] laus ob periculi magnitudinem auctoritatem dat: quod ni fallor præcipuum est ac quasi solum mediis, cum metus mortis etiam de seipso prædicant, sicut faciat de Deo raro ac generosissime: est enim omnium ille absq[ue] controv[er]sia bonorum largissimus auctor. Nec quisquam de summo bono maledicendo sperare laudem ullam potest. Itaque nullum genus sapientie Deum uituperare, aut calumnari, aut irridere, aut illudere ei, uel inter illegittima uel prava commemoratione docet. De lege quod quisq[ue] a patribus suis accepit, tutob[us] proferet & honeste iuxta Euripi dis sententiam,

οὐδὲν ταχεῖσθαι τῷ οἰκτίμων,
παρός παρεισθέσ, καὶ ὁ ὄμηλος χρόνῳ
Κακτήμα, εἴτε εἰτα τα βαλε λόγος.
Οὐδὲν ἀλλ᾽ αὔξεν τὸ σφόν διέπει το φύγειν.

(i. Nihil cum demonibus sophisticeatur, patris successionem, quasq[ue] equalium confuetudines tempori obtinimus nulla hec oratio abolet, Ne si acutissime quidem ratio inila fuerit.)

x Et

Et tamen misera plebs paucorum ambitione plectitur nulla sibi utilitate, seruatur auctores, in quos si uera dixerint nihil habes, sed nec in ipsarum plebe si falsa maiore poena digni sunt. At quot ex illis sycophantia bene cessit? Quamobrem crudeles ne dixerim príacipes qui in hos animaduertunt, modo eos tollerent qui pileum uel Episcopatum prurientes, tantas inter populos ruinas ferunt, tam ingentibus cladibus genus humanum afficiunt: tam perniciose ueneno religionem inquinant. Ergo malum hoc non humanum est, sed uel ex Deo uel a dæmonio quodam: non præterit me quantum Isocrates in hoc præcepto pecauerit, dices: Ημας τὸ στερόνον αὶ εἰ μὴ, μαλισκὲ δὲ μετὰ τῆς πόλεως ταντανοῦγειτο ποδέοντος εἰ μάλιστη τοῖς Στοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις εἰμιέντην, causam enim turpem pulchro præcepto subiecit. De regibus ac principibus honeste loquaris, nam maledicentia periculum afferre solet, laus adulationis suspitionem. De parentibus ac affinibus cum illos laudas, memineris partem tui laudare in illis: quamobrem uel non nisi prouocatus, uel sine affectu omnino id facies: cum uero laudi locus non est, pro uituperatione silentium subiicias. Sed iam quid non agere debeamus, sed quid agant uideamus, qui sapientiam humanae profitantur. Principio igitur uidendum, quid unicuique hominum generi conueniat. Sunt autem hominum genera tria: principes, & qui seruiunt, & qui in libera habitat ciuitate. Duo etiam modi maxime ad prouehendum idonei: dissimulatio, & eloquentia. Porro dissimulatio ex animo in linguam & gestus & actiones progreditur, iudiciumque hominum non querit, sed operitur. Eloquentia iudicium aliorum requirit, & linguam ornatam exigit: his duobus auctoritas apud homines augetur. Principium autem omnia commodi ac felicitatis humanæ est apud homines auctoritas, ab ea diuinitas, fides, amicitia, dignitates, magistratus, potentiaque profluit. Ergo eloquentia ipsa iam querenda est, sed non ut Ciceronis, sed quæ loco, temporि, ac personis congruat, illosque qui audiunt possit persuadere.

Hanc

Hanc & olim & nunc in precio omnes habent. Ille enim plurimum potest, qui plurimum persuadet: unde non male apud tragicum Hecuba conqueritur dicens:

πεῖται θεοί τολμα μηδέ μακάροστος
μαχθανός γέτε πειται, ναι μακάρομαν,
πειται δέ πώς τορεντος αιθράροις μόνον.
εἰδεν πι μετάλοντος τέλος επουσίας ομαν,
μαθήσεις διδόντες μακάρων, ήν δέ ποτε
πειθείσθαι τοις βασιλοῖς, τυγχάνεντον δέ μετα-
(i. Quid disciplinis, ut dignum est ceteris
Sudamus atq; singulas inquirimus?
Ac non magis suadet, que mortalibus
Regina sola est, examus in exquiritur.
Datoq; precio discitur, quo que uelit
Ea quisq; persuadere posse et assiqui.

Ide est, eur mortales cæteras quidem disciplinas omnes inquirimus & colimus ut par est: uerum persuadendi artem hominum reginam non plus alij studemus mercede data discere, ut liceat quæ uelimus cum oportuerit persuadere alij simul ac impetrare. Est enim eloquentia quadam tyrannis occulta: unde etiam Ciceronem Romæ regnare aiebant illius inuidi, & Romulum Arpinatem appellabant, quod Romulus non solum regnasset sed Romam adiucasset: quam ille natam sub se prædicabat carmine satis ineleganti:

O fortunatam natam me consule Romam.

Igitur cum nihil sit præstantius inter homines quam terræ dominari, & omnibus quæ in ea sunt. Par enim hoc si non sit simile tamen Deo est. At ille terræ dominatur, qui hominibus in illa habitantibus imperat, quod cætera animalia omnia, quamvis celeriora & fortiora, homini ob ingenium, artes, & concordiam, atq; cōmunionem, aut parent aut cedunt. Tum etiam maria ipsa, & pisces, arbores, montes, omnia in hominum arbitrio sunt. Itaq; qui hominibus præest, terra præest, atq; mari,

tum omnibus que in ea consistunt. At hominibus praesumus uel ipsi, uel consensu, uel mixta quadam uia. Vi quidem armorum metu, consensu orationis persuasione & eloquentia, mixta uia ut legibus ac magistratibus, qui quidem hominum consensu constant, ui tamen exercentur. Ergo omniā nobilissima artū militaris post legum & eloquentiā, habet autem eloquentia ut persuadeat, accommodata ut dixi, loco, temporibus, personis. Nam & Lacones suam habebant facundiam, que tamen orationibus breuibus, abruptis, circumsistib[us] constabat: & in urbe nostra eloquentiā fundamentum est, ut quam breuissimis uerbis ostendas negotium illud ē re sua esse. Porro orationem longam odio habent, non solum quod putent ostentationem in se habere, sed quod ab illa timeant, uelut Romani à Graeca facundia circumueniri. Optime igitur ex Homero dixit Galenus, eloquentiā hominem Deo quodammodo simillimum efficere, cum solus Deus corda hominum quo uult flectere possit, his uerbis,

Ἄλλος δὲ αὐτὸς θεός μὲν ἀκέριος προς τέλειαν ἔγινε.
· Άλλας θεός μορφὴν εἰποτέ φάσι οἱ δὲ τὸ εἰς αὐτὸν πρόσωπον λεγούσιν. Οὗτος ἐσφαλέως καὶ γρεβάναι αἰσθί μελιχεῖ, μεταὶ δὲ προπετεῖ γρομένοισιν.
Εργάμενον δὲ αὐτὰ ἀσυ θεόν τοις τελερώσισιν.

(i. e. Alius uerò est forma deterior, sed Deus formā ornat ueribus. Alij uerò in hunc cum delectatione intuentur, hic uerò expedite contionatur cum dulci pudore decoroq[ue] se commendat apud concionem, incidentem uerò per urbem suspiciunt.)

Iacet tamen pars ut clarum est, multo minus principiis necessaria est, quoniam armorum ui retinent potestatem. Nemo autem ea que habet querere nō dubia uel certa debet. Male ergo Seneca. Neronem eloquentiam docuit, cum potius philosophiā docere debuisset. Nā eloquentes boni principes et felices; quod in animo robur principis esse debeat, non in lingua. Itaque cur admiramur Traianum ac Theodosium cum uix sciret literas, optimos

optimos fuisse & fœlicissimos príncipes, contra Neronem & Heliogabalum eloquentes, sed monstruosos ac infoelicissimos. Quod si quis mihi obiectat, militares conciones quasi necessariae illi respondebo, nō eum qui animo sit sapiens hoc cōmissum, ut eo labatur licentia militaris, ut oratione ad conserendum manus opus sit. Nam nec Alexander inter tot discrimina opus oratione Líuiana habuit ad Darij numerolum exercitum superandū, nec Marius Cimbros deuicit oratione, quanq̄tamen accepisset à republica militē, sed arte bellica & auctoritate: persuasum em̄ erat militi, cum Mario uinci non posse. Verum dī simulatio ut magis eloquentia principi necessaria, sic ut quisq; minus haber auctoritatis, sic minus necessaria: & idē in plebe parum aut nihil prodest, si ceteris animi artibus non adiungatur. Et tamen sic existens omnibus utilissima est. Atq; ut id cō probem, historiam duorum exemplorum recitabo, in quibus uis humana, omnis furor, omnis impetus dissimulationi succubuit: ut facile sit intelligere, nullam artem aut apud reges aut populos huic posse conferri. Erat igitur apud Iudeos, ut Iosephus refert, Tyrannus nomine Alexander, qui omni crudelitate & libidinis genere populum uexauerat, hīc moriturus uxorem aduocat, docetq; ut ipso mortuo in ipsum inuehatur: censeat cadauer dilaniandum, projiciendumq;: hortetur populum ut proprias ulciscatur iniurias: se filiosq; , quod nocentes non sunt, quod inuitis ipsis ac reclamatibus, iniusta queq; ac nephan da nec uiro sed feris digna peregerit, quod paria etiam ab illo etiam ipsi metuissent, quod grauissimus etiam in domesticos omnes non solum sed etiam in coniunctissimos fuerit: liceat ali quando liberos esse & absq; periculo: cum non æquum esset, ut hi qui ab illo ob populi curam in maximo periculo essent consūti, ab his etiam qui merito illi irati essent timere deberent. Tantum potuit hæc oratio apud populū, quam uxor ab illius morte publice habuerat, ut non solum iniuriarum obliuiscerentur, nec dignum quicquam in tyranni filios legibus statuerent,

r 3 sed

sed iniūsum cadauer publico honore decorandum existimau-
rint, filiosq; quibus parerent, cū in matris dissimulatione plus
fiduciae quam in patris scelerum memoria collocassent. Ergo
prudens dissimulatio salutaris necessarijs, populum decepit :
quam maior uis existimanda est eius, quae regem uersutum se
nemicq; imo tyrannum fefellit, & consilioq; auertit? Cum enim
Herodes ille Ascalonita Alexandrum filium uenesicij reum &
cogitatæ paternæ cædis in uinculis occidendū haberet, Arche-
laus qui filiam suam Alexandro desponderat, e finibus Capado-
ciae regni Hierosolymam uenit: ac primum ab Herodis salua-
tione illum sic aggreditur. Intellexi ærumnas tuas ò Herodes
filijq; tui, inauditum scelus, quod si filia mea uel uerbo particeps
est tanti flagitiij, poenas rogo ab illa protinus sumas: quod si nō
est, affinitatem nunc disiungi postulo. Quin tu adeò mitis pa-
ter eosq; supplicium distulisti: miror sanè, & expectabam te
iam ex filia mea ac filio poenas sumplisse; sed video uicit huma-
nitas tua, affectusq; paternus illorum improbitatem: sed ueni
ego ut non solum tardantem incitarem, uerum & adiuuarem,
ne criminī dari posset, quod in filium sauieris, postquam & ego
filiam ipsam sceleris participem punire decreui. Erant sanè hi
innoxij, nec hoc ignorabat Archelaus, sed falsis accusationibus
antipatri alterius filij Herodis premebantur. Ipse uero pater
præ ira non satis ueritatem poterat intelligere. Sed postquam
Archelai uerbis consentientis nec retrahentis, ira deforbuit, pa-
tuit innocentia nurus & filij: in affectu igitur paternum rela-
bens, filium à uinculis liberat, utrosq; etiam suauis Archelai in-
pristinam gratiam recepit. Huius generis bellica omnia sunt
strategemata, atq; inter illa nobile illud Zopiri cum Dario ad
uersus Babylonios longa est historia, sed notissima. Verū lon-
gior si uelim omnia in hoc genere referre, cum tamen Homer
rus suum Vlyssem tam longa dissimulatione in procorum cæ-
dem armat, latitat ut mēdicus, pugnat cū Iro, pro coena iacet,
nihil non facit, ut uxoris pudicitiam intelligat, domesticorum
fidem.

fides, procorum scelera, ac uires deniq; ut cædis inopinatæ ar-
ripiat occasionem: id imitatur Virgilius in suo Aenea dicente
inducens Didonem:

Dissimulare etiam sperasti perfide tantum. Et rursus
Spem uultu simulat.

& cum reginam constantissime mortem quæsiſſe docere uellet,
dissimulantē hoc ipsum quod animo conceperat inducit, dicens,
Consilium uultu tegit, ac spem fronte serenat.

Quin etiam ipsam Iunonem Deam dissimulasse aduersus Ven-
erem eodem libro his uerbis expressit:

Olli, sensit enim simulata mente locutam,
Quo regnum Italæ Lybicas auerteret oras.

Dissimulationesq; dissimulatione aggreditur Venus. Sed quid
iam tot uerbis agam? duo hi sunt nerui humanæ sapientiæ, dis-
simulatio apud omnes, tamen præcipue potentes. Eloquentia
apud illos, quos uel decipere nihil prodest, uel qui tuo non pa-
rent imperio. Et si quis me roget, quis mortalium palmam sibi
arripiuerit in dissimulando? respondebo Philippū, quod & hoc
pro laude ab inimicissimo Demosthene sibi obinciatum: post il-
lum Themistocles, qui dupliciti dolo nō solum Persarum regem
decepit patriam liberans, sed beneficium accepisse interpreta-
tus, rex in exilio urbibus tribus eū donauit. Est ergo ratio una
in dissimulatione optima simplicitatem profiteri: cum tamen
in minimis causis non sit dissimulandum, sed aperte agendum,
quod & Philippus agebat. Atq; in omnibus nisi de summa re-
rum agatur, aliquam iustitiæ speciem præferre iuriat. Confert
ad hoc non parum homines liberæ linguae amplecti: ac uideri
illos caros habere ut dissimulationis olorem. Sapientia em-
res non magis sapientum sed plurium arbitrio reguntur, qui-
bus fama & externa simulatio pro argumento semper fuit. At
eloquentiæ uirium Demosthenes Athenis & Cicero Romæ ex-
emplum dederunt: fuere enim hi eloquentissimi. Isocratem ne-
dicas eloquentem, qui ad lucernam declamat; Aeschinum si
Demo

Demosthenes non fuisse secundum statuam Rhetorum, pri-
mum uero Athenis. Sed cum in regum memoriam inciderim,
de illis pauca seorsum dicam. Rex qui in imperio suo tutus esse
uelit, postquam regnum sponte sua ut tragicus ait, pondere
suo ruat, magnam diligentiam & conatum in eo retinendo ex-
hibere debet: nam si neglectum ut plurimi faciunt regni nego-
tia tractauerit, non diu regno potietur. Sunt autem pericula
quibus regna amittuntur, uel ex insidijs, aut ui. Vis externa uel
subditis, quae seditio uocatur. Insidiarum aliae violentiam, aliae
dolum secum habent. Violenter enim Galeazius Sfortia & Ioan-
nes Galeazius obierunt, insidijs priuatis absq[ue] populi consensu:
sic & Philippus Macedoniar[um] rex: quae autem dolo sunt, aliae qui
dem a domesticis & alieno impulsore, aliae a coniunctis. Ergo
aduersus externam uim nihil melius est, quam militem habere
domesticū & exercitatum, tum concordem populum & pecu-
niam repositam. Vnde Galliae regnum non ualidum est aduersus
externam potentiam, caret enim milite proprio. Et quam-
uis equitem habeat conuenam, quia tamen exiguus est numerus,
ideo ad defendendum propria si qua magna ingrueret por-
tentia debile est: ad aliena occupanda inutile. Et quanto hac in
parte debilior est, tanto tutior aduersus domesticos seditiones.
Quamobrem hoc semper fuit difficultissimum, uicinis esse terribi-
lem, & tutum a domestica fraude. Qui tamen generoso animo
fuerint, malebant militem habere armatum, cum seditionis pe-
riculo, quam inermem prouinciam tot finitimarum incursioni-
bus habere subiectam: atq[ue] in omni belli discrimine, subditos
exhaurire et alienę fidem credere. Eadē ratio in educandis filijs,
nam fortes patri imminent: debiles & enerues ad regnum tuen-
dum non sunt apti. Sed tamen Philippus Alexandrum maluit
bellicis artibus instructum habere ad gloriam cum suspitione,
quam effectum cum securitate: & nunc pater ob filium celebra-
tur. Ad comprimendas autem seditiones non ut quidam stu-
te excogitarunt, seditione ipsa opus est; in quo errore Ludouicu-

dis Sfortia, cum sibi uideretur sapientissimus, se sirosq; omnes perdidit. Nam conseruans populus nunquam regem nisi omnino flagitosū depellet & ceruicibus: quod difficillimum sit esse concordem, nec possit tanta multitudo uni esse infensa. At in seditionibus cum parte una plerique etiam princeps ejscitur quod in Italiæ tyrannis frequentissime contigit. Ergo ad concordiam reducenda est multitudo: nec diffidendum tum maxime quod populus concors aduersus externas offensas est etiam tutissimus. Quod si nouam regnū bellica uirtute uel successione antiquo adiungatur, quatuor modis absq; seditione retineatur: uel colonijs in locum deductis, quod Romani facere solebant: uel habitatione principijs ut cum Turcarum princeps in Graciam sedem suam transtulit: uel mixtione populorū, quod Romani cum Sabinis & Hetruscis fecerunt. Neq; enim hoc adeo seruile est ut habitatio: nec tam crudele ut colonijs deductae: in quibus quod optimum est ac tutissimum, antiquos habitatores delere: hoc autem inhumanum est. Extremum est cum uia ac praesidijs detinetur: obsidibus, munitionibus, armorum priuatione, uirorum diminutione, quod & Turcarum princeps in Christianos exercet, quasi necessario, ob cultum religionis diuersum. Optimum igitur ex his omnibus est, miscere nouos populos antiquis, inde urbes aquisitariis regere. Summum autem praesidium regni est iustitia, ob apertos tumultus: & religio ob occultos. In administratione iustitiae unum feligat gnatuum usrum ac prudentem, tum legum optime gnarum: hic scios sibi deligat non pauciores q; decem, nō plures tamen quam uirginti, qui le nouerint ab illo electos, ut ei cum oportuerit subsequantur: omnes tamē municipalibus legibus instructos. Porro primus ille singulis diebus cum paucis alijs, nō ex eodem ordine in secreto consilio cum ipso principe sit. Quicquid autem graue est, per illum ordinem administretur: sic oditū princeps, ille unus inuidiam, multitudo: & ordo ipse periculum effugiet: & tamen unus omnia exequetur. Habebit & ordo ille facultas

tem leges condendi, ut maiore cum auctoritate, & absq; suspi-
tione voluntarie administrationis omnia facere possit. Et ma-
xime ubi in quempiam principi inimicum poena sit irrogada. Non in pluribus, sed in necessarijs princeps se misceat: nec co-
gat ordinem à recto deviare. Aliquando etiam aduersus iusti-
tiam deprecetur, ac in ordinem ueniat, illis aperte contradicen-
tibus, ac ius suum tuentibus, decernientibusq; Ius ipse nunquam
solus exerceat, erratum non retractet, sed resarciat. Sic enim
Philippus Macedonū rex cum oscitanter causam audiens dan-
nasset Machetam, illo prouocante cum intellectisset Philippus,
Machetam iniuste damnatum, non rescidit iudicium, sed mul-
ctam pro eo soluit. Sed neq; decet principem quicquam admit-
tere humile, aut indecorū publice; occulte agat quē aperte lau-
dari non omni ex parte possunt. Sic crudelitatem, libidinem se-
cretis locis & inter suos expleat, si affectibus animi nequit do-
minari. Super omnia autem ab iniuria caueat: haec enim est in-
fidiarum mater, & seditionū nutritrix. Nihil exerceat nimis: nec
peritus esse uelit in artibus, quae nec ad bellum sunt necessariae
nec ad iudicia, nec ad corporis custodiam utiles. Vnde recte
eator cum à Philippo reprehenderetur dixit: absit ô rex ut hęc
melius quam ego teneas. At nunc quidam principes cupiunt
uehementer uideri in his eruditī: in quo duplice rīsum mo-
uent: & quod quæ decet nescire scire uelint, & quod putent
se scire quæ nesciant. O quam iuste igitur pictor ille egregius ē
regno pulsus est: & Dionysius Grammaticus. Literas, eloquen-
tiam, Geographiam, Machinarum artem, & nauigandi si me-
diocriter teneat laudo: nō uitupero etiam si his careat. Nam &
Cosmas Medices literarū ignarus prudentissimum se declara-
uit, tamē uero & Castruciū insignis dux fuit. Cuius memoria
ad id me uocat, ut recte credam confictam fabulam de illius ad
miranda in infantia expositione. Sed & illud ab hostibus tamē
retorqueri solet: ut cum Sabini bello certarent cum Romulo,
objiebant ei quod spurius esset, infamis, humili patre: cum
Deorū

Deorum genus mentiretur. Beneficia ipse, non ordo conferat, nec expectet certamen. Nam longè diuturnior et maior est repulsa dolor, quam memoria beneficij: is uero qui ab ordine habuit, non a principe habuisse putat. Illius ordinis etiam princeps quem unum ante alios diximus debere constitui. In rebus magnis sit inexorabilis: & iracundiae non uitio, sed infamia laboret. Sic enim multa perfidere poterit, antequam cogatur princeps uel mutare decreta, uel crudelis aut pertinax dici. Capitali damnationi semper bonorum etiam accedat amissio: ne qua docet ab affinis uel filii armis indulgentiae offendatur. Omnis animaduersio capitis sit sine spe reconciliationis filiorum, uel proximorum. In quo genere satis Astyagem Macedorum regem delirasse apertum est. Credidit enim exercitus summam ei, cui filium proprium tradiderat epulandum. At si per iniuriam coactus occideris in memento prouerbij:

τέττας ὁ πατέρα κατέβας, γενός τιτανούσι.

(i. Statuus qui patre cesso liberos facit reliquos.)

crudele hoc sane sed illud periculosius. Plutarchus uir gratis absurdum putat fecus secisse: cum etiam Philippum Alexandri patrem hanc rationem secutum intelligamus. Tyrannicus certe est, filios ob patrem occidere, sed & prius fuerat occidisse iam patrem. Damnatorum autem pueros ne occidat, sufficit enim spoliasse. Siquidem in extrema paupertate educatis andimi deficiunt. Iniuriam crudelitati ingenti addere adeo inuidiosum est, ut Philippus ultimus Macedonum rex, hac causa regnopolitus esse credatur. At uero in proditores lege agere semper licet: in regno nulla sit suspicio aliuis. Quamobrem nec fratribus parcendum si sint audaces. Suadeo abstinentiam omnino ab iniuria: sed si contingat illam fore necessariam, securitati consultatur. Ergo & propinquai potentes eorum quos occideris deprimendi. Iuuius etiam existimato hominem fortem è medio tollere, quam iniuria afficere. Rara autem est iniuria à qua uigilancia absit: igitur ne in adulterium prorumpat princeps unus

quam, ne virginem inuitis proximis corrumpat, ne scortum
inuitum ad turpes usus impellat. Hac enim causa Philippum
occidit Pausanias; quod illum ab Attalo talia passum, non ab
iniuria manifesta vindicasset. In uniuersum igitur iustitia summa,
summa securitas; post ipsam autem summa tyrannis pros-
xima illi est in securitate. Nam duo maximae crudelitatis anti-
qua exempla, & summae tyrannidis, tum diuturnae felicitatis
narrantur. Agatoclis qui omnes ciues Syracusanos una die no-
biles sustulit: & Nabis qui Lacedaemoniorum octoginta poten-
tiorum, tum Ilota cum multitudinem una die interfecit. Nec so-
lum a suis tutus, uerum T. Quintio Romano qui Lacedaemo-
nios oppugnabat restitit: ac diu terribilem se illi praebuit. Oli-
uerius etiam Firmij omnes ciues una die occidit: occupauitq;
urbem. Verum intra annum poenas dedit, externa ui pulsus:
hanc uim in Turcarum principe uidere quotidie licet: qui tuti-
sime res suas administrat. Sit autem subitum quodcumq; paras.
nam res quae non saepius repetitur quantumvis maxima, in ob-
liuionem transit. Beneficia igitur contraria ratione paulatim
impertienda; nam cum cumulate semel tantum dederis, tem-
pore oblitiscuntur. Illud autem summa diligentia cauendum,
ne inimicum reliquas potentem: sed si potes aut illum multis
beneficijs deuincies, aut e medio tolles. Quæ ratio etiam in regi-
bus tenet ac ducibus. Pontius enim Samnitium dux, suos per-
didit, cum exercitum Romanum nec cecidisset, nec libere dimi-
sisset: laudatusq; est magis consul uictus, quam Pontius uictor,
quod ille rem publicam suam turpi conuentione seruauerit, hic
prodiderit. Eadem ferme stultitia Numantini etiam periire:
Ergo in regnis media uia semper periculosa, plerique pernitio-
sa: ided nunquam amplectenda. Adulatores sunt qui uitupe-
rent: sed principibus ad auctoritatem augendam si modesti sunt
propter populū ualde sunt utiles. Minime ergo audiēdi sunt;
qui illos explodendos putant. Sed tamen cognoscat illos prin-
ceps necesse est, nec uillo in negotio graui introducantur: non
solū

solum ne consilio suo hominem perdant; sed quod tale hominum genus leue, & per sepe minus secretum seruat quod audierit, & quod facile inflatur, & præmio ad proditionem impelli potest. Bonos ac malos amplectatur: utrisque enim rex indiget. Nam iusticiam & malis iuxta Comicū querere non licet, sic enim inquit,

Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.

Nec iniulta à bonis impetrare licet, scelerum igitur & facinorum aliquando ministros habere necesse est. Imitemur Deum qui prauos alit ad poenam prauorum. Imitemur naturam quae humores non bonos tam sapienter distribuit, ut non minus sanguine ipsouideantur necessarij. Sed tamen & in hoc naturam imitemur: quae non quamcunque bissem nutrit, sed solum quae non sit pessima, nec sinit sanguine ab alijs si potest humoribus superari. Sic proditores & infidos, quod tam aduersus se, quam aduersus alios paratos uideat, ne alat: nec patiat plures esse in regno malos, quam bonos. uix enim sic imperare illis poterit, boni libenter iugum ferunt, ut boues: mali non ferunt tantorum exemplo. Ipse autem exempla uirtutum non pauca exhibeat, non omnium, sed imperatoriarum: fortitudinis scilicet, prudenter, & tolerantiae. Fortitudinis rariora, frequentiora tolerantiae, prudentiae semper. Enormes adulaciones fugiat, & puniat auctores, prudentiorum moderatas mediocribus præmijs repenset. Et postquam certamen res uiles in precium adducit, quae certamine carent uilescent. Vnde Mathematica utilis & uerax facit, inutilis & fabulosa philosophia magnis stipendijs decoratur, quod homines in certamen deducat: diuitijs certamina auferat, honoribus & uirtutibus præponat. Fortitudinem igitur, prudentiam, et reliquas aduersus hostes tantum uirtutes munieribus decoret, coronarum, insularum, stemmatum, gratiarum, tum etiam magistratum. Vnde illæ apud Romanos ciuitates, castrenses, muralesque coronæ, quæ in precio habebantur, & sine factura dababantur. Eadem Græcis sapientia in certaminibus, in quibus coronis, oleæ, mirti, lauri & similium pro præ-

mījs uictores orabantur. & tamen præ gaudio filij uictoris patrem fertur expirasse. At uero certamen opum aut uirtutum sed inter ciues proponere exitiale semper fuit. Primum quidem ad omnia facinora impellit, secundum ad seditiones. Longam nimis historiā texere uidebor, cum ad libri finem studiose prosperemus, si unicuique præcepto exemplum adiecerimus. Tum maxime cum liceat hoc uidere singulis diebus ob hac minima, quæ existimantur errata, integra regna delecta fuisse. Similiter si rationem addere uoluerimus eadem prolixitas consequetur. Si quis nos tanquam crudeles in ius uocet, quod in seditionis cōfusione fratres ac filios tolli de medio, proximosq; potentes. Ille uero animaduertat, seditioni unius inexplibilem ambitionem, ac auaritiam in capita tot bonorum, tot innocentium, tot misericordiumq; impune cōuerti. An melius est igitur unius aut paucorum sontium uitæ parcere? an omnium penè bonorum & innocentium facturæ periculoq; succurrere? tum maxime quod lege promulgata: nunc uix unus uidebitur in longo æuo tanti criminis conscius. Quod enim facere homines non sine certo exitio posse sperant, facere desistunt. At difficillimum est absq; alterius conscientia, imo penè esse non potest, ut quisquam tantam rem aggrediatur. Quamobrem & illud stultum est quod existimant, regem tutius amari quam timeri. aberrant enim tota uia: timeri expedit principi, amari autem si contingat pro corollario habeatur. Imponenda igitur est poena non solum innocentibus, sed his qui cum iuuare possunt non iuuant. Terribilem se prebeat in arduis, & inexorabilem in iniustis. liberalitatem uirtutem esse non credat: qua multi iniuste spoliantur, pauci ditantur. Atq; hi cum mutua inuidia, cumq; in honoribus præmia sint constituta: promiscue diuites & pauperes pro uirtute ad magistratus eligat, nulla diuitibus sit prærogativa: satis illis prærogatiæ sunt opes quas possident. Diuidatur populus per artes ac tribus, ut Atheniensis ac Romanus, ad tollendam seditionem quæ ab affinium uel opum potentia ac fiducia conseruit.

confurgit. Religionem novam non admittat; nam tunc seditio est in populo. satis intelligit iam Germania quid multiplex religiosus cultus ad infirmandum robur possit. Quod si permixtanda sit, seu quia cogatur, seu quia expediatur ob utilitatem; celerime fiat. Nam eo tutius, ut celerius: uelut Anglia rex & Saxonum princeps minore agunt periculo nunc, quam si diuisum esset regnum: tutius tamen fuerat non mutare. Non enim ab initio grauissimai periculi expertes fuerunt: nec aliud eos iuuit quam uicinorum impotentia. Ergo pericula summa celeritate transienda. Ab initio autem minimis motibus acriter resistendum. sylvam puer eiusdem anni totam una die uirga cuertere potest: post annos quinquaginta exercitus per eamensem securibus excindere non ualeat. et excisa etiam denuo repallulat. Iudicia summa duo ne esse permittat. Hebrei enim & nunc Christiani ob id periclitantur: nam regum Iudeorum potestas, summa pontificis auctoritate infirmabatur, nec tamen ad se regia administrationem pontifex trahere poterat ob Davidis antequam regis auctoritatē, qui eam Remp. mirum in modum auxerat. Optimum igitur est, si cum religione regia auctoritas ea fungatur. sed cum regna per successiones, pontificalia dignitas per electionem transferatur, coniungi hæc duæ res diu nequeūt. eadem ratio in priuatibz regnis. Verum tamen ius priuatū multiplex esse potest: imo esse debet: cum uix unus magistratus tot cognoscere sufficiat. Alioqz genere tractandi milites, alio sacerdotes, alio artifices, uel coloni si peccauerint. Quod & Rosenani, Athenienses olim & nunc Veneti obseruant. Magistratus uero ipsi publicum accipient stipendium: & fideles sint principi. Cognoscuntur fideles principi magistratus, qui omnia in principiis, non in propriam utilitatem faciunt, nec ulla ex parte ditescunt, nisi donis principiis. In quos ita munificus esse debet, ut nullo modo pro dignitate cuiusquam indigeant. Munitio[n]es & custodes corporis habeat. nunc ex Germanis eliguntur, quod experientia comprobatum sit, eam gentem fide polere

lere. Contra domesticas infidias suis utatur affinibus, quos etiam
 divites faciat, ne spe audeant, aut ira concitati cogantur. malo
 quiequam excogitare. Caveat autem homines parui capitii,
 iuuenes, foeminas, celeres in sermone, ac ualde mutabilis consi-
 lidij: tum eos qui liberales sunt in conuictis, uel munieribus, aut lu-
 do, aut ornatu. Modestis, & tardis, achiis qui iram non continet
 utatur. pignora etiam habeant scilicet filios circa se, nec cum un-
 quam tantum fidat. nouos homines nunquam in contubernio
 & secreta domus admittat. Quia cautione diu Turcarum rex
 ueneni non solum iactura, sed etiam suspicione caruit. Omnia
 igitur plurium oculis subiaceant, habeat ministros praegustan-
 tes ut moris est, raro populo, rarissime alijs, tum maxime lega-
 tis se ostendat. Hominem enim posse, tum etius domesticos sape
 videre, & audaciā & commodū ad machinandū præbet.
 Suis non irascatur: si afficerit cōtumelia illico explodat. Plures
 enim ea natura sunt, ut iniuriarum obliuisci nesciant. Aduersus
 importunitatem rogantium hac arte utatur, ut nihil cuiquam
 det roganti, sed sponte atq; inopinato, tum etiam quasi præter
 omnium opinionem. Sic nec plura dare cogetur, nec repulsa
 illi dolorem sentient, nec ipse ab eorum grauabitur petitione.
 Filii magnam diligentiam impendere oportet, nihil enim: gra-
 uius est illorum cura. Vnde plures principes illos occiderunt,
 ut Mithridates, & pater huius regis Turcarum, ab illorum po-
 tentia timentes. Alij ob infidias, uelut Herodes qui Alexandri
 Archelaum & Antipatru sustulit filios, & Artoxerxes cum Da-
 rio quinquaginta alios. Alij ut regnum uni inuiolatum et absq;
 metu traderent ut Deiotarus: de quo supra diximus. Diuide-
 re enim regnum est destruere, uelut Massinissa qui cum diuisi-
 set inter nepotes Adherbalem, Hiempalem, & Iugurtam, ipsos
 neci crudelissime tradidit: & regnum in Romanorum manus.
 Dux uero ut dici solet Sfortia Franciscus, qui uis uni soli tra-
 diderit e pluribus regnum, plures tamen illi inuidenterunt, illi uni
 & dum casu Galeazius, qui rerū potiebatur, proditione ciuis oc-
 cidiisset

cidisset, causam dedit ut Ludouicus frater prouinciam occuperet. Atq; ita seditione exorta transiit in Gallos: inde in Cæsarem, illorum stirpe deleta. Tam frequentia sunt huius rei exempla, uelut etiam de Ptolemai regno, quod propter Cleopatrae & fratriis insidias ac seditiones in Romanos peruenit, ut eam exemplis non indigeamus. Quin & nunc rex Gallorum ne regnum diuidat, cum duos habeat filios, nouum minori regnum parare intendit: adeoq; omnia miscet, ut Turcarum periculo rempublicam Christianam totâ exposuerit. Solet autem ut diximus media uia esse in regnis pernitosâ. Itaq; cauedum est in filijs & affinibus illud. Primo ut in regni causa obliuiscatur se parentem esse, aut fratrem, aut coniugem: nam qui hanc consuetudinem tuebitur, regnare per multas successiones poterit. Si autem diuidet, nunquam fieri potest, ut diu eius proles regnum obtineant: Ergo in filijs procreandis una solum muliere utatur. fideliores enim & amantiores fratres inter se erunt. Deinde maiori regnum totum decernatur, quem omnibus bellicis uirtutibus exerceat, ac inclytum reddat. Quod si regnandi dignitate multum absit, alium illo generosorem instruat: quos autem nolit regnare, non literis, nō arte bellicâ iti struat; sed in luxu omnino et otio alat. Vnde Philippus Alexander cum quereretur, a patre sibi qui instanter fratres progredi: respondit Philippus, Ideò efficies ut non solum ætate, sed & uirtute te illis digniorem praestes, cui regnum relinquatur. Non diuidendum dixit, nō quod natu prior esset illi deberi, sed præstantiori relinquendum. Quid regna Græciae omnia in Turcarum manus tradidit: nisi fratribus & filiorum æmulatio. Quid Italiam tot regna in manus tradidit Barbarorum: fratribus ac filiorum æmulatio. Quid regnum Turcarum & Galliarum seruauit incolus: nisi quod non diuiditur. & foelix quidam successus aliquot regum fratribus carentium. Habet autem hoc Turca præstantius, quod uni & meliori decernit imperium: diutiusq; ut pote iam per tredecim successiones in uno tantum maneat.

t

Gallo

Gallorum non tam inuiolata lex, nec meliori, sed primogenito tantum debetur. Ergo cum adhuc uigilantia liceat Christianis regib. imminentि resistere periculo, uel caueant, uel si fecerit cedat, nō nisi de scipis conquerantur. Frater ergo fratres in priuata uita retineat: & pater filios quos regnare nolit, nec ad alios transire principes permittat, capitaleq; hoc esse decernat: in luxu & delicijs educet. Sic crudelitatem Barbarorum, & periculum Christianorū regū deuitabit. At uero circa religionis cultum princeps sollicitus esse debet: nō solum quod ex hoc populi in admiratione contingantur: sed quia Deus ipse quo quomodo cali uult se. et si adhuc hoc non desideraret, deberunt hoc tamen illi. Quamobrē Separū ciuitas sapientiae exemplū in hoc dedit, quod templum omni arte exadificauit Pario marmore; in quo soli pars nulla non est elaborata. Quicquid artis, quicquid studij est, in illo reposuerūt. Aetates septē historiasq; habent in pauimēto. Summus pluteus capita habet pontificū: picturæ in sacrario, undiq; colores uarij, & si quid rarum est ex cogitarunt addere. Ferint etiam eam urbem in tutela beatæ Mariæ esse, cui templum dedicauerant, nec unquam ea causa ui externa captam, & ad antiquitatis fidem ut cum Romanis certent Remum cum Lupa habent. Simili ratione Florentia ædem habet beatæ uirginis dedicatam sub annunciationis titulo: in qua statuæ et imagines pontificum maximorum, regum, militum innumeræ, qui uotis & supplicationibus seruati sunt. Aliam habent hi ciues ædem beatæ reparatae, marmore albo, rubeo, nigroq; exterius distinctam: tum uero locū in quo pueri lauari sacro fonte solent, cupreis ualuis & uestibulis ornatū. Quid autem maius æde nostra sacra sumptuosus ue? uel elaboratus templo beati Marci Venetijs? sed & multa feruntur mira de phano Parisij beati Dionysij. sapienter hæc omnia nō solum pie. Cauendum tamen est, ne uel superflius sit sumptus, uel sacerdotibus summa auctoritas tribuatur. Cum enī plus res optimi sint, periculosis tamen est, salutem publicā illis cōmitte

mittere, ob religionis apud populum auctoritatem, idq; euenu-
tu satis manifestum est. Aethiopibus ambitione sacerdotum
mos inualuerat regibus: ut cum illi pronunciassent, expedire
populo regem è uita excedere, ob gentis salutem: cogerentur
reges uitā finire, quod ni sponte fecissent, tanquam à Deo nun-
ciatum, quod sacerdotes mentiebantur, populus turpiter eos
occidebat: mosq; hīc perseverauit usq; ad Erganē regem, qui
illorum cognito dolo, omnes sacerdotes deleuit, ut ab hoc com-
mento tutus esset. Non' ne Danielis historia refert Babylonie
regem à sacerdotiis turpiter esse delusum: quos omnes ille ob
hoc interfecerit. Igitur prescribenda illis licentia. Circa amicos
uerò eos eligant, qui non proprio commodo unquam, sed prin-
cipis consulunt. qui errata eius ferunt, nec probant, sed tamen
& maledictis allorum tuentur. qui uirtute & gloriæ amore sint
insignes. Vna enī ut dixi omnium ratio bonorum est, gloriæ
æstimatio ac certamen: quæ urbem ac principem seruare po-
test. Porro iuris maxima fiet tribus: coniugijs, exercitatione
armorum, concordia. De omnibus autem diximus nisi de con-
iugijs: igitur nulla maior cura quam coniugiorum, ut coelibes
omni honore careant: adulteria in utroq; delinquerate acerbis
sumis supplicijs puniātur: exemplo legis Iudaicæ & Mahometi
& idolorū, quod cū cōtempserint Christiani, deteriores omnib.
his effecti sunt. Nec enim uel aduersus Deū uel aduersus Rem
pub. aliquid potest adultero scelerius excogitari. Fures capi-
tis poena puniunt, quid debemitur moechis? Imperator Opilius
Macrinus iuris ciuilis abunde peritus, adulteros una iunctos
uitios semper cremari uoluit. Mitiores omnes, è quibus Traia-
nus irreprehensibilis ante illum, morte nunq; non mulctauere.
Ius perpetuum in homines uel etiam rusticos nulli tribuat. Ca-
pitale etiam sit hoc à principe petisse: ostendunt Venetorum,
Gallie regis, & Turcarum vires quantum hoc possit. Vacat em
seditione regnum, cui nullus nisi unus praest. Ad omnia etiam
principis mandata promptiores euadunt, qui uni soli parentū
t. 2. sciunt

sciunt; sic iurat apud populum ut carus Deo uideatur: Constantinus ob hoc qui magnus dictus est, ut Ambrosius auctor est, clavum unum freno equi, alterum quo Christus confixus est galeæ infixit. Nescio an religiosius an superstitionis an profanius: sed tamen ad opinionem hominum plurimum conduxit. Maledicta etiam de Dijs, tum etiam de principibus acriter puniat: altero seditione tandem altero contemptus regis prouenit. Sed qualis sit contemptus ex auctoritate dignoscitur: unde Curtius de **Alexandro** cum argotaret dixit: Tunc exercitus intellexit quomodo ex unius spiritu, totius exercitus saltus ac uita penderet. Criminis ergo capitalis sit aduersus regem loqui: quod etiam sacra scriptura præcipit. Ea ergo ratione non male apud Barbaros Alexander se Dei louis filium curauit ab Amonis sacerdotibus pronunciari. Et Sertorius suam ceruam tanquam Deam consulebat, commenta hominum sed plusquam hominum. Si contingat alium principem prælio capere, si retentus uiam prebeat occupanda maioris partis regni: non dimittatur: sin regnum secus iniuiolabile manet; prompte ac sine premisso ullo dimittas. Homines enim qui nulli subiiciuntur, uiuunt solum aut beneficio detinentur, subiecti legibus, & pactis. Verum cum haec alijs in libris de æternitatis archanis & uberiori ac sublimius tractauerimus, regum institutionis finem facere decreui: postquam unius **Alexandri** magni uitam paucis uerbis pro exemplo pertransiero. Hic occiso patre eum ultus est suspesto in cruce Pausania, quamuis patrem non parum odio haberet, ne uel impietatis crimini subiret, & alijs ansam occidendi se præberet, antequam in expeditionem iret, omnes quos habuit suspectos regni occidit, è quibus etiam Attalum patris sororum. Thebas rebelles funditus subiicit; omnibus ciuibus qui supra **xxx.** m. erat diuenditis, sex **m.** occisis. Omnibus aut gratu aut terribilem se ostendit: omnia in celeritate & confidentia statuit: milite Macedonicum à patre Philippo ueteranum acceperat, non mercenarium. Cum discederet omnia amicis donauit, nec spem illam reli-

religione reuelandi. Cum Helleponum transiit, nihil plus habuit pro stipendio quam cibaria dierum triginta secum. Graecis quod aduersus ipsum stipendio ac inuidia ducti militabant: ita irascebatur, ut maximo etiam sui discrimine illos omnes occideret, cum Persis & alijs indulgeret. pro tanta igitur sapientia debitum est præmium consecutus. Quod enim populus Romanus tot uictorijs, tot exemplis fortitudinis, plusquam decies centenis millibus hominum ex sua urbe cæsis, post annos ferme sextcentos uix sibi acquisiuit: unus Alexander nec quadraginta millibus milium, annis octo parauit: cum etiam illorum limites excessisset. Si quidem Indos & Scythes deuicit Alexander. Milia quinque etiam oppidorum ex India cepit: quæ omnia Romanii intacta reliquere. Sed & Arabiam ac Libiam peruerasit: Ergo unus Alexander Romanis omnibus ob sapientiae beneficium etiam gestis rebus præponatur. Et nunc in Italia est princeps unus, qui si Philippum agere sciret, posset relinquerre Alexandrum, et nos aliquando a Turcarum imminentibus liberare periculis: nam Turcarum uis nunquam expugnari poterit, nisi unus consurgat Alexander. Sed quomodo ille consurget, cum totis urbibus pigmentarij cernantur? Militaris omnis ars, obseruantiaque perierit? mulierum arbitrio uiri pareant? gloriae nihil, diuitijs omnia tribuantur? pompa fœminea inutiliter census exhauriat? certamenque de illa sit nobis maius quam apud Graecos in olympiade? Ipsi Itali principes filij fortunæ magis quam uirtutis malint appellari? adulatoribus enormibus & fucatis uiris delectentur? satisque illis uideatur, quod parta retineant? Diuidant regna filijs, & pluribus uelint bene esse? alius gymnasium erigit ad decorum, alius ienationes instruit ad uoluptatem? omnes lautis epulis gloriantur? Quin etiam hominem præmio afficiunt, qui illis exprobrat auaritiam, quod non in ganeones, in adulatores, in mimos, in pompas omnia profundant: tanquam hoc illis turpe uideatur. honestaque ille sua deat, at saltem illius circunspiceretur uitam, si modo dubia est sententia

tentia: expilare populos iniuste ut profundant in hos, qui soli illos doceant despere. Carolum ille damnauit avaritia, ego illum non damno. Non enim in cœlum os ponam: sed utinam atq; utinam intelligeret, quām deceat principem qui maximas uelit gerere res, nihil omnino dare nisi his qui pro illo in acie stant, uel qui consilio pollent, ut administratoribus ciuitatum, & Architectis. Illud etiam scire decet, in quo aberrant aliqui, equitatum peditatu præstantiorem esse si par utrinq; numerus sit, nisi in angustijs montium. Nam equorū impetus in pugna utilis est, nec peditarii similis. In campis etiam fatigat & prohibet cōmeatum; ostenderunt Parthi aduersus Craßum, & Turcarum rex aduersus Christianos. Quanquam etiam inter homines multum intersit: in exercitati equites peditibus ueteranis tum pauci multis collati superabuntur. Par autem sit numerus amborū, quod immodica differentia sit inutilis, optima est. At uero exercitatio sit perpetuo bello: id semper levissimum suscipiendum, nec querendum est illos superare, quibus deuictis, uincus sias longe potentioris. Quo errore Ferdinandus Turcicum uim perpetuo habebit infestam. Occupanda igitur semper sunt non maxime opportuna, sed maxime tuta: donec potentia, auctoritas, experientia, te uel illi æqualem reddant, aut paulo minorem. Errauit & longe plus homo ille cum munitio nes damnauerit. Omnis urbs fortis moenibus, etiam oppidum fortissimum habeat, ut semper sint duæ aut nullæ murorū munitiones. Hoc errore Ecelinius Paduam amisit: ex quo facinoris crudelis secundus error manauit, atq; inde regni cum tota familia interitus. Dissimulanda sunt studia & decreta belli, tū locus, tempus, ac reliqua, quantum fieri potest, atq; in hoc genere stratagemata uocata utilissima. Si multis ex locis adiutoriate, debiliſſima oppugnanda, uelut Turcarum uires facilius multo ex Aegypto frangentur quām ex Græcia; sicut miles facilis uincitur si locis peratur inermibus, quām si ubi armatus est. Subditorum si potentiam reformidat, leniter ac quasi ex trans-

transuerso minuat, nō aliorum sed omnium lege uniuersali. Quod consilium fuit Francisco Sforzæ, cum legē tulit, ne quis inconsulto senatu hominē morte damnaret. Iam enim tam leni edicto plusquam dimidium potentię procerum fregerat. Nostra ætas uidit unum príncipem Valentínū Borgiam quam uis infelicem prepropera ac inexpectata morte pontificis Alexandri patris lui & morbo letali proprio simul circumuentus. Ex his autem qui alijs parent, ducesq; exercitus sunt, Daualii patruus & nepos qui nunc regit prouinciam nostram Carolus auspicij, illustres fuerunt: habet enim familia illa quatuor ea quæ in príncipe requiruntur à Cicerone commemorata, uirtutem, auctoritatem, fortunam, & scientiam rei militaris: quæ si euenuit obscurentur non ob aliud euenerit, quam si fortuna superioris inclinetur. Nam eorum qui nulli parere coguntur sapientia semper fortunæ adiungitur, quales sunt reges ac príncipes. Illud sane demiror, Agapetum & Isocratem, cum tanta de rea gno & ad reges scriplerint, tam pauca utilia præcepta illis com memorasse. Plura enim illorum quæ ad iustitiam pertinebant multis modis diuisa, sat erat uno præcepto comprehendisse. Et si Iustinianus Agapeti præcepta seruasset, non tam clarus fuisset bellicis artibus imperator, nec gloriari potuisset illis uerbis, quæ in proœmio Institutionum ponuntur: Africam atq; alias innumeras prouincias Romano addidisse imperio: cum seuerus uindex prætergressorum extiterit: nam Bellisartum exculauit, per quem Italiam receperat: ingratus ergo dici potuit. In quo uitio Alexander etiam, cum duos Parmenionis filios una cum patre occidisset, accusari planè potest. Sed hoc tutū: at non tutum fuit uxori Iustiniani Narseti Eumuco illusisse, cum per eum iam pluribus rebus bene gestis, & denuo recuperata Italia unius uerbi sola indignatione multas amiserit prouincias. Ergo securius ut dictum est occidisse quam lessisse in regni administratione, cum maximi uiri offenduntur. Historiæ legendæ assidue incumbat; sed non omni, ac sine delectu, plus enim

etiam nocebit quam iuriabit si has partes non habeat, integrum fidei, annalium secretorum tractationem, diligentiam in declarandis omnium causis, similitudinem gubernationis cum praesenti tua & iudicij grauitatem. Pro instituendis autem regum pueris non sacerdotes aut Rethores, sed philosophie non auari, uel gloriae appetentissimi eligendi sunt. Sic Plutarchus Traianum inuictum & totius orbis dominum reddidit: quod etiam alias diximus. Et satis ex uerbis ad illum de reipublica gubernatione in initio intelligitur. Sic Aristoteles Alexandri, nec oblitus est rex illius beneficij, eius enim charitate omnes sunt philosophos. Sic Alcibiades & Xenophon Socratis institutione incomparabiles exercitum duces extiterunt: alter inuisitus semper: alter fortuna maiore quam patria. Sed iam de his qui in libera uersantur republica dicamus.

Cum in reipub. aliquius gubernatione ciuis ad illius administrationē non ineptus accedit, oportet illius mores cum temporibus consentire. Nam si dissidentiant, uix boni aliquid perficere poterit: cum uideamus etiam Caracallam Seueri Africi filium, quod Getam fratrem occidisset, ad imperij securitatem male perisse. Inuisus enim omnibus, populo scilicet, senatu, & exercitu, infirmum retinuit imperium: & oblata occasione cum uita breui amisisit. Quod persuasum esset omnibus, illū qui in fratre saeuisset etiam in alios futurum crudelē. Cum tamen ratio ea minime ualeat, nō eodē in alijs quod in fratre existente periculo, scilicet imperij. Ergo res magnae legibus primo scientē sunt. Sed hic error patris fuit, qui inter illos diuisi imperium. Ceterum quia aduersus consuetudinem temporum nū admodum periculosa extiterint, conseruanda à principe cum sint, quanto magis à priuato ciue: atq; is felicissimus erit, non solum ciuis sed etiam princeps, cuius mores uelut de corporib; pro sanitate, æuo illi ac regioni consentient. Sapientia autem in eo genere summa ac inuiolata. Quod si ad omnes respexeris qui ad summum fastigium in sua republica peruerteriat: tu ad re-

ad reges: uidebis ita esse ut diximus. Quamobrem ut pro rege Alexandri gesta subiecimus, sic pro ciue in libera republica C. Iulius Cæsar, aut Cato est imitandus: quorū ut studia diuersa ac penitus contraria: sic uterq; in suo genere admirabilis. Vnde Salustius pulcherrime eorum naturam ac mores descripsit, dicens: Sed mea memoria ingēti uirtute, diuersis moribus fuere duo uiri, M. Cato, & C. Cæsar, quos quoniam res obtulerat, si lentio præterire non fuit consilium: quin utriuscq; naturam & mores, quantum ingenio possem aperire. Igitur his genus, aetas, eloquentia prope æqualia fuere. magnitudo animi par: item gloria. Sed alia alij, Cæsar beneficij ac munificentia magnus habebatur, integritate uitæ Cato: ille mansuetudine, & misericordia clarus factus: huic seueritas dignitatē addiderat. Cæsar dando, subleuando, ignoscendo: Cato nihil ignoscendo gloriam adeptus est. In altero miseris profigium erat: In altero malis pernicies: illius facilitas, huius constantia laudabatur. Postremo Cæsar in animum induxerat laborare, uigilare: negotijs amicorum intentus, sua negligere: nihil denegare, quod dono dignum esset: sibi magnū imperium, exercitum, nouum bellum exoprabat, ubi uirtus eius enitescere posset. At Catoni studium modestiæ, & decoris, sed maxime seueritatis erat. Nō diuitijs cum diuite, nec factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto pudore, cum innocentia abstinentia certabat: esse q; uideri bonus malebat. Itaq; quo minus gloriam petebat, eo magis illam assèquebatur. Eadē fermè Athenis differentia inter Phocionem & Demadem ac Demosthenem, sed diuerso satis instituto: sic inter Niciam & Alcibiadem: Aristidem & Themistocle. Duo igitur cum sint ascendendi in repub. modi, ut Cicerio & Plutarchus recitant, Alter ut in eodē gene: re magno uiro adh̄reamus: medicus medico, dux duci, ciuiis ciui. Alter cum iam in ea existentem de statu deſcimus. Velut in primo genere Theophrastus sub Aristotele crevit; Perseus sub Apelle; Pompeius sub Sylla; Antonius sub Cæsare. Quan
u quam

quam & Cæsar dictaturam exercuerit. In secundo genere Alcibiades oppugnato Nicias apud Athenienses crevit, Scipio deputo Fabio cum aduersus eius sententiâ Africæ expugnandæ prouinciâ impetrasset. Pompeius depulso Lucullo iam claro uiro tum Metello; Cicero superato Hortensio; Aristoteles cōtradidit Platonis; Parasitus p̄ictor superato Zeusi; Timanthes superato Parasio. In unoquocq; horum generū nō parua est difficultas: nam oppugnationem multa pericula consequuntur. auxiliis indigemus, indigemus & uirtute, sed longe magis pleruncq; fortuna ipsa. Adhucere non omnibus soſticiter succedit; nam ut in arboribus quædam sunt quæ hæderam aut occidunt, uel non admittunt, aut exilem illam ac tabescentem nutrunt. Sic quidam adeò liuidi uel timidi sunt, ut nemo eis succrescere possit. Verū quæ hominem in contentione euēhunt quatuor sunt: autoritas, diuinitatē, potentia, & prudentia. Gloriabatur Philippus & cum eo Alexander filius, plus profecisse consilio quam armis, non solum quod armorum laus communis cum milite esset, sed quod plura longe patrasset, tutiusq; ac minore iactura: neq; plus bello quam corruptis seditionum ducibus Philippus profecerat. Quanto igitur magis necessaria in priuato ciue? At uero C. Cæsar quomodo populum primo epulo publico, dein de largitionibus, inde ludis gladiatorijs corrupit, tum uero bel luas incognitas primus in spectaculo ostendit. Coniunxit Crassum & Pompeium non solum sibi, sed inter se idem tribunos plebis exeruit, pecunia Ciceronem depresso, coniunxitq; in omnibus consilio audaciam. Autoritas tribus constat, uirtute, progenitorib. & societate. Nam & apud Ouidium Ajax sic loquitur:

Atq; ego si uirtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem: Telamone creatus,
Moenia qui forti Troiana sub Hercule coepit,
Littoraq; intrauit Pegasæa Colcha carina.
Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit, ubi Aeoliden saxum graue Sisyphon urget,

Aeacón

Aeacon agnouit summus, prolemq; fatetur
Iuppiter esse suam. Sic à Iove tertius Ajax.
Sic etiam apud Euripidem Electra suum cōmemorat genus;
& uerba Salustij iam illud ostendunt. Sed tamen hæc multo mi-
nus factis præsentibus possunt ad autoritatem: unde apud eun-
dem Ouidium sic Aiaci responderet Vlysses:

Nam genus & proaios, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea nostra uoco.

Et Cicero hoc autoritatis genus, quod à nobilitate proficiſci-
tur, in causa propria multis modis eludit: quod multi humilita-
tem generis ei obijcerent, ut aduersus Salustium in oratione ui-
dere licet. Quamobrem poeta ille bene dixit:

Causam in se uirtus, nobilitatis habet.

Plura possem afferre huius rei testimonia, sed cum Censorini
Catonis originem reuoluo, qui Scipionis Africani æmulus et
oppugnator fuit, minus hoc me fatigat, longe quam etiam ue-
lim. At in societate nobilitatis testimonium est, si cum grauiſſi-
mis ac potentibus uiris uersetur assidue: non solum quod iudi-
cent de illius prudentia bene homines: sed quod ab illis non re-
cipetur, si ea societate indignus esset. Vnde etiam dicit apud
Ciceronem Catilinam quæſisse contubernia optimorum uiro-
rum, M. Lepidi, Q. Metelli, tū ipsius M. Ciceronis, et M. Mar-
celli: sed cum à nullo nisi à M. Marcello eius fodali receptus sit,
auxit potius ſuſpitionem quam autoritatem. Potentia uero
ut ab opibus ipſis ſeitigitur, conſtat affinibus atq; amicis. Affi-
nes quamuis fors ipſa det: nihilominus augent quidam uxoru
electione, ut ob id etiam Lucullus impetraverit triumphum fa-
uente Catone: qui Lucullo ob id ipsum coniunctus erat, quod
ex eadem uxore Martia liberos genuiſſet. Tum uero paucis af-
finium multitudo deest, si omnes uelint recognoscere. Verum
ut in reliquis non omnes sed uel animo uel autoritate uel opi-
bus præstantes eligere conuenit. Amicos beneficj ac consue-
tudine retinere licet; at illos elige in quos beneficia conferas,

u 2 quos

quos exemplo in alios gratos fuisse cognoueris. Hoc consilio Lucilium Antonius, Damonem & Pythiam Dionysius Sictinum tyrannus in amicitiam receperunt, quod propriis amicis quamuis ipsorum hostibus fideles fuissent. Verum parandae amicorum copiae nihil magis conductit, quam si te in illorum officijs potenter ac uigilantem uiderint: potentiam augent alij amici autoritas, opes, industria. Autoritatē nihil magis præstat seu apud principem seu apud populū siue in republica, quam si omnia uel maxima ductu illius & consilio fieri intelligant. At uero inter multos quonam pacto consilium, uim, & autoritatem retineat, his modis ferme intelliges: aut enim plures in unum cōspirant antequam in consilium ipsum ueniant: quo tamen ut nihil est perniciosius in republica, sic nec ualidius nec tutius si res male cedat iuxta poetam:

Et uos defendit numerus.

Vtinam tantam utilitatem medici nostri æui negligere uellēt. At aduersus conſpirationem ipsam multis modis occurritur. Primo etenim ratione autoritateq; res confirmando erit, ut non nisi cum pudore queat illorū repudiari. Sicq; omnes apud Liuium tum etiam apud Græcos historicos nouæ sententiæ autoritate, exemplis, rationibusq; confirmantur. Sic quandoq; coactus sum apud medicos, qui non omnino perfictæ fratriis erant, quædā pro infirmi salute aduersus multitudinem defendere. Est & alijs modis, ut omnia quæ dīci possunt cōmemorantur præterita conclusione: nam in aliquod eorum quæ dicta sunt illos incidere necesse est. Et ut modus hic ad autoritatem minus facit, sic tuor est precedentii. Nec mirum est ob id homines qui nostro tempore de rebus magnis consulunt, omnes ferre ambiguas et difficiles proferre sententias: ut quosdam etiā non satis intelligas quid sibi uelint: alij enim longa oratione nihil dicunt: alij uno uerbo plurima, atq; etiam dissidentia inter se. Sunt & qui contrariam proferant sententiam ei, quam animo conceperint. Sed in his eos ad quos spectat monuisse necesse est

se est, ut si amplectantur quam proferunt, semet proprio iudicio illi dedant; sive contrariam illius ad quem spectat opinione. Sed & aduersus has cautiones multitudo præpollet. exemplo autem tibi satisfaciam. Nec enim & exemplo & historia rei opus est, sed in exemplo rationem intellige, ex historia collige exemplum. Medebatur Curtius vir magni nominis Venetis infensus tamen illius urbis medicis iuxta Hesiodi carmen,

καὶ κεραμεὺς κεραμεὺς κοπέα, καὶ τίκτων τίκτων.

(i. Et figulus figulo succenset, & faber fabro.)

Itaque cum de more illi omnes ut ambitiosissimo cederent, post constitutam omnium consensu medendi rationem seorsum se inuicem iungentes omnia perturbabat, & pro calidis frigida miscabant, pro siccis humida, pro purgantibus astringentia. Inde si illorum fraude periret æger, damnabant Curtium, qui solus contra illorum opinionem talibus uti auxilijs uoluisset. Quod si ægro fortuna fauisset, ostendebant prorsus actum nihil eorum quæ ille decreuisset: causantes illum nec corpora, nec coelum urbis cognoscere: ipsos in tanto hominis stupore maluisse etiam cum infamiae periculo ægrum seruire, quam sine illa perire. Quanquam agnoscerent in his auxilijs nec dubiā salutis spem subesse. Sic utroque ludificatus euentu Curtius, unus & pluribus superabatur, admittebant autem me unum in eorum consilio quasi iuuenem, imperitum, & exordem. Cum uero alios uidebam medicos ante horam conturbantes urinas, ut qui succedentes attoniti nihil sanum pronunciarent. Quidam leuiores longum morbum pericula mortalesque prædicebant: tum succedente breui tempore recuperata ualetudo ostendebat illos fuisse deliros. Omnes artes fraudem admittunt, sola medicina sponte ea accersit. Namque cum Galenus summus medicus etiam suo tempore esset, nec ulli cōparandus, sine dolo tamen artem exercere non potuit. Sed Galeni uersutia ad perniciē non egri tendebat, nostrorum medicorum à salute semper abest. Itaque ut ad rem redeam, si quis autoritatem requirit, studere debet ut omnia

ex eius consilio agantur. Quamobrem & in Principe longe minus malum est, amittere urbes quam uoluntarie cōcedere. Nā qui amittit, fortunæ uim, quæ tum non constat, accusare potest; qui alteri cedit, iudicio suo se uictum fatetur. Reliquum est igitur ut de opibus dicamus. Verum illud difficillimum est pauperi, fieri diuitem; diuiti autem prædiuitem ac opulentum fieri facillimum. Neq; enim est eadem difficultas in fine que in principio. Verum non oportet ad comparandas diuitias hominem segni animo esse aut superstitione. Quinimo illud animaduerte & s̄epius repepe Persianum:

Vare regulatum digito terebrare salinum,
Contentus perages, si uiuere cum Iove tendis.
tum uero illud Iuuenal is :

Aude aliquid breuibus giaris, & carcere dignum
Si uis esse aliquid, probitas laudanur & alget.

Quin etiam ad totum hoc sapientiae genus plurimum confert, nihil à morte credere superfuturum. Atq; ideo utriusque æterni succensens Satyricus, reprehendit homines qui inferos deridet nec esse putant, et tamen ob leuem uoluptatem, imò ne uoluptatem quidem sed pruritum, æternæ spei renunciāt. Nihil hoc uidetur præsenti fortunæ aura gaudentibus; sed cum uel in mortalem morbum incideris, uel in irreparabile senium, poenitet nū uoluisse quæ feceris. Subdunt tamen qui uidentur sapientiores ex illis uanas quasdam ac frigidas satisfactiones aut preculas sine pietate, aut spem filiorum & lautas ædes, et præteritas iam delicias. Quicquid sit: qui animum magnitudini, & felicitati mortalium bonorum despondent, & præcipue beatitatem quæ ex opibus prouenit sectantur, illud secum obmurmurant:

Esse aliquos manes, & subterranea regna.

Et contum & stygio ranas in gurgite nigras;

Atq; una transire uadum tot millia cymba,

Nec pueri credunt: nisi qui nondum ære lauantur.

Quibus sanè egregia illa Aristotelis & Auerrois philosophia
belle

belle subscrībit. Verum non hoc est nunc institutū nostri tractare, sed docere quonam pacto ex paupere diues euadas. Nam diuitiae autoritatem augent, & ex illa uicissim nascuntur, nec mirum. Multa enim sunt quae sibi uicissim fauent etiam in naturae opificio, uelut pluvia & humidum, sanitas & temperatia. Quin etiam quædam sibi ipsis, ut pinguedo pinguedini, tabes tabi, opes opibus. Verum opes illico autoritatē fauent, ut Horatius recte depinxit, dicens :

Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos,

Et genus, & formam, regina pecunia donat.

Ac bene nummatos decorat suadela, Venusque.

Optimum est igitur humana sapientia prædicto diuitem esse, quod diues & sapiens & bonus & fortis & foelix habeatur. Hic autem finis humanæ sapientiae talem uideri, nequaquam autem esse. Vnde nec disciplinarum scientia utilis est illis, nedium necessaria. Quum enim opus est innata pulchritudine, ubi omnia fuso tegenda sunt: aut quid opus est tot artibus, technis, ac dolis ad ostendendum te scire quod scias? At uero non solum inutilis est disciplinarum cognitio humanam sapientiam exercere uolenti, sed omnino illi aduersatur. Quippe quod natura lis sapientia ingenio profundo, tenaci memoria, multiplici studio, labore tarditate, ueritatisque amore constet. Humana autem dissimulatione, uersatili ac leui ingenio, prompta memoria, multa exercitatione absque studio: haec quis non uidet pugnare cum illis? Quamobrem nemo in eodem genere utriusque unquam laudis gloriam assequetur. Sed præcipuum hoc humanæ sapientiae signum imò argumentum etiam, artem illam ex toto quam maxime profliteris nescire. Ad quod non parum cōferre illud uidetur, quod Pindarus dicebat:

Ἐχει δὲ μοῖραν καὶ πόδ' οἱ γαρ εἰ σφοῖς

Φῶι λοι, ταέρ ὅχλῳ μάστικά πέροι λίγεν.

(i.e. Est autem hoc cum fato. Nam qui inter sapientes non probantur, apud multitudinem eloquentiores sunt.)

Et si

Et si usquam optime, in nostra urbe amplissimum locum apud plebem habet. Vnde recte sanctum, Iudeos in ea habitare non posse. Nulli enim levitis aura feruntur, auram popularem nulli magis quam indocti quaerunt, tum maxime illam quae lucrifica est. Existimant enim omnia opibus deberi, imo etiam fidem ut poeta inquit,

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Sed nullae tamen magis dignitatem augent quam repentina, cum ad artem conferuntur. existimant enim homines summam sapientiae signum esse repente ac maxime ditari. Quod opes maximum mortalibus bonum atque in quo cetera omnia continentur credant: quorum opinionem Peripateticus ille opulentis gratissimus fouet, dicens nummum potestate omnia continere: igit in tam magna causa Pindari uerba subscriptamus

εἰ τοις ιστόλαβού πέπονται

μὴ ξὺν μακρῷ πόνῳ, παλλοῖς σοφὸς

Δοκεῖ τοι δὲ αὐθόνων

Βίον κορυνατέμελο ὄρδον βάλει: —

Σι μακρενδίς τοι δὲ τόκον επιστροφόν καταται.

(.i. Si quis enim bona posidet non cum magno labore, multis sapiens uidetur interfluit rem suam sapientibus consilijs augere. Verum hec in hominib. non sunt sita. Nil mirum igitur, si de opibus non seorsum ab autoritate diximus uiciissim illorum iuncta causa. Sed non de omni tamen autoritate nunc dicendū erit, quippe quod de summa illa quae principem in republica facit, cuius est omnia proprijs auspicijs fieri iam abunde dixerimus. Sed sunt alia duo autoritatis genera, praeter hanc quae cum diuitijs causam coniunctā habent: alterum est ut bonus apud omnes habearis: reliquum ut maximus in tua professione, cerdo inter cerdones, medicus inter medicos, senator inter senatores: quanquam hoc ultimo exemplo propter magistratus potentiam primum fermè genus autoritatis coniungatur. Est tamen quandoque summae autoritati etiam

etiam cum opibus sed summis uicissitudo: uelut apud Romanos Crassus ille diues Pompeio & Cæsari in autoritate apud populum comparabatur: sic & Nicias apud Athenienses Alcibiadi, & apud Agrigentinos Gillias. Nec enim ob magnam aut militaris artis peritiam, aut prudentiam maximi habebantur, sed ob diuitias ingentes: cum tamen Nicias omnino non esset uirtutis expers, & Gilliam commendaret liberalitas. Verum hoc ut rarae sunt tam amplæ opes, sic iam qui eas possident si non omnino uecordes fuerint, ad consequendam summam autoritatem nostris præceptis haud indigebunt. Nunc igitur quoniam pacto magnæ opes acquiri possint, quo etiam modo reliqua duo autoritatis genera comparentur dicendum est.

Duo sunt in uniuersum hominum genera: unum quod arte caret: aliud quod ea præditum est. Ei igitur qui nullam artem nouit, nihil melius quam probitatem dissimulare, dolum exercere. At cum in minimis si dolus exerceatur haud latere ob frequentiam potest, expectanda occasio est. Sed interim formæ augendus: salutant blande, comiter affantur, urbani sunt, tum adeò religiosi, ut etiā superstitionis uideantur. Nostræ artis professores, tum etiam aliarum multù longè melius haec norunt exercere quam ego dicere possim. & est uerisimile. Nam omnis ars, usu & experientia constat plusquam ratione. Ideoq; non solum artium inexpertis hoc conuenire puto, sed etiam his qui artem sine arte profitentur. Ergo postquam sensim opinionem hominibus ingesserunt fidei, iustitiae, pietatis, integritatis, tum quasi munimine quodam paulatim ad congerendas diuitias se conferunt. Mercaturam igitur alienis exercent opibus, agunt negotiis: tum coniugiorum, tum negotiorum. miscent se publicis rationibus, collegijs sacrīs, urbis redditibus, consulūt, recipiunt depositas res. E quibus trium unum euenire necesse est, uel ut pereunte domino fine tabulis res illi qui eam recepit accedat: uel ut usū interim utilis sit possidenti: & quanquam non integra restituatur, nihil tamen illius culpe imputari possit: uel

x

ut

ut illæta restituta, maximis populi encœmij celebretur. Sic & licitatores quacunq; agant fraude, partem semper eam habet adiutricem, pro cuius commodo fraus ipsa excogitata est. Sed sunt multa tamen in quibus dolus deprehendi non potest: longe plura uero ubi argui nequeat: uix unum in quo lege damnare licitatem possit. Sed hunc etiam qui apud populum religionis & innocentiae nomine clarus habetur, quoniam pacto nullus quamvis superiore causa euertes? Hinc igitur ad rei publicationem proceditur & ad magistratus: hic occasio tandem latior longe: sed tamen arte opus est, ut aliquo uel pietatis, uel iustitiae uel religionis nomine rapinæ honestentur. Nec tamen id celeriter petendum, sed confirmata iam magistratus consuetudine, aut saepius repetita. Vix enim hominibus persuaderi potest: eum qui iam diu iustus fuerit repente mutato consilio, iniustum euafisse. Vnde tutius qui honestas causas defendunt, nouos homines aut omnino qui in magistratibus consueverint adeunt: nam antiquiores ob satietatem plerique novi ob sui experimentum à scelere abstinent. medijs temporibus pecuniae opera datur. Sed & in his modis est, atq; ut in omnibus fraude moribus perseverantia uirtutem fermè ipsa ac uoluptatibus bene luxia poetam dicentem,

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,

Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Cauendum est diligenter ne frequens fiat transgressio, nec aduersus potentiores, nec palam aduersus leges, neq; partiis in rebus, quædam enim horum periculosa: alia occasionem meliorrem eripiunt. Vnde qui non sunt moræ patientes, cum rara sit auxilium, uel celeritate frustrantur, uel temeritate precipitantur. Agnoui tres viros, qui dum rempublicam administrarent, unus ex his commissam fidei sua rationem, quod ad fiscum speccare videbatur, prodito pupillo in seipsum transtulit. Nam fiscus facile cessit, cum intelligeret sine illius industria nullam ex his bonis ei futuram utilitatem, Alius cum testamentum esset suppos-

Suppositium, bona pupillorum euerit, quod ad fiscum non nisi huius inuentione solerti deferrentur: nec tamen leges uiolantur. Tertius uenalem administrationem per internuncios tamen habuit. Duo primi leges non offenderunt sed fidem: nec potentiores sed miseros fraudarunt pupillos, qui nunc mendicant: omnes tamen amplissimos fundos possident retinentes cum autoritate magistratus, quantum per leges licet: facta etiam noua aliarum ut moris est in repub. adiectione dignitatū. Non ne uides, ab initio quam sanctus fuerit Cicero, donec ad magnam potentiam profectus est? Inde causam Siculorum pro didisse pecunia fertur. Sic Hortensius qui a Verre sphingem ac cepisse dicitur: quamuis honestius inter iudices cum sorte ductus, omnia habuit uenalia. Quid Cicero queritur de corruptris iudicis dum Clodius absoluitur: dum Salustius liberatur: forsitan non tuto licet cum teste, apud leges: par habetur ut cum legibus si sine teste res agatur. Accusas me, quod nepharia docceam: non equidem quae facienda fint, sed quae in singulos dies fiunt, ut corrigas, non ut probem: sed tamen interim res illorum utilitati cedit. Quid enim hoc a furto differt? Aliquando potenter virum interrogabam: quod aduersus illos lege non licet intendere, aduersus fures licet. Ergo humana ad homines cum referuntur, eatenus probanda, quatenus ab hominibus alijs laudantur, aut uituperantur. Lex enim est quam homines fanxerunt: quam irritam esse uolunt, non est lex, quamuis pro lege aliquando habita sit. Ergo qui ad hanc sapientiam accedit, nihil penitus habet quod iure reprehendi non queat. Sed tamen mens eius est ut in eodem genere præstantius usque ad extremum in eadem integritate perseverare. Nam nec Aristidi quicquam defuit: potuisse Phocion esse diuina: diuites etiam fuere Catones. Ergo ad hoc tantum insatiabilis libido te impellit: non ulla necessitas, immo neque commoditas. Præstat igitur hos circa mores esse diligentissimos, lenitatem ac mansuetudinem praeseferre, cauere ab irrisione. Delectant scommata certe, sed parum

x 2 inuante

uant, nihil hoc ineptius ad autoritatem uel opes parandas. Quod si aliquos non leuis autoritatis uiros scommatibus delatos legas; hoc scias fuisse illorum uitium. Non ergo à uitio laudem aestimabis, sed laus ipsa uitutis, facit ut uitium tolatur. At uero ut lenis sis ac urbanus, auaros homines imitare nulli enim natura ad hoc paratiore uidentur: cum uerborum ea lenitas pro beneficio, pro arrabone habenda sit. Nec existimes hanc uulgarem esse ditandi uitam, quandoquidem multos cognouerim, qui ex mendicitate penè intra paucos annos decies sextertium congregauerint: nulla enim fraus uitae compendiosior. Proxima huic est artificium autoritas. in his qui nobis lem aliquam artem profertur, militaris, medicinae, plasticae, picturae, iuris Cæsarei, diuinandi, paedagogij, Architecturæ, et generaliter ubi fortuna aliquem locū sibi vindicat. Nam optimi successus in artificem autoritate præstantem, infelix omnes in humiliorem reflectuntur. Horum igitur industria non est negligenda: quandoquidem humana sapientia hic arcem suam collocat. Primum itaq; considerandum, ut quæ leuis sunt autoritatis, in certamen & hominum uoces ducantur. augent enim haec, quod & prædictimus, misrum in modum rerum aestimationem. Deinde riuales beneficio fouebis Antoniano. Nam ubi ex toto hominem penè perdisseris, tunc leui excusatione ab exitio libera, ne si forsan pereat, calumniam crudelitatis & periculum ab affinibus suberas. Sciunt nostro tempore quot incliti uiiri his dolis perierint, aut maximis in periculis fuerint constituti. At si unus ab uno expugnari nequeat, plures illum oppugnabunt. Verum si cui in ea facultate multi & potentes uiiri insensiti sint, seu etiam in republica, nullum fermè uidetur auxiliū, nisi illorum mors, in qua felices hi uidetur, quibus opportune ea contigerit. Nam quæ cum calumnia aduenit, dedecus, contentiones & pericula adducit: sera uero aliis euehit, ut numeri magnitudini tuæ locus relinquaſ. Porro auxilijs præter ordinē legum in republica uti inuidiosum semper, uix unquam foelix.

Matthœo

Matthæo igitur Curtio multum profuit ad dignitatem, quod duo illius acerbissimi hostes, Marcus Antonius Veronensis & Tiberius, uno eodemque anno, quasi etiam eodem ut fertur tempore mortem obierint. At si reconciliari possint, aut arte superari, longe melius est quam mortem expectare, quæ uel sero aduenit, uel si etiam festinanter ueniat, inuidiam etiam innocenti confiare solet. Ergo inimici debent aut placari beneficio uel superari potentia. Pompeium Cæsar beneficio traxit, deinde etiam affinitate iunxit. Ciceronem uicem proprio statu ministris Pompeio, Clodio, Gabiniu, Pisoneque depulit. Nec enim leue negotium erat Arpinatam regem tanto praesidio fultum deinceps. At uero & in his delectus habendus est: nam qui solum a leuocinio hominum pendent, nec familie ac potentum affinitatibus fulti sunt, uicem depelli commode queunt. Nam & si per se satis prompti sint, cum tamen deciderint non facile restituuntur; quod cum ipsis cuncta ruant, animus, autoritas, opes, amici, habentque perpetuam inuidiam quæ illis multos alat hostes. At nobiles, & qui factis egregijs illustres sunt, amicos facere tentabis: in quibus uero inuidia odiu causa est, sola uis in his experientia est. Nam nullis beneficijs aut uerbis inuidiae liuor minuitur, sed quanto magis placare niteris, eo crudelius infestabit. Recte igitur Cæsar demulxit Pompeium, prostrauit Ciceronem: ille enim nobilis factis egregijs ac tunc ab inuidia alienus, Cicero humilius fortunæ, lingua solum strenuus, inuidia quantum ullus aliis premebatur. Vnde nec Catonem ipsum quamuis hostem implacabilem, quod nobilis esset, accusare ausus est. Tum uero in oppugnatione brutorum industriam imiteris: Tauri cornuta, Canes detes, Tigres unguis, Leones utruncque in pugna presentes: abscondunt ilia. oppugnant tauros canes auribus inherentes, quo minus se tueri possint. Non igitur quenquam aggrediaris ea parte qua tibi superior est: unicuique aliquid deest, locum nudum tenta. In aliquibus literæ desiderantur, in aliquibus iudicium, alijs successus deest, multi sunt inornati, alijs incōstantes

stantes uel parum solliciti, quis sine uitio dici potest? Vbi magnum discrimen apertum fuerit, sensim comparatio ineunda: semper enim comparatio cuiusdam æqualitatis magnaçq; similitudinis argumentum præbet. Et si qui expugnandus est, talis fuerit ut uirtute excellat, tunc omnes machinae in eum, omnes dolî, omnes conspirationes intenduntur. Stultum enim est, credere eum, qui falsa opinione hominum clarus habetur, diu eoram uera uirtute suum posse pristinum gradum retinere. Eies etis igitur illis qui uere sunt sapientes: conandum est ut cæteros tui simillimos uincas. Ergo in hoc non parua opus est diligentia, atq; primo ut uitio omni careas, ac principaliter uarietatis ac inconstantie studiorum. Nanc; illud vulgatum uerum esse credunt, quod scilicet

Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Inde fides abrogatur non solum ab emulis, sed etiam à populo: nec minor factura inconstantiae morum, ne te illum esse dicant Sardum Tigellium, de quo Horatius:

Nil æquale homini fuit illi; saepè uelut qui
Currebat fugiens hostem: per saepè uelut qui
Iunonis sacra ferret, habebat saepè ducentos,
Saepè decem seruos, modo reges atq; tetrarchas.
Omnia magna loquens, modo fit mihi mensa tripes, &
Coacha salis puri, & toga que defendere frigus
Quamuis crassa queat, decies centena dedisses
Huic parco paucis contento: quinq; diebus
Nil erat in loculis. Noctes uigilabat ad ipsum
Mane, diem totū stertebat, nil fuit unquam Sic impar sibi.
Alter notaç Priscus ab eodē, Sic iuuat repetere, Saepè notatus
Cum tribus anellis, modo leua priscus inani
Vixit inæqualis: clavum ut mutaret in horas,
Aedibus ex magnis subito se conderet: unde
Mundior exiret uix libertinus honeste:
Iam moechus Romæ; iam mallet doctus Athenis

Vnde

Vivere, uerumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Quid makim? quia amentia? dicunt hic, nam sapiens esse possit. At uero in riuilib. cum superior iam euaseris, ut prius iurabat contendere, sic tunc diligenter caue omnem contentionem; habes exemplum de Metello Numidico aduersus Cn. Manlium plebis tribunum, a quo apud populum in contione lacesitus factus est, qui fuerat, uerbis petulantibus itaque sic respondisse illi fertur: Nunc quod ad illum attinet Quisites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi dictauerit inimicum, quem et ego mihi neque amicum recipio, neque inimicum respicio, in eum non sum ego plura dictrinus. Nam eum indignissimum arbitror cui a uitris bonis bene dicatur: tum ne idoneum quidem cui a probis male dicatur. Nam si in eo tempore huiuscmodi hominculum nomines, in quo punire non possis, maiore honore quam contumelia afficias. Ergo aliud genus dicendi, quandoquidem in necessarios de amulo sermones incideris. Phauorinus docuit, in quo nec hostiliter ostendas animum, & absque maledictione grauius tamen illum longe uituperes, quod genus quidem in frigida laudatione consistit. Nec hoc adeo simplex est, ut uidetur: namque frigida laudatio, amicum ostendit, qui quod laudare possit, non inueniat: magna ergo est argumentum improbitatis illius, cum uituperatio aperta odium aut iniuriam prodat, & fidem ob id tollit. Subtilius quidam eum de quo est sermo in aliena causa extollunt, in ipsa principaliter re tenuiter nec nisi ex confessione laudat. Acritus instant alij commiseratione moti illius casus & malam fortunam deplorant. Quid igitur improbus aut callidus excogitari possit, quam fingere amicitiam, frangere existimationem, laude te in eo quod omnes uituperatione dignum putant? Misereri illius qui gloria opus habet? Sed tamen apud ignavum uulgas quandoque leuis uituperatio non nocet, & leuis laus iuuat; ob id grauiter accusare apud plebeos necesse est. Sed sunt qui superpresso nomine conuictis maximis amulos aut inimicos agitant. Namque nominatum carpere quenquam, & iniurijs lacescere, solis con-

solis concedatur Grammaticis: in cæteris enim non solum rusticum est, & contentione plenum, sed & periculosum. Illud uix uitari potest, quod adeò frequens est, quamvis multis modis exprimi soleat:

οὐαῖον δὲ ἔπειδα τὸ πός, τοῖον δὲ ἐπιτηρούσις.
(i.e. Quale dixeris uerbum, tale audies.)

uelut apud Comicū, Contumeliam si dices audies. Erasmus ad uersus sycophantam nomen suppressit, reliqua omnia quæ ad maledictum pertinebant est prosecutus. Quinetiam aperte contumeliae leges resistunt. Nominatim fertur unus tantum Archilochus proscidisse Lycambem, ut ad uoluntariā necem compulerit: sed nos consilia hominum non miracula narramus. Hic tamen poeta quanto maiore industria sacerum accusauit, eo imprudentius omnia suæ uitæ probra posteritati mandauit, quæ nunc omnibus notissima sunt, cū potuerint esse si per eum licuisset ignota. Nec enim decet, quod & alias diximus, scipsum uituperare: imo nec incommoda sua aperire, nisi cum ea uirtus peratio seu malorum historia aliquid habet ad institutum & exemplum, uelut apud Paulum υἱὸν τελευτῆρος, οὐ τάχας ὑπὸ βαλλόντως, εἰ φυλέκαιος τελευτῆρος, εἰ θαύμοις πολλάχις. οὐ τὸν στίχον τελευταράκοντα παρὰ μίαν ἐλαθόντι, τρὶς ἐγγράφειον. (i.e. In laboribus plurimis, in carcerebus abundantius, in plagiis supra modum, in mortibus frequenter, à Iudeis quinque quadragesas una minus accepi, ter uirgis cæsus, semel lapidatus sum, ter naufragium feci.) aut cum ad gloriam, quod prudentia euaseris: ut apud Homerum Vlysses, cum infortunia sua Alcinoo narrat. uel uita tandem suspicionis causa, ut apud Virgilium Aeneæ se purgantis apud Didonem à prodictionis criminè longa historia. Praeter hæc non pauca etiam sunt necessaria huic sapienti, ut ad apicem perueniat. Primum quidem ut in omnibus sentire cum uulgo uideatur. Vnde etiam uafer ille Aristoteles dixit, loquendū esse ut plures consueuerunt, sed credendum ut pauci, philosophos innuens. Hac ratione Homerus passim animi immorta-

lita-

Etatem umbrasq; decantat, ut ibi,

*φυχὴ δὲ τὸν περὶ θάνατον πραγμάτην αὐτὸς οὐ μάθει.
οὐ πότεν γένεσθαι, λίτανες ἀποφέτει τοι καὶ οἶων.*

(i. Anima autem ex membris anulans ad inferos descendit suum futurum lugens,
suum florem et etatem miserans.)

Vnde etiam mirum est aliquos somniasse, primum fuisse Pherecidem, qui animos dixerit immortales, cum ab quo cōdito semper hēc opinio uel sola hac ratiōe quodd populis placeret, ubique inualuerit. Similiter & conari diuinationem quandam ostendere non à sorte sed prudentia ipsa originem habentem pulchra, quo in genere post factum gloriat Cícero praeuidisse bella ciuitia, quanquam Cæsarem & ipse euexerit. Sed intelligebat uir acutus, hoc commentum ut apud sapientes ridiculum, sic apud populum magnam sapientiae opinionem præbere. Illud Homeri diuinius & præstigijs quasi simile: cum personā inducat aucto-
re euentum prædicentem, & post se qua potest cautione exten-
dat, si quid est quod & euenit, sic describit,

*Νῦν δὲ οὐκέτι, βίης φόβοσιν αἰνέσθαι
καὶ ταῦδες ταῦδες τοῖκα μετόποις γένονται.*

(i. Et nunc Achæas his Troianis imperabit. Et nati naborum et qui nescierunt
ab illis.)

Est & aliud genus dissimulationis quasi huic contrarium, cum
quæ maxime scimus, nescire nos præferimus, alia profitemur.
Inde occasione data excellentiam eruditionis inexpectatae ostē-
dimus. Sic illos cogimus de nobis sentire maiora quam uolu-
mus: stupore enim qui technam non intelligunt repentinō dis-
cuntur, & modestiam etiam nostram laudant. Quid ne ego ex-
plicare omnes modos conabor? aut huic nequitiae tantum for-
mitem præbere? Sed tamen non possum rerum ipsarum capita
negligere, & quanto res ipsa est inutilior, tanto magis præstat
ostendere illorum amentiam, qui adeo his fraudibus infudant,
ut non solum alios quod propositum erat ab initio, sed etiam
seipso sua impostura seducant, persuadeantq; se scire quod
y nun-

nunquam didicerint. O profanum hominum genus, atq; om̄i
nī stulticia plenum. Sed nō uacat nunc quod docere uolumus,
& si uitium sit reprehendere, rem ipsam potius prosequamur.
Cum ergo aduersus plures contendere cogeris, diuide illos, se-
re lites, causas quare in alijs: spem præbe, in suspicionem duci-
to quod etiam aduersus Hanibalem cum apud Antiochū esset
profuit. Quomodo enim aduersus plures foliciter pugnabis,
cum id uulgatuna Catulli uerum sit:

— Noli pugnare duobus.

tum illud Græcum:

μηδέ πάραλις πρὸς δύο. (i. Ne Hercules quidem contra duos.)

at uero quomodo singulos in sententiam tuam trahas uiden-
dum. neq; enim facile est, cum plura sint hominum ingenia:
alia enim prudentia gubernantur, alia parent ambitioni, au-
ritate, cupiditati, timori, uerecundiae: alia impotentia & debilita-
tis. Quæ igitur prudentia gubernantur rationibus conuincitur:
Ambitiosa blanditijs seduces: auaros pecunia corrumpit: cupidos spe impletas: meticulosos terroribus impelle: uere-
cundos exemplis incita. Utq; unus uiri exemplo utar, Cæsar
in occupanda republiça omnia hæc amplexus est. Nam exerci-
tum oratione deticit, multitudo enim ut consentiens est non
nisi rationi cedit, quod ratio pluribus propter ingeniorum di-
uersitatem persuadere possit. Vnde illa Lucani inclyta ad mili-
tes exhortatio. Sed tamen & tunc ad singulos confirmandos
pro morum qualitate magnam adhibuit diligentiam. Antoniū
spe impleuit: Curionem pecunia corrupit, Cassium impulit ter-
rore, quo etiam Ciceronem continuerat, Pompeium blanditijs
sefellerat, Milites in acie quotiens exēplo suo incitauit dubitan-
te, sicut retinuit fugientes. Extremum est, cum uis adhibenda
est in implacabiles hostes, quod & in Catone exercuit. Neq;
enim aut rogare, aut corrūpere, aut terrere, uel allucere unquā
aut hominem persuadere tetauit, sed summa uis in uoluntariā il-
lumi necem adegit. Horum autem modorum fortior omnibus
est uis, inde terror, post pecunia, inde oratio. Nam blanditiæ,
spes,

spes, & exemplum raro magnam uim habent. Ambitiosi enim inconstantes omnes sunt: exemplum non mouet nisi cum uicirae uel disciplinae coniungitur: spes metum a latere semper habet, ob id quatuor illa sunt præstatiiora. Vnde etiam ad proditio-nem ab alijs nemo nisi duobus modis impellitur, metu scilicet & pecunia. In tanto enim periculo nullum trium prædictorum sufficere potest. At nulla oratio docere tamenquam queat prodeni dum dominum; uis aduersus regnum non est: igitur auaritia & terror dux tantum erunt causæ ad proditionem fradendam. Etenim de auaritia non est ut exemplum adducam: uerum terrore inducti electus, Commodum milites, Diadumenū aulici, Aurelianum imperatores occiderunt. Sed inter omnes mira Aureliani cædes, qui cum crudelis esset, minisq; Mnestheum quendam a secretis tabellarium terruerat: ille omnes quos Aurelius occidere destinauerat, atq; cum his plures longe alios omnes nobilissimos, sed huius periculi inexpertes, ac seipsum in tabulam retulit: quam omnibus qui in ea scriptum nomen habebant ostendit, rati filii non frustra Aurelianum quenquam morti destinare; quod & uerum erat: timore compulsi in unum coniurarunt, & periculo periculum pellere tentantes imperatorem occiderunt. Sed iam ad rem unde digressi sumus reuerta-mur. Illi maxime polsent in republica, qui alios consilio impel-lunt adiuta sua: illi inter artifices, quorum auspicio decernitur de rerum summa. Atq; hi omnes nouerunt alios in studia sur-tierere, qui ex his persuadendi aut cogendi modis opportuni-ores eligere sciunt: tales aut temporib. morib. maxime conueniunt. Ergo felicissimus quis in republica non solum princeps, cuius mores ætatis moribus consentiunt: & nunc quod & olim non solum mores, sed & habitus et ornatus corporis spectari so-lent, compitiq; tanquam prudentes in precio sunt. Et mirares etiam in artificum electione cultus desideratur, sed tamen C. Cæsar qui rerum potitus est, & male cingebatur, & togam tra-bebat, cumq; caluus esset, male audiebat a militibus. Sed tamē

apud Homerum quod Græcorum mores cum nostris magis
consentiantur, Nausicaa puella Ulyssem admiratur uestibus orna-
tum, quem ante neglexerat dicens,

Ἐργάσθεν μὲν γαρ τὸν αἰτιλίος διναὶ τένουι,

Νῦν δὲ θεοῖσι τοῖσικα, τοὶ διόπερ οὐεύν τοχοῖσι.

(i. Ante nibi hic uir tenuis uisus est, Nunc autem dijs similis est, qui latum ca-
lum habitant.)

est & in proverbio, *ματαίνει*, id est uestes uir. Sed & Quinti-
lianuſ grauiſ autor dixit de rhetore loquens: Et cultus conces-
sus a te magnificus addit hominibus. Vitia autem humana fa-
pientia præditus, uix unquam uitare potest. Quod uero in his
optimum est, famam non negligere. Adeo enim apud potentio-
res homines prauitatis opinio inualuit, adeo erudituſ uitiorum
ac flagitorum opinione apud magistratus laborant, ut nihil
in his nisi pudorem requirant. Nam cum publice mala haec per
petrauerint; exemplo suo rempub. non parum offendunt. ex
quo potentioribus inuidia conflatur illorum leuitate. Sed ta-
men falluntur & in his quod uitia sint sapientum: nam non ho-
rum sunt, sed eorum qui fingunt se sapientes. Etenim neq; So-
cates, neq; Aristoteles, nec Diogenes uel Crantor, non Anthi-
stenes, non Cato, non Phocion, non Aristides, non Hippocra-
tes, non Galenus, non Democritus, non Euclides, non Ptolomæus,
& si qui alij uere fuerunt sapientes, uitij ac sordibus coinqua-
ti erant. Sed unus Aristophanes, Naso, Catullus, Terentius,
Chrysippus, Cæſar, Xenophon, & quicunq; sapientia humana
floruere, idem & labi scelerum dehonestabantur: quanquam
occulte quantuſ possentilla perpetrarent. Est etiam illud conſu-
derandum, quonam pacto & in quibus artibus multitudine uniu-
erſus possit opprimere, in his certe ubi iudicium ſolum habent arti-
bus, atq; in his uulgis, nullum habet autoritatem, uelut Archi-
ectura, Medicina, Militarisq; disciplina. Nam de his cerdoni-
bus & fabris ac rusticis nullum permittitur iudicium. Multi igi-
tur cum in unum conſpirauerint, ſi cedit loco deiectus est, ſi re-
ſtitit

fuit, nectamen uincit unus plures : cumq; etiam uicetis si res
 male cedat, euentus in illum retorquetur. Et quamuis doctissi-
 mus sit quicunq; pluribus repugnat, uulgi iudicio insanire ui-
 detur. Sed si ars ipsa conſpirationem non admittat, uelut pictu-
 ra, plastica, musica, fabrili, tum fullonum, induſtriorum, ciui-
 florumq; artes, in quibus unicuiq; extra artem iudicium reli-
 ctum est; affiduitas, pro sapientia subiecta. Hæc adeo ob am-
 bitionem graſa potentibus est, ut in manifestissimo etiam eru-
 ditionis & excellentiæ artificum discriminé deteriorem tamen
 preferant meliori. Ergo diligentia plurimum ualet, non solum
 apud reges, sed ciues ipſos, & ea pro excellentia opificis habet.
 Extremum tandem est, ut ostendam quonam modo sine scien-
 tia se ſcire poſſint ostendere, idq; duobus modis fieri ſolet : pri-
 mum ut generalia quædam dicta memoria teneant, eaq; uicissi-
 tim ac alternando ut maxime proposito conueniunt recitent:
 altero ut uerbis ambiguis utantur, uelut in medicorum interro-
 gatione, cū non ſat teneant memorię quid propinauerint egro,
 quaſi non ſuccurrente rei nomine interrogant, an rem illam ac-
 ceperit; illi existimantes recte interrogare, quamuis rē ipsam
 non exprimat, respondent accepiffe quidem, ſed non purgaffe,
 aut amarum fuſſe: tamen ſic in memoriam reuocat medicinā
 propinaffe. Ecce quām leui ſolertia magno ſuo stupori impu-
 dentiōq; negligentia ſuccurrit: & tamen hac sapientia hominū
 uitam tractant, requiruntq; mores & cultum ægri ab eo, qui
 quod dederit nec mente retinet. Quonam pacto dies ac tempo-
 ra & genus & cauſas & ſymptomata morbi ille nouerit, qui
 nec recordatur heſterno die quid iuſſerit dari? Cum uero an pe-
 riturus ſit æger interrogant aſtantes, respondet callidus: mor-
 bum quidem nō uacare periculo, multaq; adducit uerisimilia.
 Si tamen ſuccedenti die critico (ſic enim uocant iudicij dies) ali
 quid effluxerit ſanitatem polliceri, à cuius ſpe non multum ab-
 eſſe niſi nouum aliquod ſymptoma ſuperueniat. Atq; in dies
 producendo prædictionem, modo unum modo alterum cau-
 y 3 fando

sando; eo peruenient, ubi tiel salus uel pernities adeò manifesta est, ut puerulum nec latere possit; tunc cōmemorant, quęcunque in eam partem prædixerint obliteratis reliquis, eaq; tam bella prædictione tanquam cauti ac prudentes, nec leues plus sibi gloriae uendicant quasi uniuerso Galeno euoluto quicquam clare protuleris. In uno enim inter plures cum manifeste aberrare contigerit, ceterorum prædictio uanitati hominis euentus fortunæ ascribitur: ergo tam modica sapientiæ humanæ portio, tot uigilijs, tot laboribus, tot experimentis apud omnes præfertur. Et quamvis hic quasi ludendo hæc scribam, experimento tamē intelliges, nos ueriora dicere his quæ apud Sagrā contigerūt. Est & Socratica illa disputatio, cum quæ non nouerunt adducant in medium, constanter negant uera esse, ac disputant: dūc persuadere niteris, doces quæ nesciunt. Nec tamen ulla tibi ex hoc ab illis gratia debetur cum contradicant: id mihi frequenter evenit cum amico quodam, rogabat quid sentirem de re, ea expossa affirmabat id esse non posse, me acrius instantे, ille vehementius resistebat. Ego à primo congressu intellecta amici urbanitate: reclamantem nec confidentem descrebam, nec in quo animo tuli eam rem: non solū quod amicus esset, sed quod quæ didicerat nunquam, tanquam sua uenditare uoluit. Quod uitium in pluribus est, tum maxime in Ioanne Colla, is homo vulgaris, sed studio Mathematicarū egregius, Italianum circuibat cum omnibus claris uiris congredivis: multa paissim quasi ea nosset proponebat: quibus solutis utebatur, autoris suppresso nomine, tantumq; profecit in nostra urbe ut optimus existimatetur. Atq; ego cum quæ proponeret illum scire existimarem, æmulationis studio multa inueni, quæ nunquam antea cognita fuerunt. Sicq; uir hic causam præbuit sua hac sapientia, ut Geometriæ & Arithmeticæ opera inchoarem, quæ demum foeliciter successu superaucta æterna manere poterint. Obscurum enim non est, Arithmeticæ secundæ æditioni nihil pro rei magnitudine adiici posse. Sed sat fore homini, qui tot tantasq; numeroru et quanti-

& quantitatum vires quae illic scriptæ sunt, uel ex his plane co-
sequuntur intelligere poterit. laudamus nostra non magnorū
solum exemplo uirorum, sed ueritate suffragante. Itaq; his atq;
alijs etiā argumentis humana sapientia constat: qua opes &
autoritas seu in republica seu inter artifices conflantur. Sed ta-
men reliqua quæ ad hoc genus pertinent iam nunc explicanda
sunt. Nihil enim quod ad rem pertineat præterire decreui, tum
maxime, quod hīc modus optima quęc hominum iudicio am-
pleteatur & uulgatissimus est. Propria igitur uox ut etiam dixi
mus in necessarijs artibus si sapienter proferatur, multū iuuat,
tum maxime si quasi ē latere adueniat. Nam & animalia ipsa
facilius impetu à latere facto euentuntur. Gloriantur se deten-
tos publicis negoциjs quidam, alijs conqueruntur in opportuno
tempore emisse prædia uel ædificare coepisse, ut ex hoc homi-
nes lucrum intelligent, ac ex illo rursus coniçiant homines exi-
stimationem: factant alijs magis aperte potentum hominum
congressus, ardua negotia. Sed tamen omnia pro audientium
qualitate proponenda sunt: cum non desint qui in suis negotijs
totum uellent occupari hominem, nec putant ambitionem ar-
tificis quicquam ad se pertinere: quinimo summa quęc min-
mis etiam coequant. Itud certe obseruandum, in quo plurimi pec-
tant, ne coneris quicquam: omnis enim conatus ab autore tan-
tum detrahit fidei, quantum est quod orationis uia adiçere se pu-
cat, cum firmitatem orationis ipsi præsentes labefactent. Eadē
ratio circa ritus ac mores nihil damnare, suspensum esse, tum
admirari optimum est, si modo non extra aleam fuerit: namq;
ridiculus siet, si de Deo aut etiā de religiōe dubitare se ostēdat:
liceat ergo in his tantum suspensam habere mentem, quæ in cō-
trouerfla hominum uersantur. Simulare autem cultum deorsū
iam diximus, profanum quandoquidem etiam uere colenti ni-
hil perit: sed tamen omnes sapientes etiam si id non credant
uulgo plaudunt. Persuasum enim est, omnem legem deos habe-
re suos, qui coli se uelint. Vnde recte Euripides singit Venerem

Hip

Hippolito indignatam de illo conqueri ac dicere:

ινστὶ χαρὰ διὰ τοῦτο γένεται πόλις

προμάχεινοι χαρίσουν αἰθρία πόλιν.

(i.e. Id etiam deorum generi inest, honorari ab hominibus gaudent.)

Quod & Virgilius sic imitatur,

— Et quisquam numen Iunonis adoret

Præterea aut supplex aris imponat odorem.

Sit ut libet: nam & ædo: inueniuntur. Sat est hominum genus
cum diis coniunctum esse, intellectu ordinis similitudine, ac
tiam ut meliores existimati animorum immortalitate. Par est
igitur, ne ingratii uideantur illos colere, & si Epicureus Luco-
tius dicat:

Primus in orbe deos fecit timor.

multa in auribus audientium conceduntur, cum populus a deo
religione gaudeat, ut etiam faueat superstitutioni. Quam rem cœ-
lam Philippus Macedonie rex, optime intelligeret: milites om-
nes contra Phocenses pugnatores lauro coronauit: quod illi
uidētes cum Delphis oraculum spoliaffsent immemores se post
hoc latrocinium, tamen superasle Boeotios: superstitione modi
ante pugnam regi terga dederunt, incruentamq; cœsi uictoria
. illi tradidere: que omnium postmodum ei felicitatum causa
fuit. Sapientū uero ac potentiorum alia ratio: plus enim habet
in fronte quam in recessu: alijs enim laborant philosophiae mor-
bo, alijs superstitionis, alijs nec hoc nec illud credunt, iocundum
tamē est ac risu dignum, cum summos foeneratores Chrysosto-
mo & Augustino(nec pudet Hieronymo) operā dare cernis.
Pauci ut uideo sanæ mentis sunt, quamobrem ex hominibus
polypi sunt, ut uideantur sapientes. Sed hęc fermē in te omnia
sunt. Videndum est etiam quonam pacto ex alijs gloriam au-
peris. nancj si cognitores causarum & aduocatos cernas, ma-
gnam secum turbam clientum per urbem ducunt quotidie, &
quamvis illorum negotia perfecerint, suspensos tamen ac incer-
tos, ne discedant dissimulato fine rei, fame, siti, gestu, labore, cu-
ris,

ris, languidos per totam urbem ac etiam miseros trahunt. Suc cedit huic arti alia certior: cum multos tibi adiunxeris illorum qui arti eidem sed diuerso modo inseruunt, uelut rhetoribus iu reconsultisq; adiucati, cognitores, tabelliones: Medicis pig mentarij, chirurgi, tonsores: Architectis fabri lignarij, ferrarij, ædificatores: Ducibus tribuni militum, centuriones, signiferi, antesignani: Antistitibus sacerdotes gregarij, & qui cucullam gerunt, tum ex plebe hi qui religionem profitentur. Apud nos ob multitudinem non est inuenire nomina: Iudeis erant Esse ni, Pharisæi, Saducae. Verum hoc genus hominum omnibus confert, quod ob pietatem cōmune sit. Quantum uero apud mortales religionis opinio ualeat, ostēdit Iacobus Bussularius qui Ticiniū annis quatuor in sua potestate retinuit. & Ioannes Vicentinus qui Bononiae per annum præfuit: interq; ui extera tantum pulsus. Sed & Hieronymo Sauonarole parum defuit, quin eadem ratione Florentiam occuparet. Igitur opinio religionis apud populum rex est, & Romani quanquam diuer sa ratione sacerorum regem habebant. Ergo in omnibus his commem se, liberalem, mansuetumq; exhibere optimum: sed longe melius agunt colludentes cum eis, quod in triremibus factari non occulte solet, medico tonsorem & pharmacopolam du cente. Et nobiles ipsi Veneti cum suffragijs res decernatur, alio rum nobilium, sed pauperum auxilio euchristur. Late patet hic ambitus huius negotij, neq; enim omnia singulis scribo, sed omnibus arte opus est ut ars intelligatur. Nulli nisi generoso uiro unquam magnitudinem periculi ostēde ad quod te suisore impellitur: quod sciri non uis, nulli dixeris. At si beneficij erga te collati magnitudinem ille intelligat, tu prius uerbis illū doce, non ignorare te quantum ei debeas. Multa prætereo ad rei apicem festinans, sed tamen reuerti post modum necesse est. Diximus enim, iactantiam plerumq; inutiliem fore, quibusq; in causis probanda esset, at loquacitati ne modus ullus imponetur: equidem ut video, aliquot in casibus ea etiā utilis erit. Tum pri

mo, cum corā ineruditis cum doctissimo sermo inciderit. nam uerborum multitudine ut in cibo uenenum, plerūq; sic in eis ueritas sepelitur. Tum qui tecum contendit, obstupescit tantū nugarum audiens, adeoq; ab ipsa re proposita diffitarum. nec in tam absurdā oratione facile succurrīt, à quo nam exordium contradicendi ineat: quare sui oblitus & hærens, ab inðctis, qui nugaciōi palmam semper tribuunt, haud dubie uictus existimatur. Confert & loquacitas sermonem habenti cum his, qui sensu non integro sunt: uelut cum mulierib; puerisq;, si non admodum ambitione laborant; hoc enim genus & nugis, & ineptijs plurimum gaudet. Quod & Ouidius ibi sensit in amatorijs de Calypstone loquens & Ulyssē, cum dixit;

Hæc Troiæ casus iterumq;: iterumq; rogabat,

Ille referre aliter s̄aþe solebat idem.

qua ratione Virgilii eam longā Troiæ narrationem Aeneæ tribuit cum Didone loquenti, sed nos de amatorijs rebus saepius ac copiose alijs diximus. Licet & ociosis ad relaxandum animūm, præcipueq; in aula dum pernoctant cubicularijs, atq; inde exorta cōsuetudo scommatum ac cauillandi, tum laceſſen di quemq; optimum ac fragi uirum falis dicterijs. Scommati- bus igitur hic locus est, cum irridere uolumus absentes, præſentes non nisi cum incessere, sed hoc ut dixi non solum inurbanū sed & periculosum. Apud principes tamen fertur & iuuat, seu in scurræ personam te ipsum effinxeris, seu omnino surgentem quasi ē easu deprimere uelis, seu principis natura qua his gaudeat ad hoc prouoceris. At in scriptis lepidissimus est insectandi modus, tum præcipue ludens & multum salis habens, quale illud Ioannis Bocatij: Obenigna atq; pia mulierum Bononien- sium ingenia, & ad nullas amantium preces surda: quibus laudibus, quibus ego uos preconijs efferam? en uides quomodo foeminas omnes infensa urbis Florentinus ille absq; conuictio mœchas appelleat. Simili ratione alibi dum quendam proditum ab amico refert subiugit; Seruauitq; illi Venetā fidē, quod qui fecela-

se fellerat ex ea patria esset. In quo genere dicendi palmam Flō
ratius inter omnes tulit, Vnde Persius :

Omne uaser uitiū sidenti Flaccus amico.

Tangit, & admissus circum præcordia ludit.

Callidus excusso populum suspendere naso.

Sed & apud Græcos Aristophanes satis lepide perstringit ini-
micos, quod Græca comoeda satyricum quid redoleat, quod
& animaduertit Quintilianus. Itaque poetarum lectio tum præ-
cipue Comœdorū & Satyricorum humanæ sapientiae aptissi-
ma, quod et Terentius ita expressit, ut in laudem eius multa car-
mina scripta sint. Ego Plautum quamvis ab Horatio uitupere-
tur, hac in parte Terentio præpono. Sed his ut satyrici præstāt,
sic illis historici: atque ex his omnibus quæ minus probantur an-
naliū scilicet secretæ narrationes. Sed nulla in parte ut ple-
rū accidit, quam in hac pauperior est historia, quod sit uniu-
erſissima: magna enim scribunt quæ magis delectare solent. uer-
rū minima in usum uenient, & utiliora longe sunt. Petrus Ben-
bus epistolas quasdam Leonis Pontificis scripsit latine, quæ ue-
stigium aliquid cointinent. Sed quid epistolæ cum historia? Liceret
aliquid ex Liuī locis aliquot colligere. Sed uere adhuc hoc scri-
bendi genus intactum est, ex Siculo Diodoro, ex Demosthe-
nis orationibus aliqua surripere licet cōfracta atque tenuia. nec
tamē ulla te huius capiat admiratio. Primum secreta colloquia
paucis admodum cognita sunt, & neque tunc absq; periculo in-
publicum ab ipsis autoribus, nec post absq; errore edi possunt:
cum ex his etiam qui talium sunt particeps, uix unus inter mul-
tos scribere illa aperius sit. Et quanquam Turcarū princeps ma-
iorum suorum gesta hac tam insigni diligentia conscripta, ut
etiam pleraque alia memoratu digna, eadē cura imuenta habere,
& legere etiam maxima cum utilitate credat. Hoc tamen genus
quod est preciosissimum apud mortales, est etiam rarissimum.
nec nos ulla maiore in difficultate uersari sumus, quam ut haec
paucā quæ hoc continentur libro ad hominum utilitatem colli-

geremus. Enim uero, si quis recte animaduertat, ut difficillima est haec ratio, sic utilissima ac iucundissima est: cum quibus modis deludantur homines, quibusque modis has præstigias uitare possint edocentur. Est modo dicendum à nobis in leuioribus causis, quoniam pacto res exigua in magnā ueniat autoritatē: & cum tamen illud magis ad librorum compositionem pertinet, seu quia prætermissum, seu quod ad conuersationem etiā confert, nunc est explicandum. Cum enim leuis res tractanda est, in speciem magnae rei euadit, si singula eius capita diligenter tamque principalia seorsum excusseris interpretando, contradicendo, soluendo ea quae difficultatem facere in proposito uidentur. At contra magna res extenuari solet, cum indutus tractatur, tum uero exemplis ac uerbis ipsis mitioribus: ut em̄ acriora res grauant, sic lenia eleuare possunt. Ea arte quidam minima eruditio se ostentant. Alij rara renū nomina explicantur & obsoleta iam: quod genus quanquam in Salustio admittatur, solis tamen paedagogis consuetum est. Rerum multi plex scientia laudabilis semper fuit: augere ad ostentationem humanae sapientiae opus. Vtque unum ex his qui tales fuerunt plane exponam, Thessalus ille Galenicus mihi unus uidetur, qui artem medicinæ in sex mensibus docere se posse factabat, qui ad eam artem euectus, nescio an inuidia an indignatione Galenum potius prouocauerit. Sed tamen melius fuerat Gale no si eum oderat, nullam in scriptis rationē eius habere. Nam & nunc quod aliquis fuerit & talis, cui maledicere dignum Galenus existimauerit, pro confessō illius laboribus habetur. Est etiam cum in collegijs omnibus, in administracione reipub. inter etiam illos qui cucullam ferunt, & denique ubi plurimum nomine res tractantur, & tamen paucorum arbitrio omnia sunt. Etenim noui respub. quasdam, quas Di Boni quot ceremonias gubernant, uix octo aut decem hominum uolumati subiacere in his, quos in succiliuis temporum partibus, quas uacationes appellare solent, ne ordines negligi uideantur, eligunt qui personam

sonam agant non potentes, sed si etiam prudenter nunquam audaces. Hi pauci donec inter se non discordes fuerint, nec nisi mortis causa alios novos induixerint manent. Sed cum inter se dissident, soluitur dominatus ille & oligarchia, quam rem cum Franciscus Gadius non intelligeret, quamvis acutus, premeretq; socios, ac urgeret, odio & indignatioe depulsus, ac in carcere coniectus est. Nemo enim est tam patiens, qui non sibi malit bene esse quam alteri. Illud etiam animaduertendum, in quo & ille peccauit, tyrannidem quae contra leges est, sine armis non posse unquam esse diuturnam. Vel ergo cum pluribus ineunda est, uel lege fauete, ut Dominicani, qui umim patiuntur domini perpetuo; aut fulcienda est ipsa dominatio armis. Quod si his neglectis modis alium tentaueris, absq; dubio male peribis: quinimo optima conditio in repub. si cum inuidia sit, & non habeat participes, perniciofa tandem necessario est. Quae res ut Dionem fecellit, sic Timoleon in ea seruatus est: Nam Timoleon administratione etiam citra inuidiam se abdicauit: Dion cum affinem Dionysium expulisset, in ea perseverauit, donec ipse una cum uxore pregnante nec traditus est: nec immo merito, cum amicum & affinem frigidis Platonis argumentis ingratus est regno depulerit. Nemo enim amicum est potentia de turbare debet, sed reddere meliorem: quod si ille tyrannidem exerceat, nec admonitionib. pareat, nec affinis, nec amici, nec benemerentis est hoc opus, sed ultionem his in quos peruerterit iniuria derelinquat. Hanc rationem Sylla securus est. intelligebat enim dominationem praeter leges non posse aut cum pluribus esse communem, aut perpetuam, at tyrannidem populo Romano inducere impium existimauit: quamobrem C. Cæsar melior exitit. Quin etiam illud consideratione dignum, nihil amplius Syllam uoluisse quam libertatem populi Romani, quae in paucorum gubernatione tum maxime senatus diuturna tantum esse poterat. Adepto summo gradu, consistendū est in illo summa ope, aut ut diximus sponte discedendū. Nam

deiecto difficillimus semper redditus fuit: cum etiam in eadē tibus plerūq; exilia, proscriptio[n]es bonorum, & mortes succedant. Illud sanè nemo effugit, quin cum infamia & ignominia decideret. Ergo tria sunt præcipue obseruanda. Primum quidem, ut non statuat secum præterita opera, ac iam exanclatos labores sibi ad retinendam gloriam sufficere. Pingu[is] solet & recte Occasio, fœmina, alata, occipitio calua, sphærule insidens, quod nequeat apud aliquem diu manere: & si modo maneat, histrionum more secum ludit sphærule rotans. Et ideo moliri semper noui aliquid oportet, & nunq; fidere præteritis. Sene scunt humana omnia, nec longo tempore autoritas, potentia, memoria uirtutis, & super omnia gratia ipsa cellerrime: quam obrem cuncta perpetuis laboribus & assida industria repa-randa. Ergo in amicos continue beneficia, in populum noua, nec præteritis similia uirtutis exempla edes. Nouis legibus, nouis apparatibus, nouis artib; quod iam partum fuit erit etiā retinendum, seu id sit uiolenta tyrannis, qualis Dionysij & Phalaridis aut Cæsaris; seu voluntaria, ut Pyrrustrati & Periclis & Cosmè Senis ac Laurentij Medices: seu mixta & studio partiū conflata, ut Sylla & Pompeij & Genua ducum Fulgosiorum Adorniorūq;: seu quædā summa apud omnes bonitatis opinio: ut Aristidis & Catonis. Siue inter artifices eminētia: nam qui ueterib; gloriæ ornamentiis institerūt, aut cōfisi sunt, omnes ex illa deciderunt. Qui autem mortalium rerum naturam contemplari, alijs atq; alijs inuentionibus reparauere gloriam, firmiter in illa usq; ad uitæ exitū manserunt. Et em ut morbi tempora quatuor sunt, sic & gradus in homine. Primus humanitatis ad conciliandos hominum animos, amicitiamq; ac benignitatis nomen comparandum. Secundus liberalitatis splendorisq; ad occulte occupandā inter omnes coæquales dignitatem ac au-toritatem. Tertius audacia & crudelitatis ad tyrannicam in-eundum potestatem. Quartus iustitiae ac prudentiae ad regiū nomen obtinendum. Cumq; pauci admodum sint qui in una-

par-

parte clari extiterint : paucissimi qui opportune pro tempore tantam morum uarietatem subire nouerint . Ideo etiam sit , ut pauci ad dignitates descendere , paucissimi uero summū gradū occupare possent . Si tamen aliqui id potuerint , omnes hanc uiam inierunt . cum quidam extremam mutationem , quę omnium difficillima est , ferre nō possent , in ipso tyrannidis uestigio non sine maxima etiam difficultate ac misere permanescant , quorum numerum non est explicare . At qui usq; ad regū nomen euasere , fuerunt Iulius Cæsar & Octavius ac Franciscus Sforzia ; primi horum omnium ac reliquorum qui tam ingentem felicitatem consecuti sunt . Si uitam uestigiaq; inse-
ciere , uidebis ex initio humanitatem , post splendorem ac magnificientiam , inde uim ac crudelitatem , dolos , impietatem , ultimo iusticiam cum prudentia & summa maiestate exercuisse . Non est quod in artificibus ob obscuritatem in hoc exemplo utar : omnia enim in his , minora & minus clara : quia etiā finis longe minor est , quanto inclitus artifex à rege distat . Verum illud ne totiens repetam memorię semper inhæreat , benefactorum tempus diuturnum esse debere : Impietatis breue , maiestatis perpetuum humanitatis cum occasio dederit , at iustitia maiestatem cum populi beneficio retinet : quamobrem nulla uirtus adeo regna tuetur ut illa . Alterum quod qui summum iam apicem pro uoto adeptus est , obseruare debet , ne quenquam laedit nisi necessario : nam tunc non solum raro sed longe minore cum odio id efficiet . Quod si laedendo unum alterum iuues : reliqua autem sint paria : omittit officium ut ab iniuria absineas : nam iniurię memoria (ut iam diximus) longe uiuacior ac diuturnior est beneficij recordatione . Causa huius est , quod ira ac iracundia , fortiores animi sint affectus , iustitia ac gratia . Omnes etiam his affectibus mortales ferme laborant , non omnes uirtutibus : itaq; parem , ut plures ab iniuria prouocentur , quam beneficio obligentur , tum etiam fortius . Videtur etiam beneficium magis à natura profisciendi , iniuria contra naturae inclinat .

clinationē. Fortius igitur injuria mouet homines ad uindictam, quām beneficium ad retributionem. Contraria fermē ratione si in repub. rēs agatur, difficilius erigimus quām prohibemus; nam qui erigit, uni tantum benefacit, paucisq; eius amicis, qui autem prohibet, uideat omnibus conserre, paucis tantū obesse, quōd in rebus dubijs ac incertis, quilibet aliquid spei collocat. Ergo ad prohibendum plures longe inuenies fautores, quām si aliquē coneris euehere. Alios igitur euehere inuidiosum magis, quām oppugnare; sed tamen oppugnare maius odium irritat, quām erigere. Igitur ad solidam potentiam euehere, ac dissimulanter conuenit, ad auram captandā popularem oppugnare. Qui ergo propter se alios oppugnat, ubi uictor euaserit, autoritatem ac potentiam nō solum acquirit magistratu auctus, sed alios oppugnando etiā apud multos gratiam. Nec ulla in re C. Cæsar ideo pertinacior, nam C. Rabirium perduellionis, Q. Catullum de refectione Capitolij accusauit, & pontificatus aduersus duos potētissimos uiros obtinuit. Tertiū quōd quisq; ut fastigium dignitatis ascenderit obseruare debet, ex insidijs ducitur: nam cum uī amplius locus non est, cumq; res ipsa duobio non caret, omnis spes in insidijs collocari solet: alios enim opprimere uel sperare ab alijs oppressos licet, eum qui iam super omnes emineat non licet: quamobrem ad insidiās omnis ratio omneq; consilium uertitur. Memineris autem eius, quod iam in regum administratione diximus, ut beneficia per te, por næ per alios inferātur: Tum ut dissimulatione utaris. nanci a mici dissimulatione patientiæ promptius ineunt officia, iram timētes; inimici contra dissimulata indignatione, sine negocio opprimuntur. Porro præter tyrannos qui rem publicam occuparunt insignes fuere humana sapientia Crassus, Alcibiades, Cicerio, Messala, Demosthenes, Agrippa, Meccenas, alijsq; certe absq; numero, & nunc plures huius sapientiæ studiosos facile inuenias quām sapientes. Calluit eam nō parum Erasmus, nō solum in uita, sed etiam in gloria sibi paranda, uixit enim in ma-

magna mortalium admiratione, & rem suam non leuiter au-
xit. Nempe & qui humanæ incumbunt sapientia, gloriæ magis
sunt audi quām compotes, regibus ipsis exceptis: nam hos nō
unus historiæ sūra infert. Quamobrem multi nephanda ob hoc
& inaudita adorti sunt, ut tyrannos alij trucidarēt, alij ut emo-
lirentur magnifica opera, alij ut uiolentos exitus haberent, au-
derentq; supra uires inter ceteros. Cū Pausanias de iniuria ab
Attalo accepta esset sollicitus, Hermocrates sophista dixit, non
alia uia facilius posse gloriam parari, quām si gloria inclytus
rex occideretur. eoq; dicto incitatum illum patrem Alexandri occidisse. Quod etiam consilium Hieronymo Olgiato Co-
lam pædagogum dedit ferunt: unde ille Galeazium Sfortiæ
obtruncauerit, iam accepta uitiatæ sororis iniuria. Sic Her-
stratus Diana Ephesiae templum combussit, ut posterioribus
seculis tam nephando celebraretur scelere. Alij manus ob hoc
solū sibi intulerunt, uelut Portia Catonis filia, Aria Pætius uxoris,
P. Carienus Philotimus, Cleates tum Chrysippus, & Calanus
Indus, Cleomenesq; Lacedæmoniorum rex, Monyma quoq;
Milesia Mithridatis uxor, aliaq; cum illius sororibus. Sic O-
thryades Spartanus, sic Anchurus Mydae regis filius, & qui se
deuouerunt Bruti, & pro finibus Phœnici Carthaginenses fra-
tres: & T. Iubelius Campanus, & Meles Atheniensis puer. Nō
est multitudo horum recensenda: alij patientia hanc atcupati
sunt gloriam, ut Scæuola & Pompeius: alij fortitudine, ut Atti-
lius Romanus, & Atheniensis Cynegyrus: alij solicita nimis ac
quasi stolida cura, ut Decius iurisconsultus, qui propriam uitæ
scripsit: alij uindicta, alij crudelitate, alij incredibilibus discipli-
nae experimentis. Hinc aliud iubet filium uictorem securi per-
cuti: aliud oculo excæcari. Mira nimis sunt prodigiosæ cupidi-
tatis gloriæ exempla, paupertatis, potentiaz, iræ, gulæ, libidi-
nis. omnia sine discrimine proferuntur, modo spes propagan-
di nominis non desit. Sic Nero etiam inclytis modis eternum si-
bi nomen parare molitus est, occidit matrem, uxores duas, fra-

A. trem,

trem, magistrum, cremauit urbē, saltauit, cantauit, omnia cædibus polluit, transformauit puerum, iniijt inguina deligatorū, consiciebaturq; à Doryphoro. tanta est hæc sitis inanis gloriæ quam non dissimulauit; urbem enim ac menses etiam nomine suo tentauerat defœdere. Sed iam ad institutam rationem reuertamur, ab initio enim illud propositum erat, ut ostenderemus, quibus nam modis humana sapientia potiremur: tum quonam pacto ex illa opes pararemus. Ergo ut à uirtute ac fide diuina, à disciplina et studio, naturalis, sic ab exercitatiōe et rhetoribus ac poetis humana sapientia habetur. palma autem horum Plutarcho dabitur, qui tot excellentium virorum acta in unum contulit, artem, consilium, fortunam, successusq; edocet. Ut nihil ad Græcam calliditatem, nihil ad Romanam audaciam delit, Plinium habes, etiam Cœciliūm ac Dionē, tum Euripidem, Sophoclē, Satyricos iam diximus & Comicos, Horatius ubiq; singularis vir meo iudicio est, Homerum & Virgilium altiora sapientes nō tam utiles existimo. Jurisconsulti omnes in hoc uersantur genere, præcipue Plato: nec tamē Aristo telem in hac causa negligo. Nam Plato callidissimus omnium est, non tamen utilissimus, nisi illi qui aliud sub cortice, aliud credat esse in superficie. Lutianus noster totus in hoc genere est, Plutarchi Moralia sanctiora sunt ac diuiniora, quam ut in hoc genere reponantur. Ad summum illud uidetur sapientia humanae ab alijs generibus discriminem, quod nec cum periculo male agit, nec cum uirtute bene: sed mala quidem sub pietatis & iustitiae umbra, bona uero in avaritiam & ambitionem semper agit ac dirigit. Etenim cum siccarij & manifesti fures legibus sint obnoxij: Iniusti iudices, facinorosi magistratus, perfidi causarū patroni, medici infidi, tutores rapaces, moechi, spoliatores, falsi seplasiarij, artificesq;, in quo illis sunt meliores: nisi quod poena non subiaceat: nam tuto peccatur cum lex nulla prohibet, uel quæ prohibet iam est antiquata, uel deest testis. Sic iudices cum à litigantibus pecuniā extorserint, securius causa

causa diu protracta , alteri temporis commodo, alteri tandem exitu satisfaciunt. cumq; utruncq; expilauerint, uterq; tamen illis gratias habet . neq; enim parum uidetur his temporibus alii quando potuisse iure uincere, Causidici cum aduersa parte pa ciscuntur. Morbos producunt medici pharmaca, ut sic dicam, qui miscent pro preciosis adulterina, uitata exesacq; supponunt: quicquid non impenderint, pro lucro illis praesenti est. Tutores pupillorum res spoliant, atq; ut uno uerbo dicam , admittitur sapienter apud hos , quicquid periculo & infamia uacat, cum ta men sint, qui nec uereantur infamiam. Quid mirum est igitur praesenti exitio? Asclepiadem tamen uoluisse penitus lectos, ui na, balneaq; agris impendere, cum non illorum saluti, sed propriae ambitioni haec nouanda excogitasset. Vbi enim summum artis apicem apud homines obtinueris, quam facile sit ditari nuc intelliges. Eupompus Apellis magister non nisi talento docebat discipulos, sed sunt qui uerius legant , in annos singulos au reos sexcentos, continet talentum, cum absolute profertur: aut igitur aureos quinquaginta pro mercede annua intellige, uel pro singulis discipulis sexcentos . At Raphael Cumanus referit audiuisse a Baldo, dum titulu legis, De vulgari & pupillari substitutione, auspicare tur. In hac sola materia pro consulendo au reos quindecies mille habuisse , scilicet auri taleta uigintiqua z. Maius tamen est Thadegi Florentini Medici exemplu , qui non nisi quinquaginta aureis in singulos dies extra urbem du cebatur. Cumq; ab Honorio quarto pontifice uocatus esset, no prius exiuit, quam de mercede diuorum argenteorum talentorum, id est, aureorum centum in singulos dies pactus esset . In de sanato Pontifice, aureos decies mille dono accepit. Ergo ad diuitias comparandas nulla sapientia humanae comparari pos test: quandoquidem Galenus cum sua subtili dissectione , cum tot pulsuum differentijs, cum tanta librorum multitidine nunquam ad tantam gloriam accessit ; nunquam tot diuitias adeo breui comparavit, quantas barbarus uir, & cuius nunc non di

gnamur scripta uel uidere, nedum legere, hac sapientia meruit. Recte quidem dixi meruit, nam ut naturalis sapientiae premissum est, corporis incolumentas & animi tranquillitas, sic humanae operes ac gloria. Nec tamen in usillissimo quocunq; genere artis, ac exercitationis summam laudem queras, sed uel in nobilissima, uel saltem mediocri. Imo omnis ars cum ad ultimam ascenderit perfectionis opinionem, hoc praestare potest. Nam & tonsor ab Augusto ob artis excellentiam ditatus est. Nec præmio uacauit, qui sine circino circulum exacte describebat. & nunc Principes nostri adeò delitijs gaudent, ut illos dignos magnis præmis ducant, qui mappas in plicas elegantes sciant flectere, aut corollas fabricare curiosius. Ergo nisi prorsus inutile sit, id in quo excellueris, præmium ingens te manet. Nam neq; male mihi uidetur, nec contra hanc rationem, quod ille collineanti cere, nec aberrati scopo modiū ciceris dono dederit. Quorum enim tantum studij collocauerat, ubi nulla utilitas, nulla delectatio esset?

Succedit humanæ sapientiae altera ditandi spes ex foenore, sed foenuis impediunt leges, infamiasq; subsequitur. Sed quid si uis infamia nummis: à legibus cauendum est, eludenda lex in primis. Cambia sic uocant mortua, sicca, fictaç; consurgunt, hypothecæ, uenditiones uianæ, mutua. In his omnibus quanti pluris ascribitur, usuraç; cum forte cōputatur: miroç; ac præstigioso modo detrahitur ex forte antequam nata sit: aliamq; ex alia uelut in muribus Persicis progignunt. Nec unquam feceratorum aut potentia, aut autoritas minima uel mediocris fuit, seu apud Romanos, seu Græcos, seu nostros uelis. Sed nobis res ipsa manet mutato nomine: alij enim mercatores, numularij alij dicuntur. Praestabat forsitan ut multa alia non mutasse in lege antiqua, permittereç; potius, ut besse semisseç; ac triente pro casuum uarietate mutarentur, quam tam enormibus usiris miserorum ciuium profligare patrimonia. Hæc tamen ratio ditandi adeò summa est, ut non ulla regno propinquior

quior; nam plures Principes avos aut patres habuerunt foene-
ratores. Diuitiae enim ut modum excesserint, potestam regno
simillimam efficiunt. Inanes autem sunt omnes artes, si ad fo-
nus pro comparandis diuitiis conferantur: nam talenta qua-
draginta, in annis quadraginta sunt quadraginta milia talen-
ta. nec usura in anno quintam partem sortis aequaliter, que nostro
tempore portio minima foeneratorum est. Quamobrem diuis-
tes ut opulentiores euadant, cōpendiosam hanc ineūt rationē.

Alijs aucupium orborum arridebat, nunc rara quidē auiſ,
nam horum loco pietatis praetextu sacerdotes subintrarunt:
& tamen nostris temporibus non defunt, qui alieno patrimo-
nio turgeant: alijs quidem simplex uoluntas arrisi: alijs cum
adopzione coniuncta. Sed antiquo tempore nihil frequentius,
nam Seneca & Cæcilius, Plinius, & Cicero etiam aduersus Sa-
lustium non parum de hoc gloriatur: atq; hic egregius Stoicus
si Budeo credendum est, hac nobili inuentione, decem ac septē
uillarum dominus factus est. Inde lusus ille frequens Lutiani,
sed ridiculus in Plutone ac Therphione, tum in Zenophante
ac Callidemide. nec illa res tam frequenter arguitur & Satyri-
cis, uel irridetur & Comicis. Sed tamen ut pleraq; alia optime
cedit, non res est uulgaris aucupari, sed magna sapientiae ma-
iorisq; studij, quam unus mihi Horatius satis bene pinxisse ui-
detur, dum dixit:

Sic cui præterea ualidus male filius in re
Praclara sublatuſ aletur: ne manifestum
Coelibis obsequiuim nudet te: leniter in ſpecim
Arrepe officiosus, ut & ſcribare ſecundus
Heres. & ſi quis caſus puerum egerit Horco.
In uacuum uenias, perraro haec alea fallit.
Qui teſtamentum tradet tibi, cunq; legendum
Abnuere, & tabulas & te remouere memento.
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima ſecundo
Cæra uelit uerſu ſolus, multisue cohæres

Veloci percurre oculo, plerunq; recocitus

Scriba, ex quinq; uiro corum deludet hiantem.

Sic mihi uidetur obsequium & citra suspicionē sufficere, dum modo recte pes ipse figatur, non sit uiolentum, non captiosum, non fictum, non cum iactantia, non inane. Si careat affinibus, tuncius collocatur tantus labor, multum riuuat conuictus si patiaris. Eadem est ratio, sed facilior caprandonū amicorum. Verum quia de his qui alienis seruitunt dicendum est, simul huic rei quae illi affinis est, tum extremo dītāndi modo satisfaciemus.

Qui sub principum potestate degunt, mores illorū aemula ri consueuere. Sunt autem mores occidentalium principum de litis affluentes. Et si Carolus Philopomenem exhibet, sed adeo corrupta hominū ingenia, corruptaq; leges regnandi, ut potius sua tueatur, quā quodd aliena possit intradere. Itaq; qui sub rege est, & cum rege & cum aulicis debet conuenire, facile est autem cum aulicis conuenire ei, qui cum principe moribus nō dissidet, cum omnes regem aemulentur: est enim uita regis ut Isocrates dicebat, populo exemplaris, quo magis ergo aulicis. Illud satis ab omnibus confessum est, non solum perspectum ea studia uigere in ciuitate, quibus princeps ipse delectatur. Verū Illud aperte noris, nunquam palam principi contradicendum, quod ad existimationem ledendā illius faciat. Nec aperte adulandum uolenti autoritatem suam retinere: mīnorū enim ac scurrarū est; uerum quasi ex transuerso rela uibrare solēt. Offensiones autem in principe sic deuitabis, ut existimes nunquam inultas esse si directe & consulto factæ sint. Igitur etiam qui natura cum principe non conuenit, antequam offensionē incurrat, optimum est ab illo prius dislungi. iræ enim regum maximæ sunt, & implacabiles. Mīmina autem offensio est, quæ proditione caret, nec commodi alterius, sed proprij causa atq; ita obscura, ut penè lateat: sic Cosmas dux Carolum nō offendit, arce alia exadūcata, cum arcem primam Caesar haberet, quod propter populi timorem exstructa uideretur; cumq; con gessisset.

gessisset in illa populi arma, 'populū exarmauit, & tamē aduersus externā uim si ingrueret, parata uidebat. Sic populus dupli
carce, & principis ac Hispanorū metu cōtinebatur. Principi
populus p̄f̄dio erat aduersus externam hostilem potentiam,
nec tamen aliquid contra Cæsarem molitus est, imo carior illi
habitus, quod absq; iniuria tutum se reddidisset. Tollerandum
igitur est a principe, quicquid sine iniuria illius in propriam u-
tilitatem conuertitur. sed hæc principum principibus seruēn-
tium; at priuatis nūbil tutum omnino, nisi quod cum manifesta
principis sit uolūtate. Cumq; uiuendi formę quatuor sint; alijs
enīm bene dicunt, beneq; faciunt; alijs cum bene dicant male fa-
ciunt; rursus alijs cum male dicant bene faciunt; extremi & ma-
le dicunt & male agunt, quorum odiosa est non solum aulicis
& principib; sed omnib; uita. Eorum autem qui bene dicūt
male autem faciunt, uita communis est, & numerus inuinitus.
Dissimulatores enīm cum sint, populū & amicos sic decipiunt.
Qui autem bene dicunt beneq; faciunt, simplices ac uere boni
habentur; sed adeò mores hominum corrupti sunt, ut nec his
apud principes summa sit autoritas; maxima ergo illorū, nam
hūcūq; suspensum te habui, qui alios uituperando ipsi recte &
agunt & consulunt. Duo enīm cum sint autoritatis principia,
male dicere de alijs, & recte agere. multis quidem primum con-
cessum est, paucis hoc extreμū, Arripiūt homines quodcunq;
possunt, tum maxime quod eam emulationem frequenter prin-
cipes amore illorum erga se interpretantur. Scommata etiā
& cauillationes delectant curis distentos, & laboribus fastidi-
tos. Ergo male dicendi studium moderatum, nec quasi uolun-
tarium esse uideatur, nec lepore caret: qui hæc tria seruauerit
ex uituperatione aliorum, etiam si illi principi gratissimi sint, il-
lius nunquam offendam incurret. Sed tamen ingrati suspicionē
caueat, id fieri, si a proprijs benefactorib. abstinuerit. Licet enī
de illis tantum his dicere, qui scurras agunt. At uero in mutua
aulicorū consuetudine sermo blandus, ac ad personas accom-
moda-

modatus serì debet : cum mulierib. de ornatu & pulchritudine: cum diuitiis de agris ac negotijs urbanis: cum magistratibus de administratione , cum tribunis militum de fortitudine: res tamē amatoriaz nostris temporibus ubiq̄ placent , ob regum ipsorum delitias ac mollitiem . Fortes em̄ plures sunt aduersus pericula quam luxuriam . ob id imitandus est aulæ mos , qui pro principis moribus semper estimandus est. Et nunc quantum diligentiam in uerborum lenocinijs posuerunt, ut illorum epistolas facile intelligas, plus habere fuci quam pulchritudinis. Heu miseram conditionem temporū , in quibus expectamus, immo expostulamus uerba compta, animum rudem , lenocinia sermonis, & sententias inanes, spem magnam , euentus infelices, grandia uerba & timidos homines, leporem in dicendo , a trocitatem in agendo . Sed iam extra uallum redeundum quo digressi sumus. Autoritas ipsa in his qui ab alijs reguntur arbitrio rectoris est, ideoq; omni diligentia conandum, ut illius consequaris benevolentiam. at si te ob artem a lat. summum studii exhibēdum, ut in ea præcius uidearis, alios uero contemnas, unde plurimi leniter suos riuales salutant, quasi eos paruifacies, hocq; maioris utilitatis est, quam si uel ex toto contemnant publiceq; maledicant. Nullum enim inuenies ex his , qui alijs seruiunt potenter humilem, sed ut dici solet :

Maxima queq; domus, seruis est plena superbis.

Sunt & qui ob hanc gloriam opera sua uenalia non habeant, sed donare malint quod Regibus ipsis nullo precio digne posse persoluti insinuent, uelut Zeufis qui Pana Archelao regi donauit. Alcmenam autem in tabula Agrigentinis, & Cicerio ut mihi uidetur ea causa nulli, ut refert Plutarchus, operâ suam mercenariam locauit : uerum hæc ut apud principes gloriâ sèpius arguunt artificis, sic apud plebem pleruncq; inutilia, nisi in exercitationis initijs ad auctiupandam gratiam , ut medicorum plebicij & cognitorum aliqui facere solent. At qui secretis intersunt consilijs , gratissimi quicunq; maximas ac dolos apud tyranos

ratos docere norunt: unde pulchrum certamen uisum est inter Ofonium Tigillinum, & Fenium Rufum. hic enim minister voluptatum apud luxuriosissimum Neronem: ille ueneficiorum apud eundem tyrannum: uicit autem gratia Tigillinus perdiditq; Fenium. Vnde nihil apud eos ualidius, quam scelerum gratia, cum multos in uoluptatibus ministros habere posse sperent: ergo caedium, uectigalium, proscriptionum, ueneni autores sunt. apud reges uero potentiaz & gloriae opusq; augendarum. Tribus enim causis tyranni cades & sacrilegia, quae reges non admittunt coguntur exercere. Primo quoniam non fundata dominatione, prius damnant quam leges condiderint. quod & si post leges damnauerint, recenti adhuc promulgatione in gratiam facta tyrannidis uidetur. Quis enim, si uideat in Italia ob inobedientiam palo hominem affigi, non dicat esse tyrannicum? apud Turcas non est, quia diu lex illa uim habet, quam & olim, ut Euripides in Iphigenia in Tauris scribit, Barbari circa Pontum & ipsi obseruabant. Altera causa est, quod tyrannus cum in regno nouus sit, non habet obsequem populum: unde atrocioribus edictis & poenis illum cogitur sub imperio retinere. Quamobrem eos qui primo tempus blicam occupant, sollicitos circa initia esse oportet, donec extinctis his, quibus libertatis memoria adeo iuctuosa est, successores in seruitute nutriti, nihil audeant nouum, nec querant mortali. Vnde non parum ad Romanorum seruitutem contulit, tam longa Augusti uita, quod & Cornelius Tacitus animaduertit, cum nulli a morte Augusti superessent, qui si uel a deo aliquo libertatem essent consecuti, amplecti sciuisserent eam. Vnde cum mortuo Caligula per Chæream forma quedam reipublicæ inducta foret, nec mensem potuit attingere. In parua autem repub. nil prohibet, de nouo tanquam in parua mole instaurari, uelut post Tarquinij exilium: sed in uasta, ubi nec unus uel duopolulum regere possunt, omnino libertas post primam generationem hominum renouari nequit. Tertia causa est quod in

B. regno

regno auctoritas; non solum in principe, sed in magistratibus est: quoniam qui magistratus gerunt, iam diu ad eam dignitatem apud habentur, seu lege, seu administrationis dignitate, seu nobilitate illus qui eo fungitur. In tyrannide omnia noua cū sint, cogitur omnia tyrannus aut facere, uel uideri facere. Sunt tamen & in regno tyrannici reges, ut Ptolemaeus Euergetes, & in tyrannide regnū tyranni, ut Pystratus & Pericles, ambo Athenienses. Quibus igitur sub tyrannis immanibus esse conatur, nihil magis profuit simulata stultitia, uelut Bruto, qui cū uideret affines omnes & Tarquinio occisos, stultitiae simulatio nō, non solum tyranni uim effugit, sed illum etiam ē regno decepuit. Ergo simulata stultitia, duplicata est sapientia. neq; eminens aliquid in humana sapientia est, stultitiae recta simulatio nō. Vnde etiam Homerus suum Vlyssem, cum sapientissimum ubiq; prædicasset, stultitiam coram procis, & Philostratus dū bryces ageret simulasse narrat: unde ille in Palamede, Odysseus. οὐεὶ ἵθηγε μάστιχας τολμέας θοῖτο, καὶ πρὸς αἴροντας εἴη δοῦλον ἢ πτερύγιον βυζαντίου λέπρην, πελαγεῖδης τὸ εὐτὸν εἰλέγει τῷ τελεμαχῷ, φίσιν γύκα τίνει (i.e. Vlysses autem in Ithaca insanum singebat, & had cratrum bouem a quo iungebat. Palamedesq; ipsum conuincebat per Thalemachū q; sanus esset.) quod & apud Ouidium Ajax illi obiicit dicens:

Vltima qui coepit, detrectauitq; furore
Militiam ficto: donec solertiōr isto,
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, uitataq; traxit ad arma.

Sed quid opus est fictione? uideamus quid egerit Solon ipse uir sapientissimus, cum Athenienses amissa Salamine insula decreverint ob male gestas res cum Thebanis edidissent, ne quis de rebus quorando cum Thebanis bello uerbum faceret, sub capitib; pœna, Solon auertere tam stultam legem stultitia aggressus est. Nam insanum se singēs in publicum pdit, carmina decantans, quibus illos ad insulam recuperandam, instaurandumq; cum Thebanis bellum accendebat; atq; ita magno consensu populi;

lex

lex pernicioſa ſublata eſt, & iſula recuperata. Simili quoq; ar-
gumento, uerum non tam foelicet, Meſon abſtinuit à bello Sicil-
io exitiali, cum iam ante conatus eſſet illud ciuibus ſuis diſſim-
dere. peritus enim aſtronum, ingruentem dicitur præuidiſſe ca-
lamitatem. Etcum illos in ſententia pertinaces ducum ambiti-
one intellexiſſet, ut furori fidem faceret, face domum ſuam ac-
eendit. Itaq; à Principibus ciuitatis pro iuſano habitus, uacan-
tonem habuit. Nos dum hæc ſcriberemus, Constantium Maxi-
eum ciuem noſtrum accuſatum, quod liberius in potentiōres
debaſcharetur, furore ſimulato pœnā omnem, tum periculum
euafieſſe uidiimus. Quis hunc ſapiētem eſſe hac in cauſa neget?
Sed forſan etiam prudētius tantæ ſapientiae experimentū non
quaſiſſet, cum intelligat in non libera ciuitate non minuſ perि-
culum eſſe in uerbis, quam ſceleribus: in libera etiam eos iure
damnari, qui innocentes deferant, nec ullibi tutum eſſe, res ſu-
pra proprias uires aggredi. Eandem, ut uideo, rationem fecu-
tuſ eſt Nicias ille Egionensis. Is, cum unuſ eſſet ē ciuitatis prin-
cipibus, fruſtraq; coſuliuſſet ſuis Siculis, ut in fide cum Roma-
niſ perſtare uellent. Vbi illos ad Annibalem iam deficere pro-
ſpexit, amentia diſſimulata effugit extra urbem, & cum ſuis
quos monuerat, ad Romanorum caſtra ſeruatus ab utroq; per-
ſiculo eſt, Carthaginēſium, contra quos ciues ſuauerat, & Ro-
manorum à quibus ciuitas erat abalienata. Maiora ſunt quam
credi poſſint ſimulatae ftultitiae præmia, cum ipſas historias re-
uoluio: nam Eunus Synus ſeruis ſimulato furore, inde ſub reli-
gionis quadam ſpecie, ſeruile bellum peregit: in quo plusquam
millia quadraginta ſeruorum, in Sicilia aduersus Romanos
armauit, & quamuis à coſulibus uictus fuerit, glorioſus tamē
eſt ſic uictum fuifſe, quam in foeda ſeruitute manente, nihil au-
ſum fuifſe ſimiſi dolo, quod hīc ut mihi uideatur, ſolus ſit in expu-
gnabilis, in eadem prouincia Gallos avaritia, crudelitate, luxu-
riaq; cuncta foedantes, Ioannes Prochitius ftultitiam ſimulās,
& per urbes circumuagans, canna aſtribus appoſita admone-
bat

bat conscientes, ut ad horam constitutam suos hospites Gallos cederent: itaq; una hora octo milia Gallorum cæsa sunt, atq; prouincia tota liberata. Sed illud nunc mihi succurrat, cum nihil sine causa, ut refert Aristoteles, cur Galli nunquam diu prouinciam retinere potuerint, non Hispaniam, non Italiam, non Siciliam, non Asiam, & tamen has omnes inuaserit: facile hoc est intelligere. fortissima gens erat. ad retinendū potius sapientia, quam robore opus est, ut optime dicebat Sophocles :

ε γέρ οι πλεταῖ
Οὐδὲ δέρναται φάπε εσφυλέσατο,
Λλ' οι φονῆτες εῦ, ηρατῶσι πενταγεῦ
μέγας δὲ πλευραὶ τες ὑπόσμικρᾶς θμῶς
μαίστηρες, ἐρήθησεν εὖδον πορνηταῖ.

(i. Non uasti neq; uiri lati bumeris fortissimi, Sed bene sentientes ubiq; dominantur. Bos autē magnis lateribus perno flagello, ut reclus nū ambulet impellitur.) At uero fortissimae gentes natura, nō disciplina, eo sunt imprudentiores, quo fuerint audacieores. Quin etiam in hominibus ita esse censem Homerus, Aiacem Telamonium ut fortissimum facit, sic prudentem minus. Et in eodem homine cum leuit ira, cum crevit animi furor, cōsilium abest. Itaq; Gallos impotentes nullus populus ferre potest: quod uero in illis erat fortitudinis; contraria disciplina amiserunt, ut nunc sola ferocia remanerit, cum licuerit prioribus regibus, ut erant delitijs intēti, forces reddere ac moderatos. Quare non nisi deductis colonijs, quod ui si solū opus sit, ciuitates & regiones continere potuerunt. At nunc nec illud bene cederet. nā cum coloniae maxima cum inuidia finitimorū deducantur, fortissimis uiris indigent. Ea etiam causa, quamuis uidear extra propositum digredi, nul lē respublcae regnum obtinere potuerunt inter illos, imo inter nullos barbaros: sed in sola Græcia atq; Italia, quod prudenterissimae fuerint. Harum regionū gentes respublicę claruere, quanquam & Carthago olim regnauerit. Sedet hi procul à barbarie uidebantur, cum illorum solum inter barbaros Aristote

les meminerit, de cōsideratione eorum repub. quinetiam commertio Græ corum, qui in Sicilia habitabant utebantur. Ergo cum Persar, Medi, Assyrij, Aegyptij, Pānonij, Afri, Galli reges habuerint, republicas quæ dominarentur non tulerint, longe facilorem & minoris sapientiae gubernationem regiam, quam populi uel paucorum esse necesse est: quod & Tacitus refert, dicens communem fuisse, uigente imperio Romano populi uocem, opere omnia deuoluī ad unum, quod in republica frequētissime inconuenientia acciderent; ergo dominationem Augusti cum temporibus Syllæ, Pompei, Cynnae confert. At uero quæ propinquior regiae potestati, tranquillior est: ob id Venetorū Oligarchia facilior ad tractandum fuit, quam Romanorum popularis status: quanquam quod in Romanorum republica firmā erat, id totum etiam ex Oligarchia pendebat senatu magnam obtinente autoritatem. Sed quod ad tranquillitatem deerat, in robore supplebatur: nam popularis status Venetorum Oligarchia fortiorē reddebat ciuitatem. Quamobrem Veneti nec populo qui paucis seruit: nec bellī duce, quem in terrestri prælio ex suis nō eligunt, ad res gerendas uti possunt. Imbecillius ergo longe equalit regnum Venetorum quam Romanorum, eōq; magis, quod Romani sua religione ad bellī commoda utiliterant: non sic Veneti cum sanctissimam colant. Intrinsecus igitur longe melior Veneta, foris splendidior Romana; sed tandem Romana longe tutior. Quæ si situm inexpugnabile qualis Venetis contigit habuisset, profecto etiam nunc maneret: ueruntamen situs confidentia plus Venetis obfuit quam fuuerit. Atq; ea causa Lycurgus muro Spartam carere in posterū perpetuo uoluit, nam & Sparta à populo regebatur: eligebātur q̄ trecenti, quorum sua esset potestas: horum erat supremus quidam magistratus, & qui illum administrabant Ephori uocabantur: numerus illorum quinq; . hi regiae potestatē opponabantur: quod Lycurgus reges creauerit, hi aliquando duo erat quandoq; unus, Ferebantur autem illorum reges ab Hercule

genus ducere. Itaq; uim regiam Lacedæmoniorum Veneti in suo duce imitantur, cum ducem, non ducem, nec principem habent, sed subditum legibus, & qui non solum per se nihil decertare possit, sed neq; cum paucis: atq; inter multos licet autoritate superemineat, suffragio tamen illis par est. Etsq; adeo his milis potentia ducum istorum, ut unum aliquando ex his capite ob regni affectati suspicionem multauerint: quod & in suis regibus Lacedæmonij prius aliquando fecere. nam & Agis publico Ephorum mandato strangulatus est in carcere. At vero multitudinis dominationem et trecentorum electionem imitabantur Athenienses. Sed horum numerus apud quos summa esset potestas quingentorum erat. inde etiam ab illis Socrates damnatus est. Aderat & Athenis senatus ille inclitus Areopagitarum, sed non ut Ephoris certius numerus: ergo haec duæ ciuitates tanquam duo Græcæ oculi, totam regionem immo gentem omnem illustrabant: sic duæ in Italia Romana Venetæq;. Sed Romana Laconice proximior, Veneta Atheniensi: non solum bonarum literarum cultu & moribus mansuetioribus, sed & situ & peritia rei militaris. Nam ut Venetiæ inter aquas, sic Athenæ iuxta littus maris in colle humili sitæ erant. At Romanis et Laconibus mediterranea regio, mores agrestes, pugnæ genus quale militibus conuenit equestre pedestreq;: utraeq; autem cum uiribus summis se inuicem premerent, Sparta Athenas devicit, & in seruitutem traduxit tempore triginta tyrannorum etiam demolitis muris. Athenæ Spartam nunquam occupaverunt, seu quod plus ualeat exercitus quam classis, & milites quam epiphate: seu quod robur & audacia in bello plus orationibus & prudentia possint. Illud etenim & in Romanis cum Carthaginensibus uisum est: nam Romani audacia & robore cum iniuste pedestri equestrisq; abundauerunt, Carthaginenses astutia & dolis tum classe præualebant. Imperium uero Atheniensium latius patuit, sed non adeo ualidas urbes continebat, namq; Lacedæmonij Thebis aliquando potiti sunt. Erant etiam studia

ciuitatis

tioratum harum dissimilia , cum Athenienses dominari posse uelle dicerent : Lacedæmonij libertatem Græciæ titulos preferebant: re autem ipsa regnabant . Quamobrem sub ini-
tio Lacedæmonijs semper magnus applausus : succedente tem-
pore maiore cum iniuria totius Græciæ regnabant : tanquam
dolo & fraude amicos, non hostes opprimerent . Inde factum
est ut Platonis aetate quodam miro Græciæ consensu finito Pe-
lponensi bello, & clade Sicula iam senescente , tum Tyrannis
sublati, Athenienses Græciæ principes , cuius tamen non exi-
gium partem possiderent, ab omnibus haberentur, præterquit
& Lacedæmonijs . Inde si ad diurnitatem species , prius Lace-
dæmon condita est quam Athenæ, seriusq; in servitutem acta
& Philopoemene, cum iam annis mille quingentis triginta qua-
tuor in perpetua libertate nec nō longa dominatione stetisset,
celerius a Xerse diruta Athenæ cum tardius essent ædificatae, si
quidem a Cecrope annis centum & sexaginta sex post conditâ
Spartam a Phoronij filio Sparto, semper autem reparatæ, cum
indignum Romanis usum esset, Spartam non esse tanquam
armulam Romæ aut Athenas nutricem tot florentissimorunt
ingeniorum . Erant enim Lacedæmoniorum mores ac discipli-
na militaris adolescentis reipublicæ Romanæ simillimi . Sparta
nulli ut diximus iam muri, Romæ tales qui potius ad ornatum
quam ad munimen esse uiderentur . Neq; enim unquam uel il-
lis consili hostem repulerunt, uel si exercitu carerent externo
expectare uoluere . Quintiam amnis Tyberis ut Romam di-
videbat, sic Eurotas Spartæ circunfundebatur . Sed tamen tam
ingentium, tam nobilium urbium Græciæ nulla nunc uestigia
supersunt : Turcarum rege in speciem desolati cuiusdam pagi
illas uertente, ut nec nomen supersit . Sethine enim arx est in
Athenarum colle, et Misistratus ubi Sparta. ergo sapiëtes qui
futura prospexerunt, hoc est quod ait Sophocles:

προτοί αὐτὸν ἀνθεώποις ἐφύ-
κεδος λαγεῖν ἄμενον, νῦν νέφεστον.

Non

(i. Non possunt homines prouidentia ex mente sapiente melius lucris capere.)
 poterant primo dominari orbi si concordes fuissent, malueret
 parere Romanis. poterant & in pace splendidam tueri liberta-
 tem: uoluerunt potius in Turcarum feruitute intestinis odij
 labi, & excelsas suas urbes dirutas uideke: amoena uiridaria &
 sylvas odoratas in barbarorum manus tradere, filios e finu pa-
 rentum abstrahi sinere. nam non ea tantum occupat loca Oto
 manus, sed sua uirtute bellica & nostra perfidia obtinet Panno-
 niam utramque, Sarmatiæque partem Australiorem, Macedo-
 niæ, Epirum, Achaiam, Peloponesum, Eubœam, Thraciæ,
 Iazigum, Metanaste, Daciæ partem, Myssam utrancque totam,
 Getas, Tauricam Chersonesum: hæc in Europa. At in Asia
 Pontum, Bithiniam, Asiamque minorem, Lyciam, Galatiam,
 Pamphyliam, Cappadociam, Armeniam minorem, Syriam,
 Palestinam, Arabiamque petrosam, & Mesopotamiam, Assyriæ
 & Babyloniam partem opimam: quin etiam foelix Arabia eius
 imperio obsequitur, aut tributum pender: habet & Africæ me-
 liorem partem, Aegyptum scilicet minus Alexandri imperio,
 hoc est quod Parthiam non contineat, nec Indiæ illa millia quin
 quies oppidorū: sed nec Alexander habuit Achaiam, Eubœam,
 Peloponesum, in qua Lacedæmonij habitabant, nec Iaziges,
 Metanastas uel Pannoniæ utrancque, uel ambas Myssas, aut Da-
 ciam: quarum ego robur longe Indis etiam totis ac Partis præ-
 tulerim. quos tamen omnes nō suo subegit imperio. Habet cer-
 te Romanis minus nunc Galliam, Hispanias, Italiam, Cretam,
 Cyprum, Britannos. Quid aliud in Europas: at in Aphrica Nu-
 midiam & Cyrenaicam, reliquaque, præter Aegyptum. Sed tā-
 men inter hæc multos reges amicos, multas ciuitates liberas,
 nec Myssam tamen, nec totas Pannonias, nec Getas subigere
 potuerunt, quas ille tamen possidet. Amplissimum igitur Ale-
 xandri, ualidissima Romanorum & Ottomani. Sed iam qui no-
 stram non artem intelligit, tanquam longius digressos increpa-
 bit, ad institutum igitur sermonē denuo reuertamur. Erat aut
 hic

hic, quod hominibus licet, ob ingens facinus dissimulare prudenteram. Quandoquidem non paucis fuerit glorioissimum & salutare simulasse stultitiam: quod etiam in sui laudem satis recte, aut finxisse aut narrasse video Ludouicū Romanū. Quandoquidem nec illum reprehendam, qui se stupidum simulet in negotijs, cum liceat etiam se mortuum fingere. nam & Boemundus ac Iacobus Picininus per castra hostium delati, loco fictae mortis ueram uitam pro præmio receperunt. Non existimes exquisita opus esse, stultitia ficta ad Tyranni metum eludendū. exquisita utimur ubi magnum facinus aggredi oportet. Sed iā ad alia hominis sapientis, sed non liberi, instituta transeamus: in quo illud diligenter obseruandum, ne mutuis assentationib. etiam si ueris, uicissim blandiamini: subolet enim fucus: & res minorem habet autoritatem, in quem errorē adeō imprudenter Budæus & Erasmus lapſi sunt, ut nauseam moueant. Privatum quandoq; non tam liceat, quam necesse est; sed tamen et ibi mutua esse non debet. Verum illis licuit quodd Grammatici nō Philosophi essent: quamobrem etiam ex turpi adulazione infurgia & turpiorum uenere contentionem. Est etiam illud cauendum, ne ad idem sermone reuertaris, sed ut in cæteris uarietates delectat: sic assiduitas ac repetitio fastidium non leue abundantibus affert. Est & in hoc genere apud nos uxorum consueto, quas cum multi instituere docuerint, nihil tamen egiū sunt consecuti. Maxima est hæc difficultas inter mortales, sine coniugijs uiuere uix possumus, at proferre genus nostrum difficillimum: ducenda ergo est uxor, quæ si perpetuo vinculo alligata se sciat, furit in incommodis, & audet in sceleribus. si pateat diuortium, filij negliguntur superinducta nouerca. Tantam in hoc genere difficultatem Plato uidens, quasi ludens consuluit, ut cōmunes essent uxores: atq; uir ille ubi maxime irridetur, summam ostendit sapientiam: quasi dixisset, ut cunq; egeris, tam multa sequuntur inconuenientia, ut errasse legislator iudicetur. Ergo ille recte reipublice consulat, qui etiā

C

coniu-

coniugum securitati & tranquillitatí optimas leges statuet. Verum cum nunc nobis ea facultas non sit, ut legem de hoc universis statuamus, potiora præcepta deligemus, in primisq; uxor sumenda, quæ honestos parentes habeat: non amoris ne formæ aut coniuetudinis uel opum causa petenda est. Solet autem dicī, malos parentes, bonos non progignere filios, quod & Euripides pulchre expressi dicens,

φῶν; φῦν, παλαιός αἵρος ὡς καλός ἔχει.

ἀκαίρη γένοι το χρυσούς οὐκ ικανά πατέρος.

(i. Heu heu quam pulchre habet hieius fabula. Non enim natus fuerit bonus ex malo patre.)

Atq; alibi, 'Εκφέρει το γαρ

μεγάλων ονείδην. Τότε καὶ σκοπεῖτε μοι

μνησθῆτε, ἐσθλῆς δυσαπέρεια μικρός λαζανός.

(i. Efferrant enim materna probra. hoc etiam considerate mihi proci, ut filii accipiamus ex bona matre.)

Honesti sunt parentes qui pudorem in foemineo sexu, & iustitiam in masculino colunt. At uero iam sumptam moribus his decet instituere, ut quemadmodum anima corpori summa benevolentia iuncta est, illudq; eius uoluntati paret: illa in omnibus eius commodis consulit, nil ibi durum, nil uiolentum, coactumque, omnia composita, iucunda, grataq; sint. Solet autem Venus testudini insidens pingi, quod testudo nec uagari nec uocem emittat; sic mulier cōtinens se domi ac minime loquax esse debet: ut autem illa haec faciat, exemplum & tu taciturnitatis exhibe, & ea illi præstes propter quæ uagari minime cupiat. Ipse uero omnia honeste, omnia moderate, omnia cum uirtute gerat. Qui enim uel uitijis abundabit, continentemq; uollet esse uxorem, aut ipse profusus & luxui indulgens, parcā il lam & moderatam: ei non erit absimilis, qui se hostibus dedat, iubeatq; uxorem cum illis ad mortem pro libertate pugnare. Illud uero ad concordiam plurimum conducit, ut uterq; mu tuo affinib; alterius utatur. Nam hoc est magna concordiae funda-

fundamentum. Ignitabitur autem & in hoc naturae quendam affectum, quo pater filiabus, mater autem filiis commutata se-
xus uicissitudine magis blandiuntur. Prohibeat malarum mu-
lierum congressus, ne illud postmodum dicat, (pelierunt.)

κακῶν γυναικῶν ἔσσθι μὲν πώλειον. (i. Malarū mulierū introitus me-
Intelligat autem sic uirtutem tuam, ut non solum amet, sed &
colat ac ueneretur. Quod si nō his etiam profeceris, quid aliud
tibi dicam, quam illud rursus eiusdem poetæ?

χρή δέ εἰ σύμμοισιν αὐτοφα τὸν σὸφον, φίλην
γυναικας χάπτην κατέχειν, οὐ μὲν φίλην.

(i. Oportet in cedibus nūrum sapientem alere uxorem probam & bonam, aut
non elere.)

namq; causam alias tam bene depinxit, ut nihil melius, cū dixit:

γάμου δ' οὐσίας μὲν εἴναι κακίσσοις έρωτῶν,
μελαίνων αἰσθένειν, οἷς δὲ μὴ πίπτεσθαι εἴναι,
τοῦ τούτοις εἰσὶ ταῦτα θύραζες μυστηχεῖς.

Quasi dicat, nuptiae si bene constitutæ finit, beatam efficiunt uni-
tam. Si male, & domi & foris reddunt infelices. quare post-
modū Chorus subiungit, cui se periculo exponat homo dicens,

Αἵ γυναικες ἐμπόδιον τοῦς συμφοραῖς.
Εφυγεν αὐτοφαν πρὸς τὸ μνημονίον.

(i. Semper uxores nūrorum calamitatibus incrementa attulerunt ad maiorem
calamitatem.)

Sed tamen Mediolani hæc præcepta confusa sunt, cum & in re-
liqua Italia mixta est infamia laudi, periculum lucro, inde om-
nia confusa. Verum quod in hoc genere optimum est, atq; ma-
ximum hoc tempore, est ut uxori diues ducatur, ut eam affini-
bus suis mulieribus cingere possis. Nam γυνὴ γυναικὶ ἴση, quod Mulier ma-
si hoc illa grauata fert, aut eas insectatur, iam nullis alijs indi- lieri uene-
ges argumentis, nullis propemodum testibus, ut illam pro im- num.
pudica habeas, ut in hoc quod tutius sit iā expresserim. Quod
melius autem illud existima in unoquoc; loco, quod plures ac
sapientiores faciunt: nam hoc est iudicium et regula sapientiae

humanæ, ut potius aliorum arbitrio uiuas, quam recta ratio-
ne. Sunt autem sapientes idem qui & potentes, & in hoc sapien-
tiæ genere, quod iam superius diximus, eoq; magis si potentia
non ex haereditarijs opibus originem habeat, sed ab eo par-
sit. igitur in generalibus rebus, hoc etiam sit generale præce-
ptum, ut potentiores imiteris. Sunt autem generalia, sermo, ue-
stitus, societas, coniugium, domus, ars. at in qualitatibus ho-
rum & fortunam tuam metieris, & tui coæquales æmulare. So-
cates igitur cum nudis ambularet pedibus perpetuo, sapiens
esse potuit: quod mores ab instituto non uacarent, esseq; phi-
losophus. Cato cum prætor id faceret, sapiens in hoc dici non
potuit: quod administratio reipub. ad sapientiam humanam
non ueram spectet. Perdidit ergo se suosq; & rempublicā. atq;
in hoc sapientior Cicero, quamuis ab affectibus animi uincere
tur. Ergo magistratus sapiens nunquam rejicit: nam si malus
sit ditabitur, si bonus, reipub. utilis erit. Atq; in hoc merito lau-
dabimus Catonem, quod Præturam metu Pompeij & Cæsaris
ambiret, inieritq; tribunatum, ne respub. à Metello uiro sedi-
tioso opprimeretur. Suasit & recte L. Domitio fororio, ut cō-
sulatum peteret, ne respub. ambos cōsules haberet. Tyrannos,
Pompeium & Crassum, qui duo concordes eum magistratum
petebant. Vtinam igitur tam sapientis fuisse in querendo, ut fue-
rat in eligendo optandoq;. Est etiam obseruandum, ut quæ ma-
gna sunt in te aut glorioſa in publicum ædas, manifestes: occul-
tes autem exilia atq; infirma. In quo genere multi aberrant.
nec perduelliones imitantur, qui armatam & robustam partē
semper inimico ostendunt: sunt autem inimici omnes in huma-
næ sapientiæ genere, nisi qui uere timent: uere autem timent fo-
lum hi, qui uel tuæ potestati plene subiecti sunt, uel qui sperant
procudubio à te consequi beneficium. Cum uero summa sapien-
tiæ humanæ ratio, quæ nec ad iustam reipub. administrationē
pertinet, in simulatione consistat, caendum est omni diligen-
tia ne fucus ipse deprehendatur, tuamq; proferas ignoratiām.

Adu-

Aduenit enim illi duplex incommodum: primum ut inanis & imprudens existimetur: secundum ut quemadmodum Aristo teles dicit, mendax hoc lucrificat, ut ei etiam ueritas ipsa non credatur.

Est & aliud humanæ sapientiæ genus, q̄ iam opulentis conuenit, scilicet ut sciant uoluptatibus uti, delitiasq; amplexari. Est enim circulus quidam in rebus humanis laborare, ut diues evadas: diuitis hæres, aut ad opulentiam tendit, uel ad luxum: ex luxu tandem fit paupertas, ex hoc rursus labor atq; industria. Ergo in hoc genere Lucullus qui non expectauit successorem, & Apicius Hortensiusq; tum Octavianus celebrant. Nec em̄ ita uoluptatibus indulgendum, ut miseria tandem te corripiat. Quamobrem nec Heliodabulum, nec Neronem, non Caligulam, quorum uita turbulentia anxiaq; fuit, exitus funestus. Sed nec Crassum illum diuitem, qui parare quidem nouit opes, uti autem illi non nouit: nec uero Attedium Pollioñem, qui quā uis funesta exitu caruerit, coniuncta tamen illa sapientia cum summa crudelitate erat, atq; in daemonicō genere. Ergo nec triuiri Antonius sapiens erit in hoc genere, turbinis enim & molestiæ uita plena fuit: mors moeroris, uoluptas cum suspiktione coniuncta. Itaq; huiusc uiræ multa sunt capita, ut nobis uitam exercetas, aut aulici, uel peregrinantis, uel genio omnino indulgentis, aut disciplinis incumbentis. Statuendum autem est pro cuiusq; ingenio. cauendi tamen excessus semper, qui uel pericula, uel damna, uel infamiam, parere possunt. Generaliter autem omnibus uarietas conducit uitæ, quandoquidem & delectatio ipsa, ut ostensum est, in uarietate ac nouitate consistat; excessus autem si fiant, cum splendore & magnificencia coniungantur. Cuius rei duo exempla apud Lucullum habes: primum cum Ciceronem ac Pompeium inuitauit ad coenam hac lege, ut nil adderet conuiuio. Promisit Lucullus, dum tamen finant locum in quo coenaturi sint, seruis dicere, assentiūtur; uocat seruit cui ea cura mandata est, dicens, scias nos hoc

uespere in Apolline coenaturos. Coenauerunt ergo lautissime, ut apparatum omnem tanquam ex composito cōstructum extimarent; intellecta postmodum est ab illo ratio, quod unicuique coenaculo ratio impensa constituta erat. Alterum exemplū fuit, cum mediocri apparatu coenasset Lucullus, coquum & dispensatorem domus reprehendit, illis dicentibus, quod solus coenares impensam remisimus; tunc Lucullus indignabundus dicebat illos nescire apud Lucullum, Lucullum coenaturum: ut intelligerent, non gulae causa, aut impensa rationibus, sed magnificentiae ac gloriae eam liberalitatem destinatam ac introduceram fuisse. Huiusc generis igitur sapientes fuerunt Lucianus ille dialogorum scriptor, & Speusippus, sed omnium princeps Epicurus, qui & in ea facultate libros composuit, quos nostra religio sustulit. Sed habemus tamen illius placita in Laertio Diogene, legimusq; Epicurum in Cicerone, qui apud populum quamvis Stoicus esset maximus, in domo tamen Epicureus fuit: nisi quod gloria studio, & felicitate ingenij ac dicendi facilitate incitatus multa scripsit: cum Epicurei & illud ferme contemnant, non in ea re siuum secuti autore. Multorum autem sapientum cur plerumq; finis aut turpis, aut infelix fuerit, ratio exploranda nunc est. Nam Cirrus a Tomiro foede occisus, etiam ludibriio addito, C. Cæsar a coniuratis interfactus Antonius seipsum occidit, Cicero ultimo proscriptus, capite et manu dextra mulctatus, spectaculum Romanis nephariis exhibuit, Demosthenes eo miseriarum peruenit, ut uenenum coegeretur ebibere, Crassus filium apud Parthos occisum uidit, et ipse misere ab his cōfossus est. Quid de Themistocle, Alcibarde, Miltiade dicam? & ut paucis multa comprehendam, major pars sapientum huius generis miserabiliter perierit. Ergo

— Quid tam dextro pede concipis, ut te

Conatus non poeniteat, uotique peracti?

Euertere domus totas optantibus ipsis.

Difaciles, Nocitura toga, nocitura petuntur.

Mili.

Militia & tortens dicendi copia.

Sed si modus qualis diximus rebus imponatur, non haec succendent. qua enim parte infortunati fuere, ex ea etiam non sapientes. Sed in his ut plerique sit uicit metum affectus uoluptatis, avariciae, uel irae. Cyrus unus casu potius, quam errore lapsus est, cum tamen infelix dici ex hoc nequeat. Nam quod ad mortem attinet, nec probrofa, nec crudelis fuit: quinimo si Virgilio credimus dicenti,

Pulchrumque mori succurrit in armis.

optanda erit, quae uero post fata illis corpori acciderint, foemineae potius insolentiae ac stulticiae quam turpitudinis leti argumenta fuerunt. At Caius Cæsar remisit Hispanorum custodiæ cum uellet in ciuitate libera regnare. Antonius ut Cleopatram sequeretur fugientem, legiones reliquit: mitto quod sororem repudiauerit Octauij, ut barbara muliere potiretur. Cicero ex itum non pro uirtute sua, sed pro iniuria in Antonium quem priuato odio prosequeretur habuit. Demosthenes avariciæ mortus, non sibi solum, sed & patriæ exitium approporabat. nec in primis cur sic mortuus Demosthenes, sed quod tam diu uixerit, Macedonum regum potentiam oppugnans, quorum uiribus, uirtuti ac, felicitati omni ex parte Atheniensium ciuitas impar erat. Crassum quis non irrideat senem ac affuetum potius ciuibus contentioneibus, quam bello aduersus foedera ob avariciam contra potentissimum regem ducentem exercitum: deinde se credentem Arimanis hostis consilijs, cuius fraude uix etiam perire potuit, tanta fuit Romanus exercitus uirtus. Alcibiades adulterij aduersus Lacedemoniorum regem seruatorē, ac hospitem proculdubio poenas dedit, alias securus futurus a pud Persarum regem, Themistocli ne quisquam mortem obijicit, quae vel fuit naturalis, uel adeo cum uirtute coniuncta, ut omni uita etiam honestior fuerit. Ergo illud firmum maneat, sapientem qua parte sapiens est, semper fore felicem. Accidit tamen uelut in omnibus mortalibus rebus monstra, sed raritas illa

illa extimescenda nondocet, & admiratio recte rationi potius suffragetur quam deroget. Dionysius iunior ad ludum literariorum compulsus est, è regno depulsus, non accuset fortunā sed errorem. Pater Platonem uendidit, ipse aluit: Pater Dionem impotentem reddidit, filius extulit inimicos. Igitur tyrannidis alens potentes, atq; philosophiæ etiā nomine apud uulgos gratos, quid mirū si se suo consilio suisq; uiribus perdidit? Sed tanto ingratior Dion atq; Plato. Verum Platoni gloriae cupido, solum id in oculis erat, ut aliquid ageret cuius causa toti Graeciae foret admirandus, potitusq; uoto est stultitia Dionysij. Per hanc infoeliciter Socrates naturali sapientia præditus. Ego non dixerim eum infoeliciter mortuum, qui uoluit mori: uel ergo mortis genus infoelix non fuit, quod sponte suscepit, uel si initio fuit, & sponte suscepit, non fuit sapiens in electione. Inconveniens igitur quod ab initio dictum est manet, scilicet sapientem in eo quod sapiens sit semper fore fœlicem.

Est & tertium sapientiæ humanæ genus laudabile, atq; adeo naturali proximum, ut parum ab illo differre possem. Estq; admirabile cum uerbis cauillatorijs illum deludimus, hoc Seruator ter usus est. Cum enim Iudei calumnia causa illum interrogaret adducta adultera, an eam deberent lapidare? intelligens dolum: nam absoluendi lex & malum exemplum obstabat, condemnanti crudelitas obiecta fuisset: respondit, qui sine peccato est, illam uestrum primus adoriat: atq; ita nec damnauit nec absoluit, cum non esset, qui in illâ ex hac sententia primus inuaderet. Quo sublato cum omnes per successionem locus ille occuparet, mulier nullo accusante, nec poenâ legis reposcente dimissa est. Cum uero interrogaretur, an tributum Cæsari dare liceret, undiq; angustijs urgentibus, quod neganti crimē in Cæsarem intentatę seditionis obiecti poterat, concedente lex omnis Mosis ac diuina soluebatur. Nummū uidere uoluit, sciscitatusq; imaginem, cum dicerent, Cæsar is eam esse: respondit quae Cæsaris essent Cæsari reddenda, qua Dei Deo. Rursum cum

cum interrogaret, in qua potestate doceret, cognouit calumniaim; nam diuina autoritas periculum ei afferebat, quod odio saeplet illis; sacerdotio autem carens, humanam præferre non poterat. Respondit igitur interrogando & ipse, in qua potestate Ioannes baptizaret; cumque illi eodem in discrimine essent siluerunt. Nam dicentibus inuentum hominis fuisse, periculum ex populo imminiebat; fatentibus a Deo habuisse originem, in famia præsens illis aderat, quod illi non credidissent: ita periculum periculo, infamiam infamiae opposuit. His ergo tribus responsis tantæ admirationi apud populum fuit, ut non magis miraculis ipsis celebraretur. Refert enim Apostolus, quod in miraculis nunquam acciderat, tum maxime in secundo responso adeò illos obstupuisse, ut per totam diem nunquam uel interrogare, uel hiscere aduersus eum ausi sint. In eodem etiam generere sapientia est, que efficacibus rationibus ac ueris utilia persuader; quale illud quod ex contrarijs sumitur. Velut si ad celebrem uirum eruditus uerba faciat, postulans se ab illo euehi: uatur autem hac sententia: Quoniam si clarus euaserero, omnino eam dignitatem sum consecuturus: at uide ubi consequitus fuero, an præstet me tibi amicum esse, uel non? an me tibi debere, an non? an ad tuam gloriam faciat, quod non solum tu propria uirtute clarus euaseris, sed etiam alios erexeris, ut & multiplex commodum literaria respublica sentiat, intelligantque homines te non solum eruditione singulari esse, sed nec minore animi uirtute: cum non solum non inuidias alicui, sed etiam eruditos soueas eleuesque. At si contra res cesserit, maior beneficio ornatum, quam pro uirtute mea merear a te me sentiam, obligatumque perpetuo merito ac ex tuis uestigijs pendente habebis, ut quod a tua uirtute ac dignitate semper abest, & si longe melior essem, nunquam dubitare possis, etiam si uellem aduersus te quicquam moliri. Et quanquam gratissimum me semper experturus, ego tamen non pro ea spe, sed pro uirtute tua rogo atque confido, te mihi non leuis ac coniunctissimo

D quod

quod eisdem studijs teneamur auxilio futurum. Hæc igitur de humana sapientia dicta sint, quæ nunquam cum naturali ipsa coincidit, sed illarum alteram imperfectam esse necesse est, non solum quod earum tum fines diuersi sint, siquidem alterius quies, probitas, innocentia laus, finis est: Alterius opes, potentia, gratia: Nec quod re ipsa pugnant, cum in altera natura pulchritudo, labor, ueritasque subiecta: in reliqua fucus, delicia, dolusque. Sed quod humana natura tot rebus sufficere non potest. nam cum tria sint genera humanæ sapientiae, quæ laudem mereantur, regia administratio, ciuis in repub, innocentis, qualis apud Romanos Catonis: unde Lucanus ipsum inducit dicentem,

Crimen erit superis & me fecisse nocentem.

& tertium de quo iam nuper diximus, quod ad uitandam calamitatem inuentum est. Sed ad persuadendum utilia ac iusta hominibus, non tam uel hoc uni homini naturali sapientia ab una de praedito conuenire poterit. Sed in causis ac temporibus diversis maximaque cum difficultate rari utraque pollere uisi sunt. Quid mirum, cum etiam rarissimi in uno genere absoluti fuerint: neque enim capax est mortalis natura tantæ lucis uel tot nodorum: uerum ut maxima est naturalis, sic humana rario: uerum cum hæc illius loco succedat, quis mentis composuerit pulchritudinem relinquat, ut adulterinam habeat: uel aurum dimittat, ut aurichalcum possideat: ergo sapientia humana genus ad supplendum inopiam naturalis inuentum est. Quod si recte expendatur totum præter illa tria genera salubria humana generi, urbibus, omnibusque bonis exitiale est, atque ideo non querendum esset, sed maxima uincitandum. Verum imbecillitas humani consilij & affectuum pertinacia, ignorantiaque finis ac naturæ nostræ, in hoc uitiorum ac scelerum mare incautos nos protrahit, delitosque fisco extremo supplicio pessundat.

HIE

211

HIERONYMI

CARDANI DE SAPIENTIA

Liber Quartus.



Vaserat uastum iam pelagus, & turbulentam humanae sapientiae tempestatem, nauis nostra ingressus profundum caliginis uorticem, ubi nil nisi furta, incendia, ueneficia, cædes, falsæ imagines, execranda sacrificia, delusions, umbræ, uanitatesque erant: et uelut in somnis cum turbata mente modo atras nubes, modo obscuram caliginem, & spectra terrifica, larvas ac præstigias, lucentes media nocte soles, & sanguineam lunam, monstrisq; horrifica uidere putamus: sic æterna haec malorum omnium spelunca, uel uortex scelerum, aut potius uranitatis antrum, seu calamitatum infernum nunc se offert. Esse uero huius rei aliquam sapientiam, hoc est argumentum, quod cum multis nephanda aggrediantur, paucis ea possunt perficere, alijsq; incliti habentur diutius, alij inanes & stolidi existimantur: uides quot conati sint Principes occidere, nec potuerint: alij etiam cum occiderint ei uaserunt. E quibus tres nunc numerantur, Laurentius Medices, qui Alexandrum Florentiam principem occidit, qui etiam Cæsaris quod maius est gener erat. Bonifacius qui Franciscum Sforiam uulnerauit. quamvis enim mortuus non fuerit, defuit potius fortuna, quam industria uel audacia. Andreas Bagius, qui Ioannem Galeazium interfecit. Forum autem historiam narrare ad Principum custodiam optimum duco, ut intelligent illi semper oculos intentos habendos in eos, qui uel sint audacissimi, uel qui querant nimiam cum Principe familiaritatem; ut qui regna tractant, nec ualde iuuenibus, nec his quos aut læserint, aut affines perdiderint, unquam confidant. Igitur Laurentius Medices cum diu ut cōiectura assequi licet, Alexandri utserūt iustissimi Principis morte moliretur, esse ex-

illi affinis damnatum primo quendam ad mortem indulgentia principis liberat. Inde illum edocet, se cum aulico inimicitias gerere, habereque in animo, ut oblata occasione illum occidat. Habebat hic domum propinquam principis domui, in eam seu affinitatis securitate, seu mulieris consuetudine ducem cum corporis custodibus per noctem deduxerat. Consulto uero fre quenter miscebat ludos, pugnas, clamores, contentiones, iuria; Inde accendentibus satellitibus risus oboriebatur. agebat autem haec, ne si quando in scelere occurrisset strepitus, accurserent corporis custodes. Inde cum urbs clausa in nocte habes retur, ad Episcopum qui claves retinebat, deducto prius ad dominum suam principe, pergit, claves postulat, equosque cursores ut fratrem egrotantem, qui in villa erat inuiseret, confessis etiam ad hoc ut puto literis: nam frater ualebat. Igitur redies ad principem in eius lecto cubantem, cum quasi obiterensem illius, ne euaginari posset inuoluisset, seruum tunc alloquitur, facinus detegit, ille facinus patrare se negat, affuturum tamen auxilio suu ille exurgat, uel impediatur ab aliquo. Ianua domus occulta erat, peragit facinus, cum ille clamaret, manum ori apponit, mordicus ille digitum proditoris apprehendit, sed uulnerum atrocitate linquitur animo, ac moritur: exit e domo obligato digeito, equos paratos inuenit, portam urbis apertam cum seruo egreditur, ac seruat se: & nunc apud Turcas est. Bonifacij facinus audacius, sed non tanta industria. Cum enim Franciscus Sforzia illius affinis cædem ultus non esset, dissimulato dolore equam perniciissimam emit, obseruat diem festivam, in qua dux iter facturus sit, ob pulueris molestiam equites corporis custodes præmittuntur: dumque in viam quæ crucis præferebat similitudinem incidisset, adoritur scelus. Nihil autem principi magis auxilio fuit, quam quod ipse parvus mulæ humili intideret, unde ictus breuiori gladio, non profundum et amplum uulnus accepit. Cumque denuo instaret prohibitus, fuga libi consueuit, cum equa illa sexdecim millia passuum in horæ spacio fuper

peraret, eusafit igitur, quamuis plurimi illum insequerentur: seruatusq; post aliquot annos sponte morbo decessit. Andreas Bagius facinoris multos concios habuit, inde occiso Duce uis prouinciam retinere conatus est, inde per uaria praelia fugatus cum illis eusafit, & in Turcarum regionem concessit: alij ex coniuratis ad Aegypti regem transfugerunt. Sed & in priuatis eadem apparuit scelerum industria: Quorū pauca exempla quæ nostra ætate contigerunt subiçiam. Ansalus Hispanus à Canedio patritio Parmensi iniuriam passus, cum ille diligentissime enimicū caueret, nec uiribus Canedio par esset: habebat enim ille duos seruos, qui eum perpetuo comitabantur, arte hac Ansalus usus est. Veste induit pannosas, similesq; his quas qui osaera ferunt gestare solent, obseruans uero diem qua Canedius negotijs vacuuus in porta sedebat auram captans, Ansalus inserviis humeris foeni fascē gestās, proclivo capite, sica uero breui inter manicas ad illum accedit, uulnereq; inter inguina letali impresso, simulq; onere excusso fugam arripiuit, feruauitq; se. Alius cum nubilem sororem cuidā destinatam à patre magna cum dote intellexisset parum pudice uiuere, duos equos cursores emit, eosq; per mensem & currere simul & habitare assuefecit. Inde uni eorum molle frenum & arctas stapedes ad dit, consilioq; cum patre inito, qui nil tale metuebat, sororem in villam ducit: huic equo eam imponens. Dum iter agitur, certamen de equorū celeritate inter socios serit, donec deposito pignore cursum omnes ineunt, ad cursum soch, equus cui sutor insidebat cursum & ipse arripit, frustra habenas illa retrahente cum nullus claviculus freno adesset. Itaque excutitur misera, nec pes e stapeda exit, trahitur equi cursu capiteq; lapidibus illisq; animam efflat: forte uia illa tota lapidea erat. Actum hoc me in ea ciuitate moram ducente, respublica & omnibus nota fuit, item & lege age, & si dignus esset frater supplicio. Alius cum uxorem formosam sed moecham haberet, uocem spargit, illam animo per noctes linqui, cōclamat ancillas seruosq; illa ut dor

D 3 mne

miebat nihil sensisse omnino se aiebat. ille detectā , nam hiens erat, frigidam ostendebat domesticis . cum bis aut ter hoc fecisset, serio rem agit, strangulat, cumq; infrigidari iā sensisset domesticos in clamat, adueniūt, de more frictiones admouent, nō reuiuiscit: uocantur medici attonito morbo detinere existimatur, omnes medicæ machinæ admouentur: tandem fabula per acta est, traditur uespillonibus. Ergo demoniacæ sapientiæ qua tuor capita sunt, uel ut scelus perpetres, uel ut uanis rebus incumbas, uel ut rem non malam, malo tamen modo quæras, aut ut decipias. In primo genere sunt incendia, furtæ, latrocinia, uenena, cædes, incestus, & penè quæcunq; ad ius Areopagitarū Athenis pertinebant. In secundo uero uaticinandi modi omnes, tum philtra ac ueneficia quæ solis uerbis sunt. In tertio præcantationes, ueneficia, philtra, idolorum sacrificia. In quarto Alchymistica, falsarij atq; lusores, qui adulterinis etiā pecunijs operam dant. Ergo primi generis omnia iam diximus: nā turpe esset ea docere, quæ omnino boni in se continent nihil: nimium est quod docuimus ad augēdam Principum securitatē: de alijs autem nunc dicemus. Ergo cū omnia imperia omnesq; leges aliquo diuinandi genere uterentur, uel ut sane illi crederent, aut militum animos & ciuium ad ea quæ uellent flectere commodius possent. Harū prima diuinatoriarū Magia & tanquam mater fuit. Conamur persuadere Magi collo appensa uel sub lingua detenta, diuinationem facere, quandoquidē & mēs in pluribus per se possit diuinare, tum maxime in infortunijs. iuxta poeticum illud, Mens præsaga malis: res ipsa haud esse nō potest, sed quibus hoc fiat scire hoc opus, hic labor est. Affirmant linguam upupæ collo suspensam, uel lapidem Hienæ, uel cor ranæ uiridis, uel smaragdum sub lingua retentum hoc præstare. autor tantæ uanitatis Zoroaster, Democritus ut alijs diximus eam auxit. nunc etiā nō desunt, qui orbē fabulis coinquinent. Anthropomantia huic proxima est, usus est ea Heliogabalus, exta puerorum quos pro uictimis iugulabat, inter impia confusa.

consuluit sacrificia'. uanitatis artis argumentum præbet exitus illius, cum crudeliter excarnificatus occisus in latrina insepultus iacuerit, abrogatis ex toto publice omnibus illius actis. Ne cromantia affinis illi est: hæc antiqua & ab Homero celebrata. Libet autem illius artem paucis describere ex Lib. A.

Ενθ' ἕρεσις μὲν περιμέτρος δύεν λαζάρου π
ἔχοι, ἐπ' αὐτῷ δὲ οὐδὲ οὐναστάμενος περὶ μηρὸν
σόδρον ὄρυξα ὅσσον τὸ πυκνόστον ἔν. Ταῦτα καὶ ἔν. Ταῖς
ἀμφὶ αὐτῷ δὲ χοεὶς χειρὶς πάσι τεκνάσιν.
προθῆται μὲν λικητήτῳ μετέπειτα δὲ θέτει σίνηφ.
πορφύτων αὐτὸν ὑστερίᾳ πολὺ ἀλλαγὴ τα λευκὰ παλλινον,
πολλὰ δὲ γουνάριαν τεκνάν αἱρενταναὶ καλένται
ἰλαστὸν εἰς τὸ θάκην στῆρας ένθα πίτις αἴρεται
φέγγον εἰς μεγάροισι περίντηροις περισταλιστέμενος ἀθλῶσιν,
περιστού δὲ πάνθιθεν ὅπερι οὐρανούσιμον οἴκο
παμπέλασιν, ὃς μάλιστι μεταπορεύεται οὐ μέτεροισι
τοὺς δὲ πετεῖθεν χειλῆσι λιπήσι τε έθνεας νεκρῶν
ἐλλιστάμεν. τὰ δὲ μῆλα λαζεῖσιν αἰτεῖσθαι τοπικούς
ἔσοδοςσ. φέγγος δὲ μικρὰ καλλιτεφέσ. αἰδὲν αὐχεροντα
ψυχοῖς ὑπὸ ἔξερεντος τεκνάν καταπενειώτων,
πύμφαστος θεοί πεπλυτοί πεχέροτες
περιθεταῖται απαλγοὶ γεοπενθέας θυμόν εὔρωσι.

(i. ibi uictimas Perimedes & Eurylochus tenebant. Ego autem enī acutum trahens defemore, sivecam fodii cubitalē in omnes partes, circa ipsam autem fundimetus in ferias omnibus mortuis, primum de mulso, deinde de uino, tertio de aqua, deo inde albas farinas cōmisi. Multum autem uenerabat infirma mortuorum capita, si aliquando in sterilem lithaciam rediisse, me domi optima bove sacrum facturum esse, & rogum bonis impleturum. Tiresiae autem præcipuo me nigram ouem sacrificaturum esse, quæ in nostris gregibus esset præstantissima, postquam autem clavis precibus mortuus precatus sum, Deinde pectudes excoriavi, & in partes fecui, in sivecam autem fluebat niger sanguis. anime autem ex Erebō mortuorum defunctorum congregabantur, puelle innuptæ, pueri, senes erumpnosi, virgines tenere, adhuc recentem lucum sustinentes.)

Vnde

Vnde Homerus uerissimiliora Virgilio confinxisse uidetur, at daciores posteriores. Inter quos Euripides iam & ipse Heraclē ab inferno reducit uiuentem, ut ille Aeneam. Circumferuntur in hoc genere sub Salomonis nomine, libri cōficti, & Petri Ap ponenlis celebrati hac arte, quos pater meus expertos se fuisse refert, inanesq; & nullius usus. Nam ipse publice fatebaſ dēmo nūm habere familiarē. Ego ne illum arguā mendacij, iam uero multa per triginta annos expresse de futuris prēdicebat. Habet autē hæc ars tria alia capita, Oraculorū scilicet, inter quæ clarissima Dodoneum Delphicum, ad quod Græci passim cōcurrebant: atq; Ammonis insigni mendacio Alexandri celebre. Phytonum est aliud genus: nam ubiq; idem modus. eiōs cari enim creduntur seu mortui, seu spiritus immundi. Hos sacra scriptura commemorat, non solum apud Iudeos clara historia Saulis Phytonissam cōsulentis euocantisq; Samuelis manus, sed & in Apostolorum historia, dum Paulus illam munda uit à spiritu. Engastrimyhi olim, qui postea Euriclei ab autore uocati sunt, cum prius à uentre nomen haberent. Vnde Aristophanes in uespis, μητέμπορος πώ ἐγκλήσεις μαρτέαν καὶ διάροις. imitaris (inquit) Euriclei uaticinium & mentem. Sed ab Engastrimythis Phytones differunt, quod Phytonibus uox ex lingua prodit, Engastrimythis autem è uentre ipso immota lingua: quod Rhodoginæ Ioannæ accidisse permultos annos nostra ætate constat: cum id Cœlius & ipse Rhodoginus locuples testis affirmet. Cum uero hæc scriberemus, mulier quæ dæmonio laborabat, dum excantaretur, non aliud passa est, quæ quod hæc quæ uulue strangulatione laborant: sed spuma non emittebat, ollum ad mentum usq; perueniebat, linquebatur animo, oculi intendeabantur ut uoluntariā diceres præfocationem, ex sulfure suffitus aderat, aquam nescio quam præbibebat. Certum est hanc non admodum sui compotem fuisse: sed potuisse tanquam lymphaticam ac phanaticam diuinare. Aristoteles uniuersum hoc diuinandi genus in uim terræ aut ani-

mum

men refert collimantem. Tertium genus est illorum qui animas consulunt eorum, qui sponte hac causa se deuouerint. Et quamvis non certa historia, plurimi tamen putant Antinoum puerum Adriani spe immortalitatis ac gloriae uoluntariam mortem hac causa obijisse: argumento fuerunt primo, quod illum inter sydera collocauerit. Splendidissima enim stella ex sex iuxta aquilam existentium uocatur Antinous & Ptolemæo. & in Mætinea ludos, gymnaſia, sacra, delubraçō cōſtituit. Civitas etiam in Lybiæ Marmarica Antinoum appellauit. Tum uero etiam oraculum illius nomine ibi constituit, nec non templum & sacra & sacerdotes, ut non tot honoribus nisi prorsus infaniret mortuum Catamitum censuerit decorandum. Parte altera quis unquam uel sapientius elegit successores, uel futura adeò exacte preuidit: nam duos optimos, firmos, diuturnos, uenitos post alium reliquit imperatores. Nec tamē primus certum imperij haeredem extimuit, nec secundum more impatiens stimulauit. Tum uero codicillos scripferat, agenda cotinenter uicq; ad diem obitus. Erunt ne haec argumenta Astronomi an potius dæmonis: quicquid sit, ne ego unquam tantæ uanitati fauerim, cum duos amicos sciam, qui se factabant animas habere deuotas, pessime tamen rem domesticā tractasse. Le canomantia etiam huius generis esse uidetur, in peluim aquam inſiūcunt, obmurmuratisq; quibusdam uerbis interrogant, feruntq; uocem exilem ac ad instar fibili exaudiri. Refert Petrus Crinitus Hermolaum Barbarum, quem ego potui uidere græce latineq; eruditum, ac philosophum haud uulgarem, se hoc sapientius non frustra expertum: quod & Gualterius Corbeta uidisse refert, succedente etiam furti cognitione. Gastromantia huic fermè similis, nisi quod oculis cernit, quod in Lecano mantia exauditur. Vasis enim uitreis rotundis aqua plenis circumponuntur cærei accensi, tum obmurmurata euocatione purer impollutus, uel mulier prægnans admittitur, quæ inspiciat, roget, imperet, feruntq; imagines rerum quæstuarum appare-

E re, nec

re: nec vulgo quicquam tritius hoc uel magis creditum. Cato promantia autem eodem modo ex speculo fit, ut illa ex urceo; sed in hac oculi pueri uel prægnantis præligantur: sunt qui credant prægnantem non nisi nono mense uidere posse. Refertur Didiū Julianum imperatorem Mediolani oriundum, qui ante Septimum Seuerum regnauit, hoc diuinandi genere usum, cunctaque quæ ei successerunt, ad unguem ut dicit solet præuidisse. Ferunt iuxta Patras olim fuisse Mineruæ templū cum fonte, in quem si speculum demitteretur, effigies ægri apparere sub ea forma, qua futura esset cum finem habiturus esset moribus, scilicet mortui aut sani. Onymatia fit oleo & fuligine ungue pueri illito qui maximus est. Spectra enim & imagines in illis uideri putant uerbis quibusdam tacite prolatis: sunt qui in palma idem efficiant. Cum hæc scriberem, amicus noster Sigismundus Paulicius conatus est id persuadere: ego cum nō crederem, cupiebam technam intelligere, exhibui filium meū præmogenitum, Ioannem Baptistam annos nouem natum, cuius cum palmam oleo & fuligine intinxisset, Soli exposuit, igitur ex radiorum refractione imágines ac colores diversi uidebantur pueri: tum formæ ob linearum quæ in uola sunt cauitatem, nihil tamen certi: cum interrogasset illum diligenter, se uidisse affirmabat, sed & puer radiorum reflexione oculorum aciem perstringi cognoverat. Hydromatia uero magis ad naturæ rationem accedit, eaçq; multiplex est. Impletur primo eyathus aqua, annulusq; suspenditur filo, petitur res quæsita uerbis conceptis: manu filum tenemus ea parte qua uolumus, quasi anci piti uoluntate annulus percutit eyathū constitutis istibus, nō sine quadam astantium admiratione. Cum quidam dixisset, uerborum hæc fieri, dixi ego ut clavo appendere. Et tamen inuenit aliquos hæc amentia, qui eam admirarentur. Alius modulus ut in aquam silentem tres lapides coniçiantur, obseruanturq; orbes impliciti trifariam: nam ex his nō secus ac ex Geomantia ueritas rei eruitur. Non sunt hæc omnino certa, sed tam

men Galenus uir grauissimus putat aliquam esse exitus refecturā, atq; in his sufficere credit, ut artis præcepta seruemus & si ueritas ipsa ex hoc nō possit haberī. Satis enim est, ut quis sapiens dici possit, quod in prædicendo omnes artis regulas ad unguē teneat. Tertius modus cum ex certis fontibus auspice bantur antiqui, qualis erat in Lacedæmonie uocatus Inon; in quem placentæ ex frumento proiectæ si submergebantur, prospectum exitum significabant; dirū si reiçerentur. Geomantia uero nūc illa notior est, cum in usu sit, uirga in arena sex ac decem series punctorum, quasi recta linea describuntur, inde ab iectis binis semper, donec duo uel unum tantum supersint, quatuor formant tetradas quas uocant matres, è quorum capitis bus filia prima gignitur ex humeris, altera ex ictis, tertia ex pedibus, quarta ex his octo figuris binis ac binis simul iunctis quatuor procreant nepotes, à quibus duos testes, ex quibus iudex, à quo & prima figura quidam maiorem iudicem faciunt. Si igitur iudex imparibus cōstet punctis falsa est figura; si sit carcer prima autē figura uia uel lētitia, uel tristitia, uel caput aut crux da nihil prorius significabit, eademq; ratione in alijs quod iudicē directo qui supra iudicem est aduersatur. Genera autem figurarum ut & figuræ ipsæ sunt sexdecim, è quibus omnia quæ aucta sunt suprema parte, id est quæ plura in ea habent puncta felicia sunt, præterquam tristitia, & è contra aucta parte inferiore infusa excipitur lētitia; cōmunes quæ tot habent in superiore quot in inferiore parte, quāuis carcer non sit cōmunit.

Pyromantia uero duplex est. alia quæ in Aetna ignibus ad se cristicū instar peragebatur, immissa enim uictima si absurmebat felix eventus prædicebatur, si reiçiebatur malus. At nunc in ignem ex teda pix trita spargitur, si coit flamma felix est auspiciū, si diuiditur extra quarenti sinistra illius inimico ascribitur, tricuspis felix; si quasi à somite ad coekum tendat gloriosum, in ægro significat mortem multiplex diuisum, pugnans in diversa tendens, crepitans pallens malum: pessimum si extinguitur.

E 2 guatus

guatur. Habet plus aliquid cæteris uirtutis ignis, cum solus in ter mortalia innatam ædat lucem, ut ob hoc diuinitate participare credat. Libanomantia ciudē fermè generis est: etenim apud ueteres Apolloniatas oblato thure, si ignis illud auide cōsumpsisset felix erat, si refugeret abominandum. Porro de morte uel de nuptijs Libanomantia sciscitari quicquam nō licuit.

Ceromantia uero nostro tempore uisa est. Detulit eam quidā ex Turcarum regione, ubi artes hæ plurimum in usu sunt non refragante lege. Nam & Geomantia ibi celebris est, deseruitq; uates arenam secum, ut nihil ad persuadendum desit: cum nostri calamo & charta eam soleant exercere: ut non Geomantia sed Chartomantia potius mereatur appellari. Itaq; ut ad rem redeam, Cæromantia sit quadrante cæræ ab igne soluto, inde in aquam projecto multæ consurgunt figuræ, ut par est. Verum illarum tria cacumina tribus paleis singula singulis aptando si gnant, deinde mensuras, distantias, qualitatesq; inspiciunt, & ex illis iudicant. Adeo uero exquisite quidam diuinabat, ut fuscus subesse à nasutis crederef. Capnomantia hac inferior est carentibus prunis semen papaueris aut sysami inspergitur, obseruant autē ut in Pyromantia uarias figuræ motusq; existimant quidam ab impollutis pueris, ac etiam mulieribus utrinq; inib; aut prægnantibus simulachra & formas uideri. Sacrificia plus habent operæ & autoritatis. apud ueteres uiscera & partes uictimæ ignibus imponebantur, si ea ignis apprehendis- set, litare dicebantur, faustissimumq; hoc erat: si refugisset di- rum. Vnde non unam cedebat uictimam, uerum totidē quo litare potuissent. Enarrat Suetonius, C. Caesarem ea die qua occisus est, pluribus hostijs cæsis litare nunq; potuisse. Aruspex antequam igni imponerentur exta inspiciebat, ex hisq; diuinabat. Præcipua autem erant iecur & cor. Corde enim principē semper declarabant, iecore exitum rei, uictoriam, exercitum beta prosperaç; aut aduersa uel tristia: cum Spurina sacrificaret durabus uictimis sibi succendentibus cor defusile uidit.

Fuerat

Fuerat autem hoc Idibus Februarij, alii putant kalend. Martij: propterea dixit, periculum hoc non ultra Idus Martias posse extendi. Erat autem periculum Cæsaris cædes, quæ ea die consecuta est. Idem Aelio Pertinaci ante cedem, quod Julio Cæsari accidisse referunt. Ortus habuit hæc superstitione, quod in locan- dis castris condendisq; ciuitatibus olim uiscera pecudum inspi- cerent. Nam si sana essent, locus salubris habebatur: si lapidosa uel macilenta, uel marcida, habitatio pernicioſa credebatur. Cicero hæc irridet, nec putat esse diuinatoriam, sed modo sit, melius tamen consilium illius quamvis à Christi fide alieni pu- tandum est,

Thure deum placa, uitulum sine crescat aratro.

Auspiciū uero à uolatu avium. Iimo enim posito ut regiones diuiderent certa avium genera obseruabant, ut si ex dextra, uel ad dextram, aut rursus à sinistra, uel ad sinistram; umerum etiam & à qua coeli regione. Autoritatem sumpsit hæc supersti-
tio, ex Romuli & Remi contentione, non solum de urbis nomi-
ne sed regno, cum Romulo duodecim, Remo sex uultures ap-
paruissent, uicit Romulus, Romaq; uocata est. Etrusci ei des-
derunt initium, uiguitq; in Italia cum in Græcia oraculis fidē
haberent. Auguria non minoris uanitatis erant, sed tamen mi-
noris autoritatis. Pullos ad id alebat in cauea, inde oblata esca
si alacriter cibum sumpsissent, sparsissentq; in pavimento, soli-
stimum tripudium uocabatur, omen admodum faustum: si ue-
ro uocem emitterent, oscines aues dicebantur, nec semper la-
tum. Si reiecerint escam adeò infaustum habebatur, ut L. Pa-
pyrius aduersus Samnites ob id male pugnasse crederef. Erat
et auspiciū genus aliud ex toto diuersum, in quo fulgura, eo-
nitrua, monstra, terra mariq; nata, signaq; e cœlo considera-
bant. Omnia his etiam absurdiora, nisi quod ad seruandā rem
pub, ad debellandos hostes omnia laude digna uidebantur. Er-
go in his si quid occurrisset, aut inter loquendum incidisset, si
quis etiam oscitasset, aut præter morem egisset, inter omnia

censebatur. ut cum Paulus Aemylius aduersus Persam Mace-
donum regem ducturus esset exercitum, offendens filiam sien-
tem, interrogaret quid fleret, illaç responderet, Persa occidit,
pro auspicio omni habitū sit. Erat Persa catella Melitea in
delitijs à puella nutrita. Hoc tam graui ostento maximus vir,
cui periculosisimum bellum concreditum erat, tantam acce-
pit fiduciam, ut T. Livium & Valerium Maximum nō pudue-
rit referre inter res æterna memoria dignas, quod catula pro
rege, foemina pro masculo supposita sit in totius orbis penè iu-
dicio: cum altera gens imperium mundi paulo post occupau-
rit, alterius nondum ut dici solet Monarchiae arma deferbuiss-
ent. Quinetiam in imperatoris obitu significando adnotatum
est, ex singulis fermè ordinibus eo anno obiisse. Iter agentibus
auspicatum ducebant maxime incidentem rorem enatas arbo-
res pro miraculo colebant, tum maxime palmam. existimo nu-
cleū recta apicem habuisse: nam sic facillime pullulat. Cepha-
leomantia sit capite assini super prunas assato, nec solum di-
uinare fumo posse & igne, sed amantium iras sedare, alios im-
pellere creditum est. Frequens in Germania sacrificium erat,
ut Martinus Lutherus in suis assertionibus, atq; idē
accusat, quod flamma prunas extingueret, non absurdum for-
san credere existimo illud esse excitationis genus, de quo Pro-
pertius dixit,

At uos deductæ quibus est fallacia lunæ,

Et labor in magicis sacra piare foci.

Enagedum dominæ mentem conuertite nostra;

Et facite ut illa meo palleat ore magis.

Aeromantia uero duplex est. Nam quidam ex aura conceptis
verbis prædicunt: oriens felicem, aduersam occidens, celerem
merides & manifestam, obscuram & tardam Boreas prædi-
cit. Alij plicatam mappam sincipiti imponunt, huic supponunt
cyathum aqua plenum: seu igitur arte aliqua, seu uiuerorum,
seu ex leui capit's motu, aut quod naturale sit, aqua in ampul-
las

has obtinuntur uerbis quasi ferueat resolutio. Ergo non solum futura dignoscere ex hoc, sed etiam morbos se posse sanare affirmant. Tephramantia ex cinere ad auram exposito sit, prius quærentis ac quæsitæ rei nomine iam inscripto. Nam ex literis relictis futura præsagiunt. sunt qui credant exitum rei aliquando uerba declarantia apparere. Botanomantia enim salviae folijs constat; inscribunt nomen quærentis, quæsitæq; rei & prodigiosas illas uoces sub diuocq; exponunt. Affirmant nomen furis, in furto in re dubia exitus rei ostendi nimia certe deorum cura. Aliud genus quod Sycomantia posset dici inuenientur. folia sici nocte certa sub diu exponunt, nominantes illum de quo quæritur, si exauerint dirum: quanto uiridiora remanerint eo auspiciatius. Nec in hac tanta uanitate diuis parcitur: habent selectos singulos ut meliores. Ichtiomantia succedit, in qua pisces consuluntur, qui cum nesciant quæ præ oculis habent deuitare retia: hominibus (ad eō insanient) magnorum operum ductores sunt. Fuit enim apud Lycios in luce Apollini lacro fossa arida, in quam ut refert Athenaeus qui de futuris quærebatur, singulis manibus frusta decem carnis ueru infixa tenens demitebat, precatus numen. Implebatur autem aqua maris, quod non procul erat fossa illa, occulta causa accendentibus pisces, tum maxime orphis ac glaucis, tum ineognitis alijs ilorum generibus, nec deerat quandoq; coete. porrò carnes assatas exhibebant non crudas, fossa Diana uocabatur. augurium à piscium forma desumptum est, aquam illam sacerdotum arte tum pisces reseratis claustris emersisse putandum est. At uero in eodem Lycia tractu iuxta Myram lacus erat, in quo pisces sumpta esca felicem successum pollicebantur, reiecta infastu Rursus inter Myram & Phellum iuxta uicum qui Syrrhus dicitur, fons erat, in quo ex piscium natura, forma, motu, uita, ci bocq; diuinare solebant. Est & genus aliud diuinandi dissectis piscibus ex extis, in quo excelluisse Teresia fertur & Polidamantem, ut aruspiciam in piscium genere exercearent; hæc igitur natura

naturale principium quoddam habere uidentur, uerum for-
tuca. Onomantia est, assumunt nomen propriū & matris, &
per numeros literarū resoluunt, ut latine solent scribi. Inde figu-
ras astronomicis signis ac erronibus similes constituant, iudi-
cantq; per ea. Sunt qui & lunę diē addunt, seu in quo fit interro-
gatio, seu in quo natus est. Arithmantia uero ex numeris con-
stat, resoluto nomine querentis in numeros ipsos, additōq; lu-
nae numero dierum, extat autem tabula de hoc Pythagoræ at-
tributa; sed crassa Minerua ut dicunt. Satis constat cuius adeo
puduisse philosophum illum, ut manes eius si sentiant tristes
haec causa esse credam. Nihil enim impudentius hac arte, quæ
sine arte omnino est: solum enim iudicant negantes aut affir-
mantes. quamobrem de morborū exitu apte querunt. Cle-
romantia autem multiplex est; famosissima fors Praenestina &
Antiatina ut Suetonius recitat, eo anno quo occisus est Domi-
tianus, Praenestinam sortem antea lata tam, sortem polliceri soli-
tam tristem nec sine sanguinis memoria dedisse: dicebatur aut
Praenestina à loco. Praeneste enim oppido columnā erat, in qua
tesserulæ uarijs inscriptæ dictis erant, quæ kalendis Ianua-
rijs magna celebritate educebantur sub rogantium nomine,
quem morem etiam nunc in Magorum festo obseruare ma-
gna licentia solemus. Antiatina C. Caligulae cæde insignis, cū
antea præmonuissest, ut à Cassio à quo occisus est, caueret; illud
perpetrā adiectum non esse pütet: stultos fecisse illos impera-
tores, qui de se consulere his nugis permiserunt. Nam cum ua-
nißima haec semper fuerit ars, audaciam tamen sceleratis ple-
nūq; ad immania facinora dedit: existimantibus quod uerū
certe est, quæ futura sunt causam habitura aliquam. Ergo quie-
tis rebus non consulet sortes Princeps, sed in periculis electione
proposita non sorte, ut cum dux ille egregius manu auersis li-
teris inscripsisset (aude, uictoria tibi Deorū dono decreta est)
secur uictimæ manu adhuc humida apprehendens, tam diu co-
tinuit, ut literarum uestigia in iecore apparerent, nec prorsus
humida

humida sed iam siccata. Itaque dum ultimo consulitur, iecur non
dubiam habuit sententiam. hoc tam simplici commento exer-
citus animatus, spemque indubiam uictoriae concipiens adeo fl-
denter pugnauit, ut ex conficto oraculo uerum euaserit. Aliæ
ex alea sumebantur sortes, ut in Apponi fonte Geryonis ut ere
debatur oraculo, in quem cum Tyberius adhuc priuatam agem
uitam tribus superstibus Octaviani nepotibus, Caio, Lucio
& Agrippa, de se consulueret, factis talis aureis summum pun-
ctum, qui tempore etiam Suetonij uisebatur, ostenderunt. Simi-
le oraculum apud Buram Achaiae oppidum ab Hercule reddi
credebatur: sed illic tali quatuor ex uictimarum ossibus proj-
ciebantur. Ridicula planè sors erat, quæ in Pharo reddebatur.
Erat enim ibi Mercurij statua, ad quam fuisis precibus thureque
suffito, oleum lucernarum accendebant, insulurantes ipsi sta-
ture quæ peterent, numeroque dato occlusis auribus in forum pro-
pere currentes, quām primum uocem referatis auribus acce-
pissent, pro omniē interpretabantur. Tu uero tecum reputa,
qui risus oboriretur, cum nasuti rem intelligentes uocem ex co-
sulto, aut prauia aut foelicis ominis proferreret. Est aliud sortis ge-
nis ex somnio, quod apud Calabros in usu erat, cum iuxta les
pulchrum Podalirij Aesculapij filij dormirent amicti agninis
pellibus, & quicquid occurreret in somnio pro omniē certo ha-
bebatur. Virgiliana sors omnibus tamen prælata est, nec desūt
unquam qui existimant aliquid in illis esse ueritatis. Porro quæ
tum antiquo tempore illi autoritatis tribuerint, uide quæ refe-
rant. Adriano de imperio consulenti hæc euenit,

Quis procul? ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanacq; menta
Regis Romani, primam qui legib; urbem
Fundauit curibus paruis, & paupere terra.
putant his carminib; imperatorem pacificum & qui urbem
ornaturus esset designari; quæ omnia tamen euenerunt sic, ut
nihil aptius dici potuisse credatur. Verum Alexandro Seuero

dum illi Heliogabalus insidiaretur, hoc euenit,

Si qua fata aspera rumpas

Tu Marcellus eris. tum aliás, dum puerulus consuleret,

Temanet imperium coeli, terraeq; marisq;.

Adeo uero accumulate noster hic Virgilius illi fault, ut cū anis-
tum ad bellicas artes ac exercitationem à liberalibus artibus
traduceret, hanc acceperit sortem,

Excedent alij spirantia mollius ora,

Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus.

Orabunt causas melius, coeliq; meatus

Describent radio; & surgentia sydera ducent,

Tu regere imperio populos Romane memento.

Hæc tibi erunt artes; paciç; imponere morem.

Parcere subiectis, & debellare superbos.

tā bene cessit sors euentui. Sed audi quid Gordiano iuniori pro
sorte euenerit. Carmina enim hæc à patre frequentari dixerunt
in mortis non obscurum omen,

Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra

Esse finent: nimium uobis Romana propago

Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.

Ergo his nugis antiquitas tantum detulit, quantum nos reli-
gioni in reipub. administratione: habemusq; & nunc harum
fortium librum, planetis animalibusq; signiferi, tum regibus
ac prophetis uariebatum atq; distinctum. Sunt & minores & fa-
bis sumptæ sortes. Vetus enim quinq; fabas projiciunt, ergo
si una permutata crux fieri potest amatorium est, si no, hostile.
Firmior autem tanto amor, quanto crux ipsa exactior. Axi-
nomantia securi perficitur, non admodum trita res fuit, trun-
co rotundo ligni infigebant illam, deinde perpendiculo aptan-
tes, sub cuius nomine uel leui impulsu circumageretur, illum
culpæ reum fore aiebant. Aliud eius fertur genus, cum igne in
quo si Gagates lapis, non exuritur lætiſſimum est. Colcino-
mantia forcipe & cribro sit, urbibus ac uillis notissima. nam
penden-

pendente inter duos digitos forcipe, cui crurum circumuersi-
tur plures enim ac omnes suspectos nominant,)is creditur sce-
leris auctor fuisse. Sunt & qui uia naturae diuinare creduntur, ut
apud Iudeos Agabus, qui famem & captiuitatem Pauli præ-
dixit, & apud Aegyptios Heraiscus, qui mulieres corruptas cū
proxime illi essent agnoscebat, auersabaturq;. Multa in hoc ge-
nere de Tyaneo Apollonio referuntur, quam dicere hic expe-
diat, uel etiam credere. Sustulit hęc omnia lex nostra, quod mul-
torum malorum cause essent. Namq; eum ueritatis nihil omnī-
no subesset, quos uellent consulto uel etiam innocentes obiter
accusabant: inde rixae, iniuriæ, odia, & iniustæ accusationes.
Quamobrem & ciuili iure cautum est, ne quis Mathematicos
(sic enim omnes hos vocant) adeat cōsulat'ie. Sortes uero quę
non ad diuinationem, sed ad electionem sunt, non omnino ab
utilitate humanæ uitæ absunt, quod comparationem tollant.
Vnde optime in eligendis magistratibus Venetijs sors uolu-
tati admixta est. etenim & apud Apostolos olim Matthias for-
te non iudicio prælatus est Barnabæ, quem constat fuisse opti-
mum virum. Sic apud Plautum senex uxorem pro uillico suo
sortitur. Sunt & qui diuinandi modis ad prudentiam humanam
utuntur, commodaq; uitæ certius quim ex præscientia illa ad-
mirabili: uelut cum de furto queritur, Adornant suppositi-
tum uatem: inde gallum gallinaceum sub æneo vase coquina-
rio collocat, oleoq; superiorem illinunt partē, quę ab igne exu-
sta fuliginem traxit nigerrimam, inde omnibus uocatis qui ea
in causa suspecti creduntur, quibusdam precationibus gallum
adiuuant, ut cum tetigerit culpa conscientis lebetis summum fa-
stigium illum cantu prodat. Multi sunt, qui tam pulchre inuen-
tioni credant, tum maxime cum uati premium ob hoc non les-
ue propositum fertur. Accedentes igitur qui expertes sunt cri-
minis, tangunt secure. At qui se nouit conscientium simulat se tan-
gere nunquam canente gallo: expeditaq; fabula, qui scelus pa-
travit candidum habet digitum, cum reliqui omnes oleo & fur-

ligea tinctum habeant; tangentes enim denigrantur in digitis summitate, atque ita callide dum putat se a culpa eximere male facium reus prodit.

Reliquarum partium nunc exequamur industriam. nam & incestus nomine nunc omnia libidinis nephariae genera intelligimus: nihil aliud queritur in omni scelere quam peccati participatio. Hominem noui patritium, qui nunc etiam uiuit, si tamen patritius tanta cum impuritate, aut uiuere cum tanto scelere dici potest. Hic enim totam domum unam euertit Tici studens, erant autem in domo ancilla, matrona, cum filiis duabus, duabusque filiabus, ancillam occupat primo, inde dominam, quamvis non secundum poetae precepta dicentis:

Fac domina potiare prius, comes illa sequetur,

Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.
uerum hoc ut dubium tamen antea reliquerat, dum dixit,

Queris an hanc ipsam pro sit uiolare ministram,

Talibus admissis alea grandis ineft.

Itaque huic optimo uiro bene cessit hoc initium: sollicita enim de pudore suo matrona nepharium uirum non audiebat rei gere in filiabus. Erat autem altera annorum decem ac nouem, altera quindecim: in filiis causatus est domi solitudinem: & quavis nephas illa intelligeret, occurrebat illud quod in his quae ad pudorem pertinent uix fallit:

Aut numquam tentes, aut perfice, tollitur index

Cum semel in partem criminis illa uenit.

Sed haec nimis in tam scelerata re, plusque intelligitur quam uolumus. Sed non quod uolumus, forsan hoc esset ut libri omnes tam pernitosi exempli igni mandarentur, uelut libri de arte amandi, & fabulae Bocati, hoc ad Reipub. bonum pertinet. Quae enim populos ad seditionem impellunt si igni tradantur: cur quae corrumpunt relinqui debent? Sed forsan queret quis, quid inter uenenum, uenesficium, philtrumque interfit. Venenum est cum mors queritur, quale in boletis ab Agrippina
Clau-

Claudio subministratū fuit. Veneficiū cū amor h̄esa tamē mente quale Caligulę Cæsonia, Antonio Cleopatra dedisse credit. Ferunt Lucretium poetam tam uehementi ueneficio petitum ut seipsum interfecerit. Philtra amatoria sunt sine offensa. Est etiam ueneficij genus, quo d̄emones putant euocari. Antiquo enim tempore proprium semen deo Molochio sacrificabant, quod Moses sancte prohibuit. Alij humanas imolauere uictimas, ē quibus olim fuere Athenienses, Lacedæmonij, Carthaginienscsq; Scythæq;. Et Romani qui ab hac consuetudine Carthaginieles retraxerant, ipsi superstitione suadente bello secundo Punico duos uiros ac totidem foeminas insolentes uiuos sepe tierunt. Verum quid mirum de antiquis, cum etiam nunc referrant Idolorum cultores Indicī maris hoc facere. Constat sanè Moab regem imolato primogenito filio suo, super muros obſidione liberatum, cum ob id Iudæi illam reliquerint. Est autem his proxima præcantatio, quæ & antiquissima est. Vnde Homerus,

Θελαὶ δὲ οὐναῖος ἀμύνεος ἐπηθόιο,
Δῆται εἰπομένως, εἴ τοι δὲ αἷμα κελεύοντες ἔχεισθε.

(i. Vultus autem Vlybis magni ligarunt scite, propter carmen autem niger sanguis sistebatur.)

Multiplex hæc etiam non ad sanguinem solum fistendum, sed ad dolores sedandos, præcipue dentium, in qua causa euentus artem quādoq; comitatatur, eiusmodi penē sunt domorū expiations, de quibus apud Homerum,

Οἴσταθεν γρῦνα κακῶν ἀκηγεῖσθαι μοι πῦρ.

ὅφε δεκάδων μέχετον.

(i. O anus fer sulphur remedium malorum atq; adfer mibi ignem, ut suffuum in edibus faciam.)

Vnde sulphur & nūnc ad depellendos dæmonas creditur habere uirtutem. Sunt & qui præcantationibus in eculeo dormiūt, putant nihil has ualere si funis per muri fracti foramen reducta repente illum ac nescium trahat, cum pertinaces ac mortis

F 3 timi

timidos silentium tegit. Mira tunc ministrorum diligentia ton-
dent, radunt, purgant, denudant, ubiqꝫ latere purantes præcan-
tationem; sed ualeant præcantiones. Vnum mihi illarum ad-
mirabile exemplum legisse memini, seu ad eam, seu ad sacrificia
idolorum referas non contendeo. Hoc autem tale est, cū sub
Aureliano Imperatore Marcomani Italiam uastarent, consul
tis Sybillinis librīs, intellexerunt quædam genera sacrificiorū
peragenda esse, quibus perfectis ita barbari obstupuerunt, ut
nec retrocedere, nec procedere, nec una manere scirent: sed hæ-
rentes & sparsi Aurelianī exercitu se obijcerent, atqꝫ intra bre-
ue tempus ad unum omnes caderentur. Sunt & quædam natu-
ræ miracula præcantationi similia, ut cum ad eum quem occi-
derit, aut uulnerauerit, qui hoc peregit intra horas septem pau-
lo'ue plus aliquando accedat, sanguis ē uulneribus etiam pro-
rumpit. cūn tamen Rhodiginus nōster credat, sanguinem in-
ultionem iam commotum percussoris illius intuitu inundare,
defluerecꝫ à locis his, quib. pateat exitus. Multa sanè mira quæ
præcantationi tribuuntur, opera naturæ sunt; alia etiam homi-
num figmenta. Facile enim est intelligere Aurelianī sacrificia
non fuisse in causa ut barbari caderentur, sed ab infensissimo
Christianorum hoste confictam fuisse fabulam, cū tantum
eleuet Tyaneum illum, miraculaqꝫ de eo absurdā narret, tum
Christianis aperte detrahatur. Ergo manifestum quantum uo-
luntate nimis anxia nocendi sibi fidei detraxerit ab historia &
& conficto miraculo religionis suræ autoritatis. poterat præteri
to nomine Christianorum Appollonijsqꝫ multum nostris sacris
detrahere. Ergo quam pauci nunc cum iudicio scribant, qui an-
tiquos contemplētur usqꝫ adeo diligentes, facile est intelligere.
Sed ad rem redeo, extrema pars dæmoniacæ sapientiæ est dos-
lus. Sunt autem eius genera multa, prodere, decipere, compila-
re concredita, alchimisticam exercere, sygrapha falsa con-
scribere, adulterinam monetam fabricare, dolocꝫ quod leuissi-
mum existimat rem subtrahere, Satis intelligis cuius generis
sapientia.

sapiētia sit, quē ultimo est digna supplicio: euertit ciuitates, per niciasq; est reipub. hæcq; sola indigna est ut sciatur. Nam cū non alio differat is qui nouit ab eo qui ignorat, & tamen mala patrare uult, quam quod ille qui sapiens est mala ipsa exercet, assequiturq; flagitiū sui finem. Vterq; autem ex æquo reus est tam culpæ, quam poenæ: nihil aliud igitur maius habet hic sapiens, quam facinoris detestabilis effectum. Præstat itaq; & si cupias tentesq; perficere hoc nescire. quanto magis cum multa agamus, quia scimus, speramusq; finem intentum à nobis habitura, melius erit nescire quam scire: ergo cum bonis sceleris odium sit propter culpam, iuxta illud,

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
malis uero ob poenarum atrocitatem, etenim

Oderunt peccare malii formidine poenæ.

Vtricq; expedit hoc nescire, bonis scilicet ut culpam fugiant quam ex scientia ipsa subeunt, cum ad ea mala animus paulum ex commoditate flectitur: malis ut poenam quam patrato scelere dant. Necq; em̄ Ioannes Lignarius, qui nuper crematus est ob adulterinas tabellas, si nesciuisset quomodo ille facile latere potuisset, tantū facinus ausus esset. stupidos aut mortuos eligunt testes, quosq; facile possint euertere sensu. Est tamen ut in omni genere etiam pessimo summæ industrie quedam laus. nam & Circe & Medea tanquam ueneficæ clarissime celebrantur. Sic & Horatius nimium suam Canidiam & Lucanus Eri chonem, de qua in Pharsalicis:

Hos scelerum ritus, hæc diræ carmina gentis

Effera damnarat nimia pietatis Ericho,

Inq; nouos ritus pollutam duxerat artem,

credo inquam nullum genus uanitatis uberiores nugas poetis suppeditasse. atq; ob id celebratam artem omnibus in id certa minis genus descendantibus Homero & Virgilio in Egloga Pharmaceutria, & Theocrito atq; alijs. Verum Apuleius rem hanc serius agit, non solum longa illa alini fabula, & sparsis de hoc

hoc passim documentis: sed in *Apologia seorsum* ubi nihil magis uidetur uelle quam sua uitia prodere, forsan existimans quod ueneficij ars, amoresque puerorum, & hereditas ingens calliditate parta magnae laudi tribui debeant: sed haec potius quæsita quam impetrata, illa uero fabulosa. At quod omne ingens opprobriū apud sceleratum principem gratiana consequi possit, declarat *Locusta*, *Tigillinus*, & *Tirydates* olim apud Neronē. Nam locusta uenenum composuit, quo Claudium patrem fratremque Germanicum & Burum imperij sui autorem sustulit: ob id ergo meruit usque ad uitæ exitum illi chara esse, atque in precio. *Tigillinus* ob scelera, ob crudelitatem & luxum in administracione perpetuo perseverauit. Quid *Armenius* *Tirydates*, qui ob excellentiam magiae ac ueneficiorum regnum accepit Armeniae: & in discessu millies sestertium, dumque maneret in singulos dies nummum centies mille. Et apud *Tyberium* plures ob egregiam libidinis aut comedandi pertinaciā, honores ac præmia consecuti sunt. Ergo in omnibus malis & fortuna & apex aliquid possunt. Verumtamen ne quis ualde admiretur, quod Medici haec scelera non admittant: sapientes enim plerunque cum sint, raro hoc genus sapientiæ quod ad stultitiam magis attinet, amplectantur. Carent igitur uitiosi adeo manifestis, adeoque periculosis, qui aliquid sani in mente retinent. Ergo quales sint horum uitiorum species iam dicamus: etenim quamuis longo interuallo distare uideantur, omnia tamen scelera ad uim uel dolum præter amatoria reducuntur. Vnde & illa nisi multiplicia sint omnibus sunt leuiora: tum uero præcipue, quod reliqua nullum à natura somitem suscipiunt. At fallere uel cogere non nobis à natura inditum, atque ea causa Cæsar fidem frangendam si modo frangenda esset, solum regnandi causa existimabat, iuxta Euripidis sententiam,

Ἴωτερος γαρ αὐτικέν τοι τυραννίδος πέρι.

καὶ μησον αὐτικέν, τὸ μὲν δὲ εὐστέλεχον γένεται.

(i.e. Siquidem iniuste agendum est, regnandi gratia id pulcherrimum est, in alijs pietatem colere oportet.)

Nunc equidem siue iustitiam siue fidem seu pietatem dicas, nō admodum inferre puto. Satis enim arbitror esse, ut homines intelligent, quām stulte ob exiguum rem omnia iura diuīna humanaq; ac etiam naturae confundant: tales igitur nimis rūm est breui scelerum dare poenas. Inter hæc tamē uitia minima sunt, in quibus dolus ex cōposito struitur. Memini autem me uidiisse nō pauca. Semel enim cum in Saccensi oppido morarer, aduenit sycophanta exploratum habens, apud senem quendam prē parcum ac solitarium esse circiter ducentos coronatos. In cor- te igitur illius tabulam defodit æream marcidam ac literis qua si obsoletis, cōtinentem hanc ferme sententiam: Sub hac defodi to The. hoc erat sanè manifestum indicium. Occultauerat igitur tabulam iuxta ædes cum cortis murus humilis esset. Inde palam Venetijs profitebatur se omnia quæ sub terra laterent facile inuenturum: forte alijs seni persualum fuerat, latere in domo suo ingentem auri atq; argenti quantitatē, seu quod ad hoc aliqua coniectura bona inductus esset, seu ab alio qui eundem dolum moliretur, hoc illi dictum foret. Aduenit sycophanta, prædicat de se mirabilia, rogatur à sene, pollicetur omnem operam ut ad locum uenit, docet quantitatē ac profunditatem: dicit etiam subesse æream tabulam literis quibusdam inscriptam. defodit clam senex, inuenit tabulam, ostenditq; sycophantæ, rogar de thesauro recondito, dicit opus esse ut Venetias reuertatur, quod & alijs cogatur operā suam impendere, ne quicquam defodiat se absente, quod non solum frustra, sed etiam cum periculo id facturus sit. scribat post tres dies uenturum ad ipsum, sed opus esse in peragenda re uale stanneo, dat senex pecuniam ad emendum, ille duo emit uasa ex toto similia atq; equalia, interim literæ à sene ueniunt, cum primum tres dies elapsi fuerant, auferit sycophanta imaginem sigilli integrā, seruatq; seorsum, inde socio uas unū dat, redditq; ad senem cū unico uale. Socius diuertit in cauponam, rogar senex ut absoluat negotium, pacisciturq; de pecunia; sycophanta dicit opus esse

G

esse

esse sacrificijs, nec posse erui aurum sine auro, argentum'ue sine argento: non plus defodiri posse quam inditum esset, nec meniebatur. nullum enim aliud aderat aurum uel argentum: solum opus esse ut maneat ibi quod sepelitur, quamdiu peragit solenne sacramentum, quod Missam uocat uulcus. Tandem impletur uas auro argentoq; à seno, ut nihil reliqui esset in domo. Sentit sycophanta pondus, sociūq; iubet tantundē plumbi & adulterinorum numerorum in reliquum uas mittere, senex claudit suum, & sycophanta reliquum, imponitq; imaginem quam è literis eraferat, iubet senem sigillo uas suum claudere. quid tandem? duo paria uasa erant forma, pondere, atq; eadē imagine munita: collocauerat & retro senem tabulam, iubet deposito iam uase illam imponere, uertit se senex: ille uasa permutat, inane reponit, aureum surripit. iubet & aptius collocare, absceditq; ille, aptat uas, uidet imaginē, sentit pondus, quis dubitasset? tandem terram imponit. Sycophanta ad sacrificium ire se simulat, monet etiam post sacrificium illi necesse esse paululum abesse quarundam aliarum domorum causa. Attamen illico ut se expedierit ad prandium redditur:abit, conuenit scilicet, diffugunt ambo. Senex cum hora transiret, nec usquam ille appareret, coepit dubitare: sed tamen de quo dubitaret non habebat. Tandem circuit uillam suspicione plenus, domum de fatigatus reuertitur: nec dum audet defodere uas. Incusserat ille religionem si se absente defodisset: quasi sibi metuens ne à se ne deciperetur. Tandem ne per noctem illic maneret, effosso uase primo laetus est: existimabat enim illum aliqua arte oculis deluis uas ita surripuisse, ut nullum illic esset: sed ut aperto uase uidet plumbum, ferricq; fragmenta, & numeros rationum: dolore maximo & amentia correptus breui migravit è uita. Si milem euentum Papiae accidisse ad unguem referebat pater meus. Quid plura dicam, cum etiam audeant de his coram iudeicare contendere? Bernardus Gallus vir mihi notissimus, ac sycophanta celeberrimus, cum Vincentio nostro ciue paciscitur
trecent.

trecentis aureis, se doctrum confidere ex luto chrysocollam, siebat enim ex quadrante excipere, sed utilitatem superabat sumptus. Vincentius existimabat illum scire uertere ex ponderare; qua industria Venetus quidam ditatus est. Dat ergo pecuniae partem, ut comperit experimento rem non succedere, repetit datas pecunias, ille residuum postulat, res sub iudice acta est diu. Cum ille tantum extractum se pollicitum affirmaret, hic facturum quod ars damnoſa non soleat trecentis aureis emi. Idem Paulum Illyricum acq; alium Gallum spe factitandi ece lestem illum colorem alias coeruleum dicunt, qui proculdubio ex Armeno lapide trahitur, ac in precio maximo est, ut etiam aurum superet, omnibus facultatibus euertit. Erat autem Paulus Illyricus Pharmacopola, & amicus meus antiquus, quem ego monueram ſepiuſ, ſed tamen homini perſuadere non potui, & nunc uix arte familiari ſuſtinet. Factitant alij falsas gemmas, mercatoribus uendunt, plerique habentes & ueras, ut qui decipi adulterinis nequeunt, permutatione cum natuſis fallantur. Alchumia omnibus adeo nota eſt, ut nemo illi ſam fidem habere debeat: & tamen non defunt indies, qui patrimonia integrā in tam aperta deliramenta, ſeu fraude ſeu amentia effundant. Credo alleceti ſpei dulcedine quanquam eremititae: imitantes illos, quorum nō parvus numerus eſt, qui magis fauent medicis ſpem praeter ſpem de ego pollicentibus donec moriantur. Quamuis ignorantiae non obſcuræ infamia laborent, qua qui morituruſ certis indicij predicunt, quod in aperto etiam menadacio quoddam dulce pruriat; cum quæ uolumus audimus. Sic Franciscanus quidam gloria cupidus etiam male parte: tribus fæcerdotibus perſuasit, ſe admodum peritum in transmutandis metallis. Cumq; magnam quantitatē pecuniarura huius rei gratia contraxiſſet, ædem ſacram diuine Mariæ quæ extra oppidum Saccense eſt, nec nō domum in qua habitarent Franciscani, non ſolum apte, ſed etiam pro loci qualitate ſumptuoſe exædificauit. Interim uasa ostendebantur peracto negotio, uir ille

G 2 nūl

nusquam apparuit. Aedes manet, & ut dicunt Monasterium. pudebat illos quicquam petere, non solum quod nō esset & quo exigerent, deessent^{cum} testes numeratae pecuniae, sed etiam quod ut diximus habeant hoc in se flagitia, ut cum quis manum derit, non solum poeniteat facti, sed etiam pudeat. Vnde tuitus est adegitse semper socios: nam dum abstinent, res in periculo apud autorem manet. cum illos in flagitiis societatem traxit, pudoris uinculum eos continet. Quamobrem lex reuelantib. non solum ueniā sed & præmia largitur, quod uerecundiaq; uis timori poenæ opponatur: nec facile sit diuinare quid superare debeat. Erant & qui existimarent Franciscanum non uituperandum, quod religionis causa foeneratores supplatasset: adeo hominum iudicia peruersa sunt. Reuocat' me Franciscanorū memoria ad cuiusdam facti recordationem. Conuenerant ali quando cum pictore satis bono, sed ut est eiusmodi hominum genus irritabile ac leue, cum in pactione Franciscani de uino nullam fecissent mentionem negabant se debere, ille iratus deductis linteis dum uirginis fumus pingeret, iuxta conuentionē pinxit, & Apostolos morionum habitu cum affinisbus Marię saltantes, & beatum Martinum instantem tibiās. cumq; illi sub operis sine pecunias pactas dedissent, quod ille dissimulata ira eas ad uiuī emptionē necessarias sibi fore dixisset, perfecto ope re delusos se uidentes, accusare illum cœperunt. Tum ille quid mecum conuenistis, nonne ut fumus Marię pingerem? nonne pinxi? dixistis nil præter pacta obseruandum, placuit sic reliqua pingere cum nullum de hoc inter nos pactū intercederet. Nam neq; ego conquerus sum, quodd uinum non dederitis, & si pingendi consuetudinem ac sinnerum opponitis lachrymas, hoc uobis prodesse non debet: cum & ego pro consuetudine uinum peterem, & negaretis. Forsan confitum quis hoc putet, ego non negarim: cum tamen fide dignos testes habeam huius rel. Sed cur mirum, nonne etiam nunc in porticu beati Michaelis ad nemus Bononiae quidam fabulas Iouis ac Mercurij

cum

cum historia Christi ac uirginis Mariæ permiscuit: cum non minus hoc illo absurdū uideatur. tum maxime cū inter diuinatatis acta, & illibatae religionis exempla, nefaria deorum antiquorum cōmenta posuerit. Inter dolos etiam lepidissimus ille Ciceronianus, ne quid desit referendus erit, iscō uerbis suis si non speramus melius nos dicere posse quam Cicero, & quamvis deformis sit hæc sutura auri cum lino, licet tamen & lineis uestibus limbū apponere aureum. Verba igitur illius sunt hæc: Caius Cannius eques Romanus, homo nec infacetus & fatis literatus, cum se Syracusas ociandi causa, non negocian-
di (ut ipse dicere solebat) cōtulisset, dictabat se hortulos aliquos nelle emere, quo inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuissest, Pythius ei quidā, qui argentariam faceret Syracusis, dixit uenales se quidem hortos nō habere, sed licere uti Cannio, si uellet, ut suis, & simul ad coenam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, pescatores ad se conuocauit, & ab his pe-
tituit, ut postera die ante suos hortulos pescarentur: dixitq; quid eos facere uellet. Ad coenam tempore uenit Cannius, erat op̄pare a Pythio apparatum conuiuium. Cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisq; quod coeparat afferebat, ante pes des Pythij pesces abiectebant. Tum Cannius, queso inquit, quid est hoc Pythi: tantum ne piscium? tantum ne cymbarum? Et ille, quid mirum? inquit; hoc loco est, Syracusis quicquid est pi- scium, hic aquatio: hac uilla ipsi carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate, contendit a Pythio, ut uenderet. Ille primo grauate. Quid multa? impetrat. Emit homo cupidus, & locu-
ples, tanti, quanti Pythius uoluit: & emit, instructos nomina facit, negotium conficit. Inuitat Cannius postridie familiares suos, uenit ipse mature. Scalmum nullū uidet, querit ex proximo uicino, num feriae quædam pescatorū essent, quod eos nullos uideret. Nullæ quod sciām inquit ille, sed hic pescari nulli so-

G 3 lent

lent: itaque heri mirabar quid accidisset. Stomachari Cannitus, sed quid ficeret? Breuiore sermone explicabo. Quid Veneto cuidam tabellario successerit, is aureos quinques mille Romam deferendos suscipiens in uini dolio collocat, plumbisque sarcinas implens abit, dumque in luco praedonibus infami esset, abscondit sarcinas, equum occidit, seipsum pudet dicere, sed res neta est, paulominus uiginti uulneribus foedat, semiuiuus ad hospitium redit, conqueritur ereptam sibi pecuniam, exceptum equum, seminecem se pro mortuo tamen derelictum. Quis secus existimat: interim sanatur ac data etiam opera morbum diutius erahit. Tandem redit, res uerisimilis habetur, fideiussor cogilege non potest, quoniam exceptio tutum eum reddit. Cum tamen aliquot menses transiissent, ueritas rei enituit, condemnatusque est. Latrocinia priuatis periculosa, gloria regibus: quae obrem nec laudare illa possum, nec uituperare audeo. siquidem cum captum pyratam Alexander duci iussisset, exclamauit dominum hominum conditionem: Alexander cum maria maxima classem occupet, cum regna integra uiuere possit, rex et inclitus rex uocatur, ego qui una tantum nauis paucis sum infestus, & pyrata uocor, & pector ab illo. Id cum intellexisset Alexander, iustum arbitratus hanc defensionem, quae nil in se falli contineret, illam dimisit. Ergo daemoniaca sapientia pernitiiosa priuatis semper est: at potentibus, ac regibus aliquando conducit. Optare enim ea frequenter solent,

Quae nisi seductis possint committere diuis,

At bona pars procerum tacita libabit acerra:

Optimum tamen est principibus secundum leges uiuere: leges autem fore bonas. Nam & si plures principes ueneficia tanquam in communi periculo adhorreant, non tamen illi probi sunt, qui nephas solo metu odio habent: sed qui diuina quadam benitas se refugiunt. Videntur enim omnes uiri magni diuino quodam spiritu agi aut demonio. Nam Socrates male perire, & ante mortem somnio de die mortis admonitus est, Dion quoque spectram in do-

in domo uidit. Caio autem Cæsari quidnam nocte quaæ cædē
antecessit cubiculi fores aperuit; aut quid est quod Bruto dixit
dum solus esset, malus sum genius tuus in Philippicis iterū me
uidebis? aut qualis fuit illa augustior forma Cassio uisa in ca-
stris quaæ simillima Cæsari erat? Quid Syllam præmonuit per
somnum de imminentे fato? quidue est quod audiuuit sereno
cœlo tam iucundum? quid uocauit è Mattoleo Neronem an-
te obitum? Quid de nece per somnum admonuit Caligulam?
cur Antonius discessum Bacchi ex Alexandria audiuuit nocte
quaæ interitum illius antecesserat? Quid Adriano soporiferam
per somnum ante illius obitum miscuit potionem? dæmonium
sanè quod in illis erat. Namq; humana natura cum efferatur ad
dæmonij uim accedit. omnes hi obitum præuiderunt, & caue-
re illius uiolentiam tamē nequiuere. Nec tamen hi soli, qui haec
sapientia prædicti sunt, uiolentos habent exitus. Quinimo cum
Paulus arcana Dei diuino adiutus spiritu uidere potuerit: &
Stephanus cœlos apertos, & Philippus per desertū oculis etiā
mortaliū se subtrahens ferreretur, omnes tamen aliena ma-
nu mortui sunt. Verum illud potius inter hos spiritus discriminē
est, quod diuinus iustitiae pietatisq; copulatur cæterisq; uirtutis
bus, tranquillitatem autem ac requiem perpetuos habet comi-
tes. Dæmoniacus cædibus & rapinis ac dissimulatione excite-
tur, comes illi perpetua suspicio, ac multiplex turbulentia.
Quis sanè nisi impeditis sensibus laboranteq; animo dæmonia-
cam amplecti mallet sapientiam? Sed & in hominibus uelut in
ægris infirmis gustus dulcia & pinguia abhorret, magisq; de-
lectatur acrisbus & insipidis: sic uitio corrupta natura morta-
lium horret optima, pessimisq; adhæret. Tum maxime hoc sit
similitudine horum duorum generum, quaæ quanta sit ex hoc
satis intelligi potest, quod Symon & Elimas magi, pro diuinis
habebantur hominibus, & Christus qnī Deus erat à multis dæ-
moniū habere existimabatur.

HIERO,

HIERONYMI

CARDANI DE SAPIENTIA

Liber Quintus.

Scripturus sapientia praecepta omnibus, ne miseri fatis fecisse videbor, si tantum illis prodesse possum, quos nondum ulla aut fortunae uiolentia, aut studiæ laeserat: uerum necessariū existimauis, uelut & in medicinæ partibus ac militaris disciplinæ, si quicquam iam laboraret, si error nocuisset, id totum quod ex eo periret restituere. Videntur autem maxime tria ex quibus homines laeduntur, ut etiam si sapientes ac prudentes sint, mediocriter fructum tamen illius sapientiae percipere non possint. Primum quidem cum ab initio summa paupertas aut mala ualitudine hominem occupat. Secundum cum ex imprudentia in infamiam aut magnam calamitatem quis inciderit. Tertium cum iam senescet per multos casus opportuna uitæ fortuna eripuerit. Utque clarius haec expediam, tria omnino sunt, quæ usum sapientiae intercipere uidentur, infamia ingens, ualitudo depolorata, & mendicitas. Evidem mendicitas senectuti coniuncta, & ualitudo mala ac irrecuperabilis, diuinæ sapientiae munere magis indigent quam quod alio sapientiae genere possint leuiari. Quod si nec hoc satisfaciat, uel etiam haberi non possit, ad illos scripsimus præcipue De consolatione libros. Tum uero nec his auxiliantibus, librum De animi immortalitate nostrum legant. Maiora enim & iucundiora, & si non adeo certa in grauibus miserijs plus consolationis afferre solent mediocribus quamquam certissimis. Vnde non parum ad humanam leuandam calamitatatem confert, firmam habere de religionis ueritate fidem. Verum cum hic nihil minus quam consolationem queramus, sed auxilium, ideo ad tractandum de his nunc descendere oportet in

ret, in quibus aliqua spes est salutis. Manifestum est autem quod nec in lenis mendicitate, nec in irreparabili morbo ulla ferme est salutis spes. Ergo de reliquis tantum duobus membris dicendum erit. atque primo ut moris est scribentium generaliter, deinde per singula diuidentes capita unumquodque impedimenti genus attingemus. Igitur omnis infamia ac dedecoris una mea dela certissima obliuio est. Obliuio autem quatuor modis inducitur: tempore, gloria, mutatione loci & morum uel substitutione. Horum omnium fortissimum gloria est, non quod tempus non omnia uincat, sed quod abducat a memoria simul & uitam. Atque in hoc sensu Pindarus tam bene mihi uidetur hanc auxiliij rationem descripsisse, ut uerba illius subiungere uelim, ea autem sunt haec:

Τὴν δὲ τε πρεαγμένων
Θείας πεκάνη παρὰ σίκαρι
εποίητον, τὸ δὲ αὐτὸν
χρόνος οὐ πάνταν πεκτίρη
διωκετο θέμελιον ἐργει πάλος.
λαζὶ θεὶ δὲ πότι μεσον συνὶνθείμονι γένεσιν
εἰδι λαζον γερρήν πότι χαρέματον
πίμενον διάσκει παλιγκοτον εἰδι μασθέν.

Horum uerborum sententia haec est: Iustarium aut in iustarum operatioūm nec tempus pater omnium finē imponere queat, uerum bona fortuna quaepiam obliuionem earum largiri possit: cum malorum sensus, frequentium bonorum præsentia op pressum euanescat. Conandum est igitur illis quasi nihil senserint magnis conatibus gloriam capescere. Est enim adeo inuiolabilis eius possessio ac præualida, ut non solum in posterum deleri non possit, sed ad instar matrimonij retroagit, opinionemque hominum immutans facta quasi infecta reddit. Ergo stulte agunt qui præteriorum malorum memoriam retinere uidentur; stultius at longe, qui repetunt, cum malum ipsum cum dedecore coniunctum fuerit. Quamobrem scite ignominiam

niam suam Augustus sustulit, nō solum gloria rerum gestarū, sed & mansuetudine ac iustitia incredibili, cum antea mollis, crudelis, & patriæ proditor haberetur. Sic & Fabius Gurges ex intemperatissimo iuuene in Censorem morū senem evasit. Et Manlius Torquatus qui ob segnitiem ac stuporem relegatus à patre in uillam erat, audaci ac quasi temerario facto adeo opinionem segnitiei à se depulit, ut consul sine exemplo meretur creari, & seueritate tanta in filiū quem securi percussit, omnem stuporis maculam ingenti facto sustulit. Sp. quoq; Posthumus pertinaci assensu quo se dedi cū collega Samnitib; postulabat, ab infamia turpis deditiois & Cauidinē seruitutis liberauit. Vnde T. Luī admiranda uerba subiçere placet, ea sunt: (ut clariorē inter Romanos deditio Posthumium, quā Pontium incruenta uictoria inter Samnites faceret.) Paulus quoq; infamia pseuendi Christianos inuisus, immensa fortitudinis & tolerantiae exēpla reddidit. Et Augustinus hæresi infamis prolege Christiana & ipse gloriose adeo depugnauit, ut non magis illi Manichæi nomen quam Paulo persecutoris obijci posset. Sed nec adhuc utilis solum est gloria uirtutis ingēs, uerum inuidiam superare potest. Nancj præter mortem iūni corum magna gloria aut ingens beneficium illam tollere tantum queat. Eadem in nouis dominationibus, in uili etiā stirpe auxilio maximo est. Optima in principe gloria, que ex re militari habetur, nō ex reliquis uirtutibus. Nam quo consilio Petriales tot bella gessit: an ad utilitatem Atheniensis populi tantum, quem prope perdidit: an potius ad firmandā dominatiōnem suam? Evidem ex bello notio Tyrāno quatuor magna commoda adueniunt, quibus firmius retinere potest tyrannidem. Primum est magnitudo gloriæ, qua apud populū ille maxime dignus uidetur imperio, qui etiam maxime illud tueri, ad ministrare, augereq; potest. Secundum quod populos ac proceres ad parendum assuefacit, ut non tam leuiter postmodum in illum arma conuertere audeant. Necq; enim imperia belli & pacis

pacis similiā fuit , nec inuicem comparanda : cum in bello ex
 simplici edicto uitam ad manifestum periculū exponant . Vn
 de assueti parere non tam audaces ad tumultū redduntur. Inte
 rim etiam occupati animi nec tam facile quæ patiuntur ex ser-
 uitute animaduertunt, nec tam prompte , ut qui ex ducibus iā
 pendeant , non ex ciuium consensu aut fortunis in principem
 possunt coniurare. Quartum est quod pugnando aut morien-
 tes odium in tyrannum deserunt, aut uiuentes illum habent ca-
 riorem pro quo uitam exposuerunt, cuiusq; utilitati consulue-
 re. additur & his aduersus proditores prælidium , cum ex fre-
 quenti mutatione occasiō capere non liceat . Ergo Phalaris
 et Agatocles & Nabis perpetua fermè bella gessere. Eadē uero
 ratio & in his qui non ex stirpe regia existentes , regnum tamē
 arripiuerunt. Quamobrem Darius qui tam facile uictus est ab
 Alexandro, cum non hac uia partum imperium tenere tenta-
 set, leuiter ab Alexandre pulsus est, inuenitq; sui proditores
 multos; alios qui mandata regis deseruerunt : alios etiam qui
 non pro illo & hi maxima pars suorum erant depugnarent .
 Quod si Persarum regnum in Xerxis & Artaxerxis prole fuī-
 set : non tam leue fuerat Alejandro Asiam occupare. Quare
 & hoc ad Alexandri fortunam multum fecisse uidetur , Dariū
 hostem non ex antiquo Persarum regū sanguine extitisse. Ve-
 rum si regnum amplum sit, & uir qui illud occupat ualde humi-
 lis, ultra bellicam uirtutem etiam religionis autoritatem adiu-
 gere sibi debet. Quod David & Vespasianus fecerunt, cessitq;
 optime res. Num uero quamvis regnum esset exiguum, quia
 tamen uirtus bellica aberat, religionis commentum fuit necel-
 sarium. Ergo quando facillime occupabitur regnum , & quo-
 modo in noua administratione sit retinendum facile est intelli-
 gere: cum uero religio in populis multum possit, nec eius op-
 rario nutriatur nisi cum iustitiæ fama. Necessarium est tyrannū
 qui diuturnus esse uelit, uel nouum omnino principem, tueri iu-
 sticiam. Quod si novo principi antiquæ familie & proceres ob-
 H 2 stent:

stent: diutibus legibus tantum facile occurritur, atq; etiam omnino sine iniuria. Primam iam diximus: altera est ut nullo magistratu nulla ue dignitate fungi possint, ni creditoribus plenam satisfecerint: quæ lex olim Romanis in usu erat, ut ex Tranquillo in Dictatore apparet: qua sit etiam, ut in reliquos tanq; torpidos audacius agere liceat. Sed iam ut video extra propositionem rem egressi sumus. Nam temporis causa à nobis exploranda est, quonam illius auxilio infamia possit extingui. Ergo in mediocribus ac leuibus causis si nouū nihil aliud superueniat, si lentium & incuria omnem memoriam factorum obliterare solent. Studeat igitur, ne reuocando in memoriam diutius eam producat. Quamobrem nec serat de illa re sermones unquam: interim nec à causa illa in totum discedat, nec eā prosequatur, sic multis post longum tempus quotidianie restituuntur honores, longeçq; facilis infamibus, quam his qui propter inuidiā damnati sunt. Non ignotum fuit Romæ Cæsarem cum M. Crassō et P. Sylla & L. Anthonio conspirasse. Euanuit tamē fama succedente tempore. atq; in uniuersum non conuicta crimina, famam quanquam laedant, homines tamen audaces ad obtinendum magistratus non deterrent. Multo ergo minus in quibus non crimen, sed iniuria, aut casus infamie causam præbēt. Sunt & qui falso in eadem accusari current, ut falsum crimen uero fidem abroget. In quo etiam genere quidam conuicti scelerum ea miscent, quæ nec uerisimilia sunt, ut iudicium dissoluatur aut trahatur. Tertium genus auxilij à loci mutatione tum morum habetur. Nam cum permutatur locus, absentia obliterat infamiam in patria, & ignorantia non sinit extra patriam illam ali. Et Hercules quemadmodum in recuperanda corporis ualitudine, sic non uno modo exitus ē patria multa persæpe commoda ad leuandam infamiam adducit. Desiderium primo absensis, commiserationem fortunæ, obliuionem sceleris aut iniuriæ aut saltem qualitatum eius. Neq; enim ulla est res tam turpis aut foeda uel flagitiola, quæ si non circumscribatur, non admittat

tat apud plures defensionem, uel excusationem. Minuit etiam absentia inimicorum odium, fomitem omnis liuoris omniscq; maledicentia. Itaq; Timoleon cum fratrem occidisset, secessit in patria per multos annos. Eadē fermē ratio flis conductit, qui principis iram timēt, semper enim in absentes non solum maius redifficultate, sed etiam minore sanguinibus iracundia. Extremum auxilium in substitutione est, uelut cum latro religionem ingreditur, uel omnino contraria uita subiicitur, ut cum luxui parsimonia, uel avaricia magnificenter eximia succedit. Sustulit & audax factum retinendi Romanos ciues post Canensem cladem in patria omnem priorem eneruis ac mollis uitæ Cornelij Scipionis Africani opinionem. Itaq; studendū est optimis ac principiis auxilijs; atq; ubi unum non succedat, plura uelut in summis melius pondus infamiae ferunt. Sunt & in hoc genere defensiones, *Apologię*, certamina singularia, quibus omnis quantitas uis grauius infamia deletur. At uero paupertatis incommoda levius expelluntur, sed difficilius ars tollendi illa docetur, cum non generaliter, sed per capita tantum ea possit explicari. Sed tamen cum de iniuria prius aliquid dictum esset, sermonem de illa absolvamus. Omnis iniuria quantum ad eum ad quem pertinet, obliuione tradenda est. Nam cū non recordaris, non secus est, quam si non eā acceperis. Quamobrem optime mihi uidet Euripides dixisse :

ο πέτυια λέπε τὴν κακῶν, ὡς ἐ Θεοί,
καὶ τοῖσι συνυδρύσιν θένται αἱ θεοί.

(i. oueneranda obliuio malorum, quī es sapiens & calamitosis optanda Deus.)

Probat & hoc Aristotelis in libello de uirtutibus sententia : uolentis ad magnanimitatem pertinere contemptum uitæ, honorum, atq; iniuriarum. Ad eum uero qui intulit iniuriam sic patatum esse expedit, ut cognoscat potuisse sed noluisse ulcisci. Aliter illud tibi continget Laconicum, ueterem ferendo iniuriā irritas nouam. Quonam pacto igitur intelliget defuisse solam uokintatem; si te amicis fultum ac potentem agnoscat; multis

H 3 assue-

stent: durabus legibus tantum facile occurritur, atq; etiam omnino sine iniuria. Primam iam diximus: altera est ut nullo magistratu nulla ue dignitate fungi possint, ni creditoribus plene iam satisfecerint: quę lex olim Romanis in usū erat, ut ex Tranquillo in Dictatore apparet: qua sit etiam, ut in reliquos tanq; fōrdidos audacius agere liceat. Sed iam ut video extra proposita rem egressi sumus. Nam temporis causa à nobis exploranda est, quonam illius auxilio infamia possit extingui. Ergo in mediocribus ac leuibus causis si nouū nihil aliud superueniat, si lentium & incuria omnem memoriam factorum oblitterare solet. Studeat igitur, ne reuocando in memoriam diutius eam producat. Quamobrem nec serat de illa re sermones unquam: interim nec à causa illa in totum discedat, nec eā prosequatur, sic multis post longum tempus quotidianie restituuntur honores, longe q; facilius infamibus, quam his qui propter iniudiā damnati sunt. Non ignotum fuit Romæ Cæsarem cum M. Crasso et P. Sylla & L. Anthonio consiprasse, Euanuit tamē fama succedente tempore. atq; in uniuersum non conuicta crimina, famam quanquam laedant, homines tamen audaces ad obtinendum magistratus non deterrent. Multo ergo minus in quibus non crimen, sed iniuria, aut casus infamię causam præbēt. Sunt & qui falso in eadem accusari curent, ut falsum crimen uero si dem abroget. In quo etiam genere quidam conuicti scelerum ea miscent, quę nec uerisimilia sunt, ut iudicium dissoluatur aut trahatur. Tertium genus auxiliij à loci mutatione tum morum habetur. Nam cum permutatur locus, absentia oblitterat infamiam in patria, & ignorantia non sinit extra patriam illam ali. Et Hercules quemadmodum in recuperanda corporis ualitudine, sic non uno modo exitus ē patria multa persæpe commoda ad leuandam infamiam adducit. Desiderium primo absensis, commiserationem fortunæ, obliuionem sceleris aut iniuriæ aut faltem qualitatum eius. Neq; enim ulla est res tam turpis aut foeda uel flagitiosa, quę si non circumscribatur, non admittat

tat apud plures defensionem, uel excusationem. Minuit etiam absentia inimicorum odium, fomitem omnis liuoris omniscq; maledicentiae. Itaq; Timoleon cum fratrem occidisset, secessit à patria per multos annos. Eadē fermē ratio filis conductit, qui principis iram timet, semper enim in absentes non solum maio redifficultate, sed etiam minore saeuunt iracundia. Extremum auxilium in substitutione est, uelut cum latro religionem ingreditur, uel omnino contraria uita subiectitur, ut cum luxui pars monia, uel auariciae magnificentia eximia succedit. Sustulit & audax factum retinendi Rōmanos ciues post Canensem cladē in patria omnem priorem eneruis ac mollis uitæ Cornelij Scipionis Africani opinionem. Itaq; studendū est optimis ac præcipuis auxilijs: atq; ubi unum non succedat, plura uelut in sumis melius pondus infamiae ferunt. Sunt & in hoc genere defensiones, Apologię certamina singularia, quibus omnis quantus uis grauiis infamia deletur. At uero paupertatis incommoda leuius expelluntur, sed difficilius ars tollendi illa docetur, cum non generaliter, sed per capita tantum ea possit explicari. Sed tamen cum de iniuria prius aliquid dictum esset, sermonem de illa absoluamus. Omnis iniuria quantum ad eum ad quem pertinet, obliuione tradenda est. Nam cū non recordaris, non secus est, quam si noneā acceperis. Quamobrem optime mihi uidet Euripides dixisse:

Θ ποτνιας λιδη την καικην, ας ε Σφη,
και τοισ θυντευσιν θεκται α Στος.

(i. Oueneranda obliuio malorū, quī es sapiens ex calamitosis optanda Dea.)

Probat & hoc Aristotelis in libello de uirtutibus sententia: uolentis ad magnanimitatem pertinere contemptum uitæ, honorum, atq; iniuriarum. Ad eum uero qui intulit iniuriam sic patratum esse expedit, ut cognoscat potuisse sed noluisse ulcisci. Aliter illud tibi continget Laconicum, ueterem ferendo iniuriā irritas nouam. Quonam pacto igitur intelliget defuisse solam uokuntatem: si te amicis fultum ac potentem agnoscat; multis

assuetum prodeesse; nocere nemini, qui omnem minimam ulci-
scitur calumniam, nunquam in magna iniuria uideri poterit
uoluisse condonare. Stulte igitur existimant quidam Socratē,
Diogenem, Zenonem patientia sola fuisse ab iniurijs tutos; nō
enim patientia ipsa tutos sed admirabiles reddidit, potentia ue-
rō & autoritas defendit illos. Quid est, quod bis, ter ue, aut qua-
si uolentes iniuriā tulerint? Quis hominum ac prope regum
dicam, qui nunquam in uita iniuriā passus sit? pudor ergo &
timor illorum hostes, sicut & reliquorum hominum ab eorum
offensione prohibuerunt. Veruntamen nec omnis etiam iniur-
ia ex equo ducenda est, sed quae pertinacia & scelere caret. Nā
quae cum scelere coniungitur, prorsus est uindicanda; quod cū
iniuria iactura etiam publica coniungatur. Ne igitur male co-
stitutum à legibus credam hæredem, qui non ulciscitur defun-
cti iniustam necem, hæreditate indignū ab illa excidere. Quan-
quam & hæc lex cum multis boni exempli antiquata sit. Sic &
pertinax offendendi propositum ad securitatem tuam spectat
videtur, in qua nulla lex, nullum consilium dissuadet, quin sa-
gis male uelis alteri esse quam tibi. Mihi tamen uindictā & ego
retribuam, dixit scripturæ sacrae autor sp̄ritus: negabo ne. Sed
eodem suasore opes omniaq; commoda relinque, perfectionis
enī & non humanæ sapientiæ hoc præmium est, ut etiam ui-
uens beatus sis. Sed iam ad ea ueniamus incommoda quae si-
gularia sunt, quandoquidem ut dictum est etiam omnia quae
ad paupertatem pertinent depellendam præcepta singularia
sunt. Illud tantum docentes, principi nullo modo expedire, ut
iniuriā à subditis patiatur, cum nec eum ferre debeat qui iniu-
rius in suos magistratus uel etiam contemptor legum sit; nec
tamen faciendum ut tyranni facere solebant. Eccelinus, Phala-
ris Italus, exitium familiæ suæ nimia crudelitate peperit, Ioan-
nes Galeazius sibi. Igitur ad reliquorum curam duabus ratio-
nibus communibus opus est, altera quam Græci uerterunt in
proverbium γνῶθι σεαυτόν. Altera ut quod per te uidere non po-
(i. Noſſe teipſum.)

te, ab alio discas amico fidi ac prudenter, qui non plebis iudicium infidele, iniquum, damnum respiciat, sed ipsam rectationem, meliorumque consensum. Difficile est & hoc sane, alteri se credere, cum non leue sit fibi ipsi. Oportet & aliquam spem in calamitate collocare, dierumque euentum obseruare, tum occasionem, ac cum uenerit arripere ac retinere. Multi enim cum saepius a fortuna ad dignitates ac opes restituti sint, stabilem ac tanquam cubum sibi eam fingunt. Itaque utrumque extremum cauendum est, & desperatio in calamitate: & securitas in felicitate. ut ex illa contemptus ac noua spes recuperandi incidat, et enim his qui humanas res tractant non frangi animo, sed in aduersis bene sperare iuxta sententiam dicentis, expedit.

Multa dies, uariusque labor mutabilis ævit

Retulit in melius: multos alterna reuisenſ

Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.

At uero animo constanti multæ se inferunt occasiones quæ hominem seruant. Multa etiam studio ac industria perfidere licet, illud te non ignorare uolo, omnium magnarum rerum, quod etiam alias diximus, exiguos esse ortus & imbecilles, quapropter etiam in minimis non negligenda cura. Memini cum Florentiam irem ascendentibus nobis Apeninū obseruasse, quod Geometræ dicunt, longiorem lineam minorem ad parallellum angulum facere: ob idque tutius minoreque cum difficultate & equi latitudine iter agebam. Admirantibus cunctis, ut omnes me unum sequerentur, qui nunquam iter illud fueram ingressus, ipsi usque gnatiss. Quidam antea ex illis etiam sub equo cœciderant, nil mirum nostra minimis constare, cum & nos ipsi minimi simus. At uero ne quicquam è diuerso tanquam esse nō posset paruifaciendum. Plura enim sunt extra opinionis nostræ fidem & intellectus magnitudinem. Plerunque illud enim accidit, quod Virgilius Aeneæ futurum sub Sybillæ persona prædictum dicens,

Tune cede malis, sed contra audentior ito

Quām

Quām tua te fortuna s̄inet, uia prima salutis

Quām minime reris, Graia pandetur ab urbe.

Quis inuenit in Musica curam ueneni? curamq; coxendicis doloris? ergo minus mirum tam euidenter excitari mentes, cum etiam corporum affectus illis subiaceant. Ferunt Agamemnonem reliquiss domi musicum tam excellētis artis, ut Aegistus potiri nō potuerit Clytemnestra nisi musico occiso. Longe igitur magis dolendum est musicam illius amissam, quām Doricum modum, quo Alexander profiliat a mensa. Nec tamen contraria ratione omnibus fidendum, sed delectus habendus: atq; si peccandum, tutius non credendo uera, quām fallīs fidem adhibendo peccatur. meliusq; longe est carere fido cōsultore quā habere infidum. Vnus narrat Ventidius recte usus proditoris Pharei Cyrenensis societate: cum enim ille missus a Parthis pro exploratore Ventidio duci exercitus Romani se infirmitasset, dolus dolo uictus est. Omnia enim dux exercitus illi patera cere simulat, ille rursus Parthis renunciat, que illis pestima ex usu forent: quoniam amicum Ventidio se frustra crediderat. Quamobrē illi cū Crasso rem agere putantes, quā amplissimo ciui Romano uictoriam extorserant seruo concesserunt. Sed nec Ventidius quamuis illum deceperit, usus tamen est eius cōfilio, quanquam rari sint Ventidiij. Enīmuero pernitiosum nimis est principi a prauis uel adulatoribus aut imperitis cōsuli, uel qui iuitio irāe aut odioi aut liuoris detineantur. Docent iniūles pecuniarum profusiones, inde noua excogitant uectigalia, auaros & ingratos, sic enim appellant qui parciores erga hos lurcones sunt, multis ac magnis probris infectantur. Ergo inter tot cōspirantes aulicos recte princeps et si *etiam uictus* esset dijudicare poterit, uel suam retinere integratatem. Peccat autē non solum populos spoliando, sed ditando parasitos illos, immo grauiore exemplo fint pecuniae principum solius præmia uirtutis: & uectigalia noua uel graues exactiones necessitatis tantū causa imponantur. Ergo cum effundere intemperanter & exu-

gere

gere uolenter assueuerint, paulatim in alia probra detinuntur,
 cædes, sacrilegia, stupra, adulteria, fiuntque antiquis tyrannis
 longe detersores. Siquidem Dionysius senior cum filium depre-
 bendisset adulterasse, dixit num talia in te unquam uidisset cri-
 mina? tum filius, at tu patrem non habebas tyrannum, indicans
 quasi cum euperet defuisse licentiam. tum Dionysius: & tu si ta-
 lia facere perges, filium non in tyrannide relinques: quod & eue-
 nit. Succedunt ex his si non detersora, sanè proculdubio turpio-
 ra, contemptus scilicet superum, opinio impia, quæ doceat confu-
 dendum esse viribus solū, ac potentiae & diuitijs, deum uel non
 nosse, uel non curare mortalitia: in qua sententia fuit & auuncus
 Plinius dum de Deo loquitur. Ergo ea solū fugienda, quæ
 uel infamiam principi uel exitium afferant. Hisque modis tam
 perniciosi consilio principibus, quam sibi utiles per inertiam &
 luxum ac fraudes ad summos euehuntur honores. Ostendimus
 enim in libro de Archanis, esse Dei etiam de singularibus pro-
 uidetiam: sed adeo moderatam, ut nos nec metu deterreat, nec
 ui prohibeat ab agendis, ut sit omnino quod in nobis est uolun-
 tarium, etiam undeq[uod] liberum. Nam nullo externo metu,
 & si effectus pensæpe nunquam uoluntas inhibetur: sola diuina
 animaduersio etiam uoluntatem immutaret. Itaque stulta pro-
 digalitas tyrannidis in principe mater est, nec unquam inues-
 tiges auarum principem tyrannum, nec à tyrannide immunem
 eum qui prodegerit. uides Heliogabalum, Neronem, Caligula-
 lam, eo maiores tyranos quo profusiores. Contra Antoninos
 duos, Alexandrum, Seuerum, Traianum, Vespasianum, tantum
 à tyrannide abfuisse, quantum à largiore pecuniarum effusio-
 ne. Tuta igitur in principe parsimonia, execranda profusio. At
 in occupando quæ aliorum sunt diuersa ratione utendum est.
 Philippus alienos semper ditauit, suos habuit pauperes. Expe-
 dit autem principi subditos habere nec potentes, nec mendicos;
 illi seditione debilitant illius potentiam: si nec principi auxilia-
 ri possunt, & cum fortunarum amissione infirman[ti] & animi.

I Vbi

Vbi enim videbis in summa natum egestate, qui egregium fortitudinis exemplum unquam ediderit? cadit cum magna calamitate plerunque animi uis. quoniam pacto igitur nutriti in ea poterit ergo ridiculus Agapetus: nequaquam, in modo astutus, qui Iustiniano largitiones suadeat, ut nec illum puderet accipere, quod Imperatori pulchrum esse dare persuasisset. Meminerint reges nullum esse principem absque finitimi: ubi finitimi ibi belli periculum: ubi bellum periculum, pecuniarum adeo est necessitas. An ergo melius est habere sine cuiusquam iniuria, sine odio, sine malo exemplo, sine seditionis periculo, an cum his omnibus: Stomachum mouet insulsa liberalitas. Ioannis patriarchae, qui integra patrimonia hominibus ignauis effundebat. Cum uero Barbari ex Africa Mahumethani superuenissent, exhaustum aerarium huius ne dicam stultitia inuenere, atque ideo impotentes accolae ad repugnandum religionem, urbemque cum libertate amisere. Haec sunt illius egregiae liberalitatis premia, hic fructus. Hei quantum praestaret, ut qui docerent alios, ipsis per se scirent, uiri que essent non foeminae, studiosioresque reipub. quam priuati commodi: & uerae uirtutis quam aurum popularis. Nec enim unquam res nostrae finem aliquem bonum habebunt, nisi cum abiecta omni simulatione omnique uitio tum adulacione, ueritas ipsa amplectetur. Non est crede mihi religio ulla, qua bonum publicum cuertere doceat: nec ulla ratio regendae reipub. utilis, qua religione disiuncta sit. Sed non hic error principibus soli accidit, priuati etiam ipsis malo multorum consilio pessundantur. Quamobrem illud Horatij carmen,

Nil ego prætulerim, iucundo sanus amico.
Sic ego uerterim una dictione

Nil ego prætulerim, prudenti sanus amico.
Nec enim in nobis ipsis facile est errata corrigeri, nec melius illo quicquam extra nos esse potest. comparandus primo ante omnia. Hic est qui si ultra amicitiam & prudentiam etiam habeat autoritatem, iam in uno omnia te consequutum intellige,
si no-

Si nō, multis modis quærendum est, quod ab uno fauente fortuna impetrari poterat. Post uero diligenter cauendum ne aberes. miseris enim error imputatur, & plus nocet; beatos si sit me diocris parum ledit, plerunque etiam latet. Multis autem modis errare contingit, grauiusque ac facilius ab his qui calamitosi sunt, ut etiam quandoque insaniantur, ob animi mœrorem uel affectum. quapropter semper a curis animus sublevandus est. Sed si nimis opprimatur, liberatur a stultitia curæ iucundæ. At nihil iucundius est inuentione; igitur inuentio obliuionem inducit eorum, quae in uita aduersa contigerint. atque eo modo a stultitiae periculo liberat. Sed tamen caue ne nimia etiam animi intentione labo rans insanias, fiatque remedium uenenum. Fertur enim Carpentarius Musicū, dum nimis ad artem, cuius studiosissimus erat pontifex elaboraret, e proprio sensu decidisse, nec tamen quaequam iucundius addidit imitatus olores extrema illa cantione. Iuuat etiam in his periculis permuttere curas: sed in eas quae prioribus opponuntur: uelut ludus paupertati, amor luctui est medicina, sunt & qui patriam mutant. Et equidem tria magnum momentum afferunt miseris, mutatio uitæ, morum, loci. Stultitia uero contrarijs affectibus gignitur, mœrore scilicet, odio, studio, amore, timore confirmatis. Atque ideo magna res est cum cooperit: nam cum uarietate iuuetur, augeatur perseveratio. At contra perseverantes ac sui similes prudentes iudicamus: uarios uero stultos ac inconstantes. Ideo difficultissimum est mederi stultitiae, & sapientiam praefere ferre. Ergo inuentio optimus auxilium in stultitiae timore, optima ac perpetua in Geometriæ atque Arithmeticis, uindicat ergo a plena stultitia harum artium studium, tum maxime ut dixi inuentionis. At contra artes ipsæ a sapientia procul absunt, magnitudine enim studij motent atram bilem, & consuetudine demonstrationis simplices efficiunt homines. ob quam causam omnes qui Mathematicis operam dederunt, infelices a fuitentute fiere, nec regula unquam exceptionem passa est. Alienantur enim a prudentia humana

& consuetudine aliorum, sapientioresq; alij se putant, quod ostendere nouerint quae alij nesciant. Ita q; propemodum stulti ac ab alijs contempti euadunt: quae causa etiam perdidit poetas, ut filij Sophoclem male tractationis rei familiaris accusarent, cum propter tragedias domus curam desereret: sed Are pagitae illum absoluuerunt. Succedente tamen tempore aliqui non omnino sunt imprudetes existimati. Sunt & exercitia que sua natura stultitiam gignunt, uelut Pædagogium non solum assiduitate docendi, sed irascendi frequentia, tum uerberandi consuetudine, iuxta Græcum distichon:

Ἐπειδὴς γραμματικὸν δύνασται ποτὲ ἀγέντος ἔντελον,
οὐέτιν καὶ μηνίν, καὶ γέλων θιδὺς ἔχων.

(i. Nullus grammaticus firmus esse potest, iram, furorem, & indignationem flatim obtinens.)

ac etiam propter ipsam conuersationem, ut alijs dictum est. Cum pueris enim ac mulieribus & stultis uersari sapientia est inimicum, adeo ut pueros consulam a mulierum familiaritate cum primum decimum exegerint annum abducendos. Educati enim cum foeminiis nihil honore uel uirtute aut gloria dignum excogitant: sed superstitionibus & luxui ac ornatuitatum intenti, nihil magis oderunt quam quod & foeminae ipse, bonos scilicet mores. an mulier puerum de fortitudine aut de studio, aut de gloria uel temperantia instruet: quarum aut expers omnino est, aut si praeclera etiam sit, uix unius aut duarum labia degustauit: unde sit ut maxima pars eorum qui male perireunt cum matre sola adoleuerint. Vitanda est etiam ut diximus, ea uictus asperitas, que multos candido ingenio firma memoria optimæq; spei ac pudoris casti eneruerat atq; corrumpit. Nihil uero supra mediocritatem exerceas, sed quemadmodum & in itinere cum nescis alios sequaris; adeo placet uulgo nihil extra semitam moliri, ut qui medeatur uno tenore ac quasi ex prelo pro optimis medicis habeantur. putant similitudinem quae in moribus est, etiam in arte esse laudabilem. Verum ut dixi nec in ar-

in artibus ea aequalitas seruanda est, nec temere permutanda, sed magno nixu ac sensim innouandum aliquid: aut si non aedes persistendum in his, quae quanquam bona non sint, usus tamen ea defendit a uituperatione. Sic nec in humanis negotijs omnibus credas, nec illa tamen uelut Geometrica tractes: sola enim illa uere sciuntur in ceteris, si firmam desideres demonstrationem, operam luferis. nam non solum negotiationes certae non sunt, sed nec aliud quicquam. Scimus sonum ex aeris ueloci cōcussione fieri: quomodo tamē fiat nescimus. Nam si materia omni caret, cur non uidemus ultra muros? si habet, quomodo audimus? uidemus radios luminis quod experimento cōstat, at quid est quod radios toties infinitos multiplicat? Calefacit Sol, quomodo si calidus non est? eadem ratio in opinionib. tuendis, ali⁹ negant Astrologiam diuinatoriam, ali⁹ pro illa depugnare parati sunt: ali⁹ lemures circumuagari uolunt, ali⁹ ut amentes irrident, qui talia credunt; ali⁹ Alchymisticā extollūt; ali⁹ uanam esse putant. Tu uero ubi nec reipublicæ nec religiosis iactura est, precario faue opinionibus. Vidi multos qui ob iniurium rerum disceptationem, nam quae dixi pro exemplo sunt, in graues incidentes contentiones: Pro quibus etiam iniurias suscepere. At contra ne etiam effusus sis coram laudando aliquem, sed si maius potius seorsum, multi adulatoriū illud præ se ferunt, quod ut dicit Euripides,

βαῖος τι καὶ τῷ δὲ δῖνεν αὐτεῖσθαι λίαν

(i.e. *Nimis laudes cum onere sunt.*)

etiam in deterius exit, irrisio[n]is enim loco plerunque interpretatur, nec poenitentiae locum relinquunt. Ergo illud Horatianū imitandum erit,

Virtus est medium uitiorum, utrinque redactum.

Illud etiā magna diligentia deuita, ne quenque laudes qui iudicio uel uerbis, aut re, te tuaque non probet. Nam sic nō solū te ipsum damnare uideris, sed uili assentatione in amicitiam uelle insinuari, quod turpius sit an damnosius non facile est intelligere,

Γ 3 huīus

huius etiam causa præstat ingratum uideri. Quod si iam in infamiam singularis facti incideris, iurat quandoq; transmutare uulgi voces in minus noxiū crimen, naturam imitantes, quæ & ipsa mōrbos ē uentre in crura transmittit. Alcibiades uir ufer inter Græcos cum infamia laboraret, quod res publica ab eo euerteretur, canem pulcherrimum magno emisit precio, inde auribus et cauda abscessis deformatem emisit: nulla cum custodia, amicis admirantibus respondit, non poteram aliter plebem & maledicendo de me in his quæ circa rem publicam tractauit auertere: nunc huius infanæ admiratione detenti, obliuiscuntur maiorum negotiorum. In qua causa diu populum illum ad sua flagitia connuentem habuit, & nisi statuarum casis mouisset indignationem diutius deludere bene dicendo & male agendo illos poterat. At uero si iam in opinionem stultitiae apud populum decideris, dissimulanda est opinio illorum, blandientur illis: quod si iustam causam habeant infamis opinionis, permutanda sunt ea quibus in illam descendisti. Si nullam, uide scenda leniter morum petulantia. Semper tamen illud memineris, apud populum improbitatis opinionem & stultitia abesse: at ultoris & probitate. Sunt & auxilia quæ ad hoc diximus, diutiarum comparatio, & magna gloria exemplum, & loci mutatio. Ego tamen ut Horatius inquit, Odi prophanum uulgas & arceo. Improbum enim est & omnium malorum origo, quod nec sibi temperat, nec bonos equo animo fert. At si in tutitudinis opinionem peruerteris, & nunc non pauci illa laborant, ne conjecturis unquam a te illam abigere tentes: plerunque enim frigida defensio ualidiorē reddit accusationem. Ergo uel certis testibus eradicanda uel obliteranda silentio, nec tamen hac ut stultitiae opinio vindicari debet; quod simul coeant potentia & flagitiosa uita: immo plerunque ut docuimus coniunguntur. In erroribus autem qui accusationi non subiacent, magnos uiros ostendere eadem in causa aberrasse, pro plena excusatione plerunque habetur, Velut Cicero cum pro M. Marcelllo

cello & pro Q. Ligario peroraret, ut ibi, Non enim consilijs soli
 & iudicis, sed armis etiā & castris dissidiebamus. Tum ibi,
 Dolebam enim Patres C. ac uehementer angebar, cū uiderem
 uirum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisse: non in ea
 dem esse fortuna. & rursus: Iisdem in armis fui. Quid aut aliud
 egimus Tubero? nisi ut quod hic potest, nos possemus: in quo
 duplice genere insinuationis utitur, & criminando aduersariū
 & cōunitatē criminis docendo. uerum hoc illo facilius est.
 At si cum periculo aliorum memoria inducitur, ostendisse sufficiat
 non docuisse. Hostes enim habebis quos prodideris nō des-
 fenses: quamvis multi in animi dolore nequeant sibi tempe-
 rare. Sed qui honoris inter homines ac potentiae student, quod
 saepius dictum est, non ira & indulgere, nec iniuria rationem ha-
 bere debent, sed cuncta pro commodo & utilitate metiri. atq;
 in his grauitatem seruare expedit, non longos sermones frus-
 tra serendo, ut mulieres ac pueri solent: neq; obiter ac sine ra-
 tione commemoranda quae præter propositum sunt, ut scire uidearis:
 necnon oportuno tempore inducenda, quemadmodū
 Aegypti ossa olim mortuorum coniuiri inferebant, ut condi-
 tionis nostræ reminisceremur. res quidem sapientis, sed opor-
 tunitas deest: cum cōiuia ad relaxandum animos & exhilaran-
 dum tam horrendo spectaculo non indigeant. Etenim ut ama-
 rum recte omni sapori miscetur preterquam dulcis: triste om-
 nibus horis potest conuenire, nisi inter gaudia. Atq; eadem ra-
 tione importuna est etiam iucunditas ac risus in moerore tristis
 simo, ut tyranni hoc genus uoluptatis inter maiores reponerent
 cruciatus. Nempe C. Caligula saevitiae monstrum patrem
 eius quem occidi iuulerat coenæ adhibuit, omnibusq; modis ad
 hilaritatem & iocos prouocauit ea die qua poenæ filij interfuerat.
 Cum principibus uero disteris tum maxime fallis uti num
 quam profuit, quandoq; etiam grauiter nocuit. Nam cū Dionysius senior quereret ab Antiphonte, quod nam genus aeris
 esset pulcherrimum: respondit ille, quo Harmodij & Aristogitoni

eonis statuæ ab Atheniensibus sunt conflatae. Harmodius enim & Aristogiton, filium Pisistrati Tyrannum occidentes tanquam liberatis Athenis statuas promeruerant. Intellexit Dionysius ad ipsum pertinere scomma, occiditque illum, & merito. Quorsum haec in quibus nulla prorsus utilitas, sed libertas tantum loquendi maxima? Simili conuictio Lysimachus irritatus a Pantaleone quod in Arsinoen illius uxorem uicem solitam, hoc carmen iactasset,

ταῦτα καὶ τάχεις πλὺν δὲ μέσοτεν εἰσαγόν.

(i. Malorum principium facis hanc uicem introducens.)

In cauea illum conclusit, aluitque usque ad mortem. Mitior fuit a liquando in intempestiuam dicacitatē Ludouicus Sforzia Mediolani princeps, cum legato enim Venetorum deambulans liberae linguae aulicum quem diligebat interrogauit; quomodo ualeret; at ille seu ira seu stultitia, siue quod ita succurrisset, uerbum non consideratum respondit; male. cum princeps causam quereret, dixit aulicus quod uulgatum est (Quando caput dolet, cætera membra dolent) tum Ludouicus confessim excede ē conspectu meo illico mastigia, & ubi primum te uidero scias ne luendam capitū poenam. Propterea caute cum omnibus cū sit agendum, cum regibus tam sapienter, ut intelligas quod iactabat Artaxerxes: non solum quæcumque liberet dicere, licere illis, sed etiam facere; ut pernitiosum sit, uel aduersari illis, uel maledicere, sed etiam despondere uitam ~~pergitbis~~. Exitio enim apud multos hoc fuit, cum existimat reges adulacionis hoc esse pessimum genus, ac simulatae cuiusdam incredibilis beneuolentiae. Nimirum igitur si captatores captari soleant ab his principibus, quibus omnis occasio grata, quæ etiam est ad explendā saeuitiae libidinem commoda. Insani est etiam ac amentis hominis, ea alijs exprobrare, quib. ipse laboret. O quoties dixi, ô homo, carere debet omni culpa qui in aliū dicere paratus est. Ne forte tibi illud Horatianum insurget,

Tu cum sis quod ego, & fortassis nequior, ultro

In se

Infectare uelut melior, verbisq; decoris Obuolras uitium. Multa forsan hæc uidebuntur ac quasi extra propositum, cum labentem paupertate hominem confirmare propositum sit, nō de moribus loqui. Sed qui omnia diligenter considerabit, nullā esse rationem maiorem incundæ felicitatis quām morum disciplinam inueniet. Videbis etenim duos eadem arte, pares nobilitate, æquales industria, quorum alter amicis & pecunia abundabit, alter in utroq; miser erit. Ergo componēdi sunt mores prius atq; omnia uitia explodenda, antequam ad reparandam pecuniam ueniamus, quod sine morum suauitate nequeat parari opes, & partæ etiam frequentius dilabuntur: tum uero quod multa sint præter opes etiam, quibus homo indiget, & siue illis contemptui non minus quām pauper habetur. Nec tam Iudeorum more omnia denuo in mediū reuocanda erūt, nec semper à tribus patribus exordium sumendum. Progrediamur quo nos rapit oratio, ostendamusq; quonam pacto ex minimis omnia humana constant. Mente adhibui quandoq; Hispanis militibus, qui cum domum ingrediuntur, simulant se totam uelle inspicere, ut optimum eligant habitaculum. Inde lusstrantes cum domino domus omnes ædes, quo nam ille conq; ciat oculos obseruant. raroq; falluntur, quin ibi quo coniecit oculos, thesaurus etiam illius sit reconditus. Ergo ex duobus Euangelij dictis, quorum alterū est, Vbi thesaurus tuus, ibi cor tuum: & Oculus est lucerna corporis. melius diuinant absconditas pecunias quām ex humano cæreo. sic morando tria auri talenta sustulerunt. sic mira illa latebrarum inuentio, nec terebris, nec uallis æneis indigens. Nulli crede mihi fortuna deest, sed sapientia ac industria. Qui è Roma ueniunt deuorant aureos, in latrones igitur incidentes non solum pecunias sed scipios seruant. Quis enim latro tam dirus aut tam secure agit, ut hominem occidat, requiratq; in uisceribus an aureos habeat reconditos; uerum si aureos inuenierit, ne latius diuulgetur, hominem etiam iugulat, ergo nihil nō industria patet. Hominem

K. agno

agnoui, qui centū ac uiginti coronatos deuorauit, cūq; incidit
 set in latrones seruatus est, cum multi longe pauciorib. amissis
 etiam uitam perdiderint. In villa quadam iuxta nostram urbē
 cum milites expectarent omnia nephāda patraturos: tres pueri
 & nubiles singulē gallinas laceratas inter mammas collocarūt.
 Cum uero milites uespere uenissent, fœtorem sentientes, inter-
 rogabant quid hoc esset: responderunt puellæ carcinomate la-
 borare: sic enim inter eas quamvis diuersis habitantes domi-
 bus constitutum erat. Itaq; illi & commiseratione & fœtore de
 territi intactas reliquerunt, seruauerec̄q; hac solertia pudorem
 puellæ. Plurimos me uidisse memini, qui sine scelere, sine fortu-
 na, sine arte, honestas facultates sibi parauerunt: ita ut malim
 industriam quam artem. Sic ē diuerso stupor hominis artifici-
 bus maxime noxius: nomenq; ingratii ei, qui in republica uer-
 fari uult, habent singula bona suos morbos. Sed tamen ad rem
 institutam redeundum, quatuor uidentur maxime necessaria
 ac difficultima in hac tractatione, quæ tamen omnia ad unum
 genus pertinere uidentur. Primum cum ex magistratu quis ex-
 ciderit: secundum cum ars inutilis efficitur: tertium cum quis
 arte caret & pauper est: quartum cum est in exilio. Ergo ars
 inutilis sit, uel ob uilitatem ut fodendi terram, uel ob imperitiam
 artificis, uel ob annexam conditionem contrariam, uelut si pa-
 dagogus pueros corrumpere existimatetur, aut tabellio falli
 damnatus esset, & generaliter quæcunq; ē directo pugnant cū
 artis utilitate. Negligentia etiā & quam græci uocant ἀφοτία
 omnibus artibus contraria est. Item multiplex exercitatio &
 cura diuersa, homo etiam incognitus, perfidus, uel inconstans
 omnib. in causis ferme inutilis. Igitur singula singulis opponen-
 da, negligentia diligentia, ἀφοτία, assiduitas: inde fidem, con-
 stantiam, perseverantiam, uirtutemq; in omnibus præ se ferat.
 exhibeat se blandum, comem: raro necessaria est permutatio.
 ars enim rara est, quæ hominem alere non possit. Verum si
 modo permutanda est, in nobiliorem uel utiliorem permuta-

tio fiat. In affinem sit transitus facilior, & minore admiratione. in ualde dissidentem, periculosa est transmutatio. Porro affines sunt, uelut ex tabellione, cognitor causarum: ex illo rursus caufidicus, ex Chirurgo uel pharmacopola, medicus. Nam & olim haec tria, ac Græco more, ab uno eodemq; uiro exercebantur: ex Grammatico Rhetor: ex tonsore Chirurgus: ex Mathematico diuinator: ex pictore statuarius et Architectus: nam & omnes hi ab initio picturam exercerent. Fiant etiam ex pictoribus textores nobiles, & flammearij, tum limbolarij ac cerdones. Est enim ars illa etiam fabris lignarijs nō parum utilis. Clari tamen, etiam facta magna permutatione quidam fuerunt, ut Philistus Milesius, qui ex Musica adortus est Rhetoricen: quam sub Isocrate professus est. Quapropter & Isocrates αὐλόπομπον uocabat eum: scripsitq; in arte nonnulla adeo. excelluit. & Thessalus cum lanariā exercuisset medicus factus est: ut Galenus recitat, floruit Neronis temporibus, & maximas sibi diuinitias posteriore arte comparauit. Sed ne tam multos ex uerustiore seculo reuocē, pater meus Facius Cardanus Medicus primo, inde Iurisconsultus factus est. Fata haec sunt homini num. nam nunc & noster Maioragius Rheticen deferens iam ferme trigenarius aggreditur Ius. Quid mirum? nam & inter reliquas adhortationes Bernardus Macius inducitur, qui cum coriarium exercuisset, iam iuuenis factus Grammaticæ operam dat, inde ex hac ad legum sciētiā accedit. Quid mulier? tandem publice alios eas docuit: donec alio prædominante humore sit Frater (nā sic nunc uolo intelligi ex materno nomina ne latino deducto; ne tot cucullis aut circumscriptionibus uti coeger) Sed ne ego incassum hanc referam electionē? nequaquam. Optimum igitur consequitus gradum, nec sibi timens, artem aliam iure aggredi potest, aliqua ex parte similem: si modo posterioris studium, prioris obliuionem non inducat: sed haec uoluntaria, nobis de necessarijs sermo est institutus. Sed quid si ars ipsa non alat, nec ullus ad aliam ex ea detur transitus, nouū

K 2 aliquod

aliquid inuentum excogitandum est : semper nouitas rei gratiam parit, & solum esse in qua cuncte re magnam assert utilitatem. Cum in hac urbe inuidit diu laboraremus, nec lucru suppeditaret impensis, multa ut noua inueniremus, tentauimus in arte: nam extra artem nihil non cessit. Tandem Phtis quam Phoe vocant multis seculis curam deploratam exeogitauit, sanguinibus multos qui nunc superuiunt, nec difficilis quam Gallicum morbum. Rationem etiam curandæ aquæ quam intercument dicunt multis iam sanatis inueni. Sed pro inuentione ratidux erit, experimentum autem magister: aliorum opera incitamentum. At pro experimento si periculosum sit, tentandum leuiter ac paulatim. sic & pueros ac homines fidos reliquaque si non neglexeris explorare, facile agnosces: suppositis qui rem ipsam caute tractent: sic amicos, sic uicinos, sic magistratus, omnia humanæ subiacent industriae. uerum ut video magis peccamus negligentia quam ignoratio. At si quis e magistratu excederit uolenter, si uitio medicandus est morbus, si inimicitia placa uel superanda. Decet autem illum qui in republica uersatur, uelut prata quotannis reflorescere, nulli rei parendum, nec sumptibus, ut honor recuperet illico iuuat quædoque: si minus licet, interponendum spacium, donec oppugnatio deferuerat. Quidam adeò sunt infelices, ut cum omnibus artibus magistratum retinere querant, non possint: uelut Pontanus alioquin non ineruditus, qui cum à secretis regis Parthenopei esset excidit, & tamē omnia fecit ut in officio permaneret. Nam per assentationes miser ille princeps sic corruptus est, ut cum in iuuenta strenuis, & rei militaris peritissimus regnum firmasset, pulsis hostibus senex dum tantum artibus, luxui, & liberalitate studet, à Carolo Gallorum rege, qui omnibus rebus erat inferior, præterquam consilio & audacia, nondum illius inspecto exercitu regno pulsus fit. Hæc sunt regibus præmia adulacionum & prauorum consilliorum, audetque cum eo exitu duplicitate turpissimo poeta ille se uocare sapientem. Nullum minus idoneum

idoneum consilio regum genus quam poetarum , cum nec in republica Socrates illos apud Platonem recipiat . Hæc igitur auxilia illorum sunt , qui male artem tractat . Sed si nulla sit ars , cum tres sint uiuendi modi his qui facultatib. carent ; industria , seruitus , & ars , hac sublata duo reliqua genera supersunt . Industria multiplex , licitatorum , causis uel litibus assidentium , tamen belliorum , eorumq; qui omnia uendere ac emere probe nouerunt , ac eligere meliora ac optima quæq;. Multi longe celebrius hac solertia ditati sunt , etiam absq; dolo , quam ulla arte distari quenquam contingat . Sunt & patrocinia magnorum virorum & principum , promerendi ergo omni cura , sunt illi nihil in hoc melius , quam illorum nouissæ ingenia & obsequi . Nam , quis credat Tyberius proconsulatum dedit Nouellio Tricongio Mediolanensi , quod absq; omni fastidio uno spiritu tricongium uini hauriret . Alexander Seuerus illum notasset infamia . at contra occidit Grammaticum , quod premeditatus ad disputationem accessisset . Ego laudi maxime tribuo Alphonso Aua lo principi , nō solum sapientissimo , sed etiam fortissimo , quod exigeret a nobis , ne ad illum inconsulti de re aliqua sermonem haberemus . Ergo nouissæ mores hominum tantum confert , ut nihil magis . Verum si paupertati accedat exilium , eligendus est locus natura ac legibus & morib. patriæ similis . Quod & Cosmas Medicus uir prudentissimus obseruauit , cum ē Florentia Venetijs exularet . Ibi nec magnifica nec humilima uita ducenda est , locusq; ipse pro patria habendus , amicos & necessaria si bi comparando , ut nec redditum quæras in patriam , nisi sponte casu aliquo tibi se se offerat . Nam uita hominis ut inquit Hippocrates breuis est , et quicquid curis impederis tristibus illi perit . Adeo uero mores ibi colas , ut existimenter te uel non exulare , uel cum inuidia potius ciuiū tuorū quam scelere tuo . Cum uero nec affinibus , nec multitudini amicorum possis illic confidere , cautor uita deducenda erit . Cum liberius etiā agere liceat in aliena terra , quam in propria , seu ad contemptiorem uitā , seu glos-

riostorem tendere uelis. Quamobrem & Bononienses pulchritudinē putant etiam nobiles seruire in aliena urbe, quod in sua turpe ducunt. Hæc sunt propemodum auxilia restituenda lapsæ rei familiaris. De singulis uero ingenij in tribus libris De uarietate rerum scriptissimus, quibus non paucis hominibus, non sparsa accedit utilitas. Oportet tamen non studendo tantum, sed exercendo hæc comparare. Nam qui studet nec exercet, similitudine illa dignus est, quam B. Iacobus refert de his qui cum propriam faciem sèpius in speculo intuiti, ut sublatum fuerit ille ludus, obliuiscuntur suæ ipsius imaginis. Requirat forsitan quisque huius rei causam, πάγερα docenda tamen est. Duabus igitur hoc causis evenit, prima quod non adeò fortiter impressit reflexus radius imaginem ut primarius; altera quod lux ipsa specimen memoriam perturbat, ut quidam cum aduersus Solem ex compagno orantem statuissent, oblitus sit ille totius orationis. Ergo exercenda hæc magis quam etiam discenda. Sed nec in his paruarium omnium rerum cura habenda est, ne Bononienses imitemur, qui fabæ pistillo publice codones paruos addunt, & Nucerij prefectos, qui quot sunt equites extra urbem transiunt, cotidem istus campanæ edunt. At nec è diuerso cum parua magnum habeant momentum negligenda erunt, in quo errore Galli dum imperatas pecunias exigenter peccauerunt. nam cum non ad rem publicam exactionem deferrent, illos non solum laudebant, qui in ea plurimum poterant; sed inæqualem etiam distributionem faciebant, & uiolentiam præferabant, cum non per ipsius ciuitatis capita onus singularis imponeretur. At cum Hispani ac Veneti in subditis urbibus hoc seruent, scilicet ut ciues à ciuibus exigant pecunias, inualidam ad seditionem efficuum ciuitatem, æquiuscum diuidunt onus, nec uidentur uiolenter auferre quod ciues ipsi sponte offerunt. Facile ergo quisque intelliget magnitudinem erroris Gallorum, qui illorum turbulentas exactiones quamvis locupletiore adhuc ciuitate cum quietis istis comparauerit. Atque utinam quod in mala causa quam-

quāmvis necessaria exhibetur diligentiae, in melioribus praestari consueuisset. Nam cum olim ut apud Athenenses Demosthenes consuetum fuisse docet, iudices non in nube sed de singulis capitibus rerum iurarent; sic & nunc. At non peccatur fateor. melius tamen est legibus ac consuetudinibus bonis fide re, quām optimis viris. Est nunc Senatus integerissimus, cuius caput singulari quadam iurute praeeditum est, at cum morientur, non facile erit, non dicam omnino fieri non posse, ut restituantur aequi boni. At fac ut fiat, nunquam capiti tam bene ac comodabuntur membra: quoniam nō solum illi necessarij sunt sensus, sed quod ex illo, ut etiam in homine cætera membra extoriantur, ut illi parere possint. Ergo tutius confidendum est legibus quæ perpetuo manent. Nam si his optimi accedant postmodum viri, diuina eius reipublicæ administratio euadit. Similis est hæc ratio iuri municipali nostro, quo cauetur, ut maritus uxori sit haeres necessarius. pauca certe pro urbis magnitudine sequuntur inconuenientia. Attamen si ius illud non extraret, hæc nostrorum ciuium honestate, hac fide, non indigeremus. Eadem ratio in custodienda domo, quæ in ciuitate leges optimæ sint, nec tamen extrema saueritas adhibeat. Nam ut in optimis legibus non facile inuenias prauum iudicem ac execrabilem: ita in arctis admodum institutis plura uel in ciuitate uel in domo flagitia quām in mediocribus admittuntur. Asperiores parentes filios adulitos ad furtum, teneros ad impudicitiam auaricia impellunt: coguntur enim nefarie quandoque querere ab alienis, quod sauerere nimis a parentibus denegatum est. Eadem cura illæ perdit, cum a mulierum conuersatione arctius prohibetur. Ergo mediocris indulgentia summa est custodia, laxare frena aliquando prurienti ætati, hominum' ue diuturnæ consuetudini, non secus iuruat, quām si uino in uasili feruente summum detrahas operculum, si nasus modicum atque nō syncerum effundi: ne abrupto uase totum pereat. Solent enim quæcunque arcte undique costringuntur, si paululum efferuerint disrupti. Et si omni

omni diligentia hęc tuearīs, nec tamē bona fortuna succedat,
imiteris medicos, dicentes omnia secundum rationem facienti,
nec prospere succedentibus rebus, non est transeundum tamē
ad alia eo stante quod à principio uisum est. Multa sunt quae
tempus desiderant, ut quae magnā sunt & ardua: uel si humilis
fortuna tua sit; uel ætas ualde iuuenis: uel si quid ab initio pec-
catum sit. Est enim ut recte dixit Aristoteles, minimis in princi-
pio error, maximus in fine. Vel si ars hoc nō patiatur, uelle em̄
celeriter ascendere in ea parte quae non admittit, dementię po-
tius est, quam cupiditatis. Ergo cum in omnibus tum maxime
nouis rebus sectandis opus est, ut tuas uires recte metiaris, in-
fraq; metam etiam de te statuas. Sic enim in aduersa fortuna
non adeo tristaberis, nec in secunda frustra eueheris: & in ultraq;
eris diligentior, cum nec desperandum, nec assuetū quae opor-
terit, te fuisse intelligas. Nec tamen unquam tuarum uirium
imbecillitatem tenuitatemq; alicui, nisi qui tibi patrocinari ue-
lit prodere bonum est. Aristoteles cum esset gloria ualde cupi-
dus, in facilibus copiose disseruit, at in his in quibus argui se nō
posse sperabat, dilucide multa docuit: quae ut non licet redar-
guere, sic scimus illum tamen non potuisse probare. Ad bonos
uerō mores pertinet, non solum detegere nelle suarum uirium
infirmitatem, sed etiam eludere eos qui te dolose aggredunt.
Nec pudebit autoritatem uulgati libri adducere ad confirma-
tionem horum, dixit nanc; ille,

Qui simulat uerbis, nec corde est fidus amicus:

Tu quoq; fac simules, sic ars deluditur arte.

Multā essent à nobis certe dicenda: sed necessariorum tantum
meminisse uolumus. Hęc sunt quae ad optimum finem perti-
nent: quae optima uiuendi ratio: quid stultum: quidc; cuiq; ne-
cessarium; quidc; maximum sit in unoquoq; genere, cum uero
de nostra natura aliquid differendum, ne cum omnes omnia
docere uelimus, nos ipsos ignorasse uideamur, dissoluendę euā
dubitaciones quādam quę ab initio propositę erant. Deliacum
igitur responsum est,

τάλιστον τὸ δικαιότατον, λοῦτον δὲ νομίζεται.

ἴδιον δὲ τυχέιν τὸς ἔργων εἶναι.

(i.e. Honestissimum est quod est cum maxima iustitia, optimum autem ualere, iucundissimum autem id consequi quod quisque amat.)

Quod est: optimum, bene ualere est, honorari pulcherrimum: iucundissimum uero fruī eo quod quisque maxime cupit, haec reges sibi quantum possunt præstant; alij querunt. Verum tamē quia maxima pars delectationis in amore posita est: ille uero effrenis, & contumax: optimum est modum desiderio ponere. cum maxime, ne cum amare te intelligit, sumptus pereat. Aut enim non potiri castis in tormento ponitur, aut si scortis potiaris, & uehemens sit desiderium, res perit. Optima uero uiuendi ratio est, que cum moderatione, cōsilio, et grauitate perficitur. Magnitudinē moderationis definit operationum: qualitatē consilium præstat: grauitas addit efficaciam. Ergo neque plures nec pauciores esse possunt bene uiuendi rationes, unaquaque tamen harum pluribus constat. Grauitas uero nobilior omnibus his est, quae principes decorat, ornat Magistratus & nobiliores, plebeios autē tuetur. Vnde illę Regū tot ceremoniae: unde illę Pontificis: proficisciēte antecedit ἀληφίσια, ipse in Palmę solennitatebus deferit a Cardinalibus. Vnde purpuræ amictus: tot archana: tanta pompa: quoniam decet ad religionis cultum, grauitatem seruare. Stulteque putat qui simplici ornatu & absque potentia, credunt religionem quae uix sic in hominibus manet posse retineri. Eadem nobis ratio ostendit, obsecratos amatores omnes esse infelices, quae grauitatem docet ad felicitatem plurimum cōducere. Nam qui amant flagitiose, ut alii ostendimus, uehementer amant. At ubi amor uehemens ibi incontinentia & leuitas, atque iuxta Comicum cōtinuo pro imbre amor aduenit, is usque in pectus permanauit,

Permadefecit cor meum: nunc simul res, fides, fama, decusque & uirtus, deseruerunt.

Consilij autem maior longe necessitas, quamuis nobilitate ce
L. dat

dat gravitati, sed non hoc tam clarum quām quod consilio.
nihil melius apud homines multa fateor eueniunt extra opinio
nem hominum ac quasi deorum uoluntate, ut Euripides ait,

πολλὰ δὲ ἀπλῆσας οὐ πάντας θεούς.

τοιούτα τὰ δοκιμάζεται, ταῦτα ἐπελέγεται.

τίνη δὲ αἰδοῖς πάτερ, πόρον θεούς θεούς.

(i. Multa ex insperato perficiunt Dij, que autem cum certa spe fuerint, infelix
transfuerunt. Non speratorum uero Deus uiam inuenit.)

Horum tamen & maxima pars a nobis originem sumpfit, seu
quia prohibemur a numine, seu quia sors ipsa hoc ferat. ut cūq;
sit, maxima hominum pars consilio caret. Qui nesciunt nec uti
possunt consultore, quid mirum est carere eos consilio. qui sibi
sapientium nimium sapiunt. Esteq; hoc illibatus amentię genus, prin
cipes qui alijs se credunt, ab adulatoribus, si non alio dolo cor
rumpanct, consultores nam & hoc frequēs est decipiunt. Priu
ati non inueniunt qui suo periculo consulant, negligenter ergo
res peragunt. unicq; fidere periculorum. dum multi consulunt,
res dubijs pleruncq; sententis in incerto iacet. sibi ipsi consulere
quod optimum est tam paucis concessum, quā etiam posse suū
totū corpus inspicere. Ergo uideas homines qui post actā rem
uideri uolunt sapientes, quibus nulli sunt ridiculosiores, ut illud
merito illis dicas, πάχειν δὲ η, νίπος ιγγε. (i. Factū etiā stultus agnouit.)
Alij omnibus se credunt: alij nulli: magnis alijs diffidunt uirib.
aliqui tenuibus initis ac umbris maxima moliuntur. non illis
propemodum absimiles qui libellis Turcam adoruntur, nec fa
tis facetus. Cum ille religiones nostras, ferro, flama, seruituteq;
destruat. Stomachum mouent eruditis multi, qui uix prima ele
menta rerum percipientes statim ad scribendum se accingunt.
quorsum ne'ut charta pereat, tibiscq; fama, legētibus tēpus? Dij
boni: que impatientia illorum qui grandem se putant ac stre
nuā operam nauasse, quod prima alicuius disciplinæ rudimen
ta satis latine ne ornate dicam scripserint, in quo genere Ger
manī Galliq; peccant, existimātes tantam alijs debere uideri il
lorum

Morum in cōdendo industriam quanta illis fuit ob statuī sermo-
nis à Romano distantiam in discendo difficultas. non uitupero
gloriæ stimulos, non deterreo ab ædendo, modo aliquid nouū
inueniāt, aut uel suis saltēt hac audacia rebus consulāt. Nam
& hoc antiquum erat, cum Horatius & ipse de hoc queratur,
dicens :

Scribimus indocti, doctiçq; poemata passim;
Nullus à me paret patriam sibi objici; inuertant licet enim illud
Anacharsidis; nos patriæ decori sumus, cum tibi sit patria. Ve-
rum illud displicet, quod res serias tanquam leues tractamus, ar-
gumentaçq; passim ex omnibus sumimus, ut qui nominis inter-
pretatione miseris dixit ἀλίτης, quod ἀλιος miserum signifi-
cat: æmulamur enim uitia non uitutes, & partem exiguum, fo-
liaçq; ac furculos, stipitem derelinquimus. Licuit ac decuit illud
hoc qui tanta arte caput aduersæ fententię oppugnauit: alium
minime decet, leuibus insistere argumentis; sed elaborandum
tibi est seu scribendo, seu legendo, ut ad intima penetres. Nam
qui rerum profunda adeunt, sibi gloriam alijs utilitatem parat.
Ea etiam causa grauitatis scilicet per ætates distribuitur. Nam
senum sapientia plurimum habere debet grauitatis, iuueniū
moderationis, adolescentum & puerorum ingenij, atq; in hoc
uelut & apud Gellium scribitur, acerbus stylus ac paulo durior
ab initio, meliorem fructum fert molli ac mansueto, sic etiā de-
ingenij. Moderatio igit ut melioris ætatis præmiū, sic & opti-
ma est in cunctis. Temperat enim non solum affectus, sed etiā
debita cōtraria quibusq; uitij aut malis opponit, leuia leuib.
iucunda tristibus, remissa seueris. Adeoçq; hoc uisum est utile,
ut sapientissimi uiiri Augustus et Laurentius Medices duas per-
sonas habere uiderentur; alteram humana quidem sublimiore:
alteram quasi puerilem. Nam qui sanè rem tenent, illud norūt,
omnem immoderatum affectum stultitiam gignere: dico aut:
betitiam, tristitiam, spem, metum, amorem. Galeazius Ruber
inuenta quam diu quæsierat hauriendæ aquæ cochlea prægau-
L. 2. dio:

dio insaniuit, atq; in eo stultitiae genere sibi felix uidebat. semper enim ridebat. Verum stultorum uitam ego felicem nequaquam dixerim, beatorem tamen illorum qui vulgariter sequuntur morem, literisq; carent, quam qui in illis grauiter laborat, si ad animi tranquillitatem spectes. Verum dulcis est fructus sapientiae, multis autem contingit in radicibus semper haerere. Quamobrem sapientum naturalium optima post diuinos homines uita est, proxima illis eorum qui ignari omnium ac sine fastu priuatam agunt uitam, pessima illorum qui uel laborant ut sciant, uel nescientes ostentare se cupiunt. At si ad utilitatem spectes, quæcunque sapientia praeter daemonicam utilis est. Ergo ad utilitatem eadem ratio totius sapientiae est, ac partis ad beatitudinem nequaquam. In parua enim parte desiderium & labor & emulatio ac pudor adiunt, quorum omnium expers est, qui id sapientiae gens non attigit. Et cum tamen non omnis sapientia utilis sit, omnis stultitia damnoſa est, ignorantia uero non omnis. Nam cum unicuique sapientiae generi stultitiae genus suum opponatur, manifestum est tamen in utili sapientia stultiam esse inutilē. at uero & in daemonicō genere deterius est stultum esse, quam sapientem. Quamobrem nec omnis sapientia utilis, nec inutilis omnis ignorantia. Stultitia tamen omnis damnoſa est. utilissima uero sapientia est, quæ maxime necessaria, ac glorioſa docet, post diuinam igitur naturalis: post quam humana quæ regnum aut rem publicam gubernare docet, constituenta est. Sed si ad externa bona mētem solam adhibueris, quis dubitat hoc humanae sapientiae genus esse præstantius? sed cum tranquillitas in quadam priuatione solum conficit, pauci ueriores felicitatem amplexantur. Verum ut video plurimi alii alijs suadent, quæ ipsi nec sponte recipient. An credis Platonem aut Aristotelem eadem docuisse, quæ senserunt? aut h̄isdem morib⁹ uixisse quibus libri sui referti sunt? Multi etiam meliores in consulendo quam in agendo sunt, atq; hi ingenio præstāt, sed uoluptate uel timore uiuuntur: alijs melius longe uiuunt, quām

quam alios docere sciant, quod in his moderatio sit affectuum, at ingenium nequaquam excellens. Consuetudine igitur qua magna humanarum rerum pars constat se tinentur, non ergo sedem sapientes qui & sapientiae doctores semper. Omnibus uero cum sapientia conueniat, ac quædam eius etiam partes, non tamen omnia genera ex toto omnibus, sed alia alijs pro uitæ instituto; atque beatus ille qui eam partem sapientiae adeptus est, quæ cum instituto uitæ & temporum moribus conuenit, quib. hæc tria simul consentiunt, beatissima in suo genere uita continet; at contra insolentissima omnium, nisi stultorum. Est autem quasi stultitiae pars, si seipso dissentire moribus ac consilio. Quare, si quis querat, an plus fortuna in rebus humanis dominet. an sapientia, non dubiam habebimus respondendi rationem: nam ad omnia comparata plus fortuna dominatur, in uno tantum sapientia præualet. ostensum enim est, quicquid extra sapientiae limites unicuique accidit, pro fortuna computari. hominem autem nullum ex toto sapientem in uno genere esse posse, in pluribus autem multo minus, plura ergo fortuna quam sapientia sibi vindicat. Sed si ad unum genus tantum referantur eventus: ut gratia exempli, mihi in medicina plus sapientia est, quod subiacet quam fortunæ. ergo sapientia ob ipsam electio- nem tantum fortuna utiliorem. Neque uero quamuis alias dubitauerimus, difficile est uidere, neminem posse ad sapientiae uerticem ascendere. Nam quanquam quæ humani generis est ad hominem pertineat, ipsa tamen prorsus etiæ est infinita, quando ille uerticem obtinuisse dicitur, qui à nullo alto superat. Moderatio igitur cum grauitate iuncta ac consilium, hominem ad hunc uerticem perducunt. In moderatione igitur & operis & affectus, non solum quædam mediocritas requiritur, sed etiam otium. atque in ipsa operatione interposita, quandoque quies ornamentum actioni ipsi & facilitatem præstat, redolentesque opera surauitatem actionis, adeo remanent uestigia quæque causarum in rebus ipsis. Est autem nobis mediocritas hæc necessaria ob.

corporis ac animę uinculum ; nam & si anima sit supremarum
 substantiarum ultima, & corpus mortalium suprema, ambo ta-
 men in uniuerso rerum genere in medio constare dicunt. Atq;
 ea causa, quod tam affines sint; haec partes maximo amore se-
 uicem diligunt, nec ulli animanti tam grauis ob hoc est mors,
 quam homini. Eo etiam fit, ut homo præterita simul nolle p^r
 terisse, & tamen futura concupiscat. animus enim ut immorta-
 lis, quanquam processu temporis ad mortem proprius accedat
 homo, futuræ tamen libertatis desiderio flagrat; at corpus quic-
 quid præterit temporis, sibi ademptum esse putat. Diuersis igi-
 tur ferantur affectibus, ille quidem gloriam, eruditio nem, uir-
 tutem, supernaque ac Deum amat: cum corpus uoluptatem, so-
 cordiam, terrestriaque, ac sensibus subiecta diligit. Tum uero
 somnum, quod quasi arctius sit uinculum animus, uigiliā optat,
 ea enim libertati illius proximior uidetur. tria sunt ambobus
 tamen grata, sanitas, harmonia, & pulchritudo. Verum sanitas
 utriusque æqualiter iucunda est, reliqua animam potius quam cor-
 pus delectant, ob id nec belluis ipsis multum placent, quod uit-
 tute ratione utente careant: quanto ergo magis belluas omnis
 sapientiae expertes esse necesse est, ut quamvis bene ualere iu-
 cundū illis sit, non tamen id eos delectat quod sentiant se bene
 ualere. Est uero in nobis etiam imaginādi uirtus singularis, ac
 belluis non eadem. quippe quae termino nullo claudatur. Diui-
 na etiam potestate amplius quiddam habet, quod infinitum a-
 eti comprehendat ac fingat, præteritaque non præterita quasi
 præponat; ac quod maximum est, contraria simul efficiat: ue-
 lut cum in somniantibus homo idem sibi uideat duplicatus, atq;
 undæ æger atq; etiam sanus. Hoc aut̄ quis non uidet, quod ocul-
 is etiā accidat, ad sensum potius pertinere: sed tamen haec po-
 testas quia à diuina parte auxiliū sumit, admirabilior ipsa ui-
 tellectus euadit. hoc ergo internū est. Extrinsecus aut̄ pulchri-
 tudo tanta homini concessa est, ut omnia supereret; nam homo si
 actas, sexus, & natura in unum cōsenserint, ad eam formę excel-
 lens

sicutiam peruenit, ut nihil sub oculis cadat, quod illi sit comparandum. Vnus inter viros refertur Alcibiades, nescio an historici plus aequo illi fauerint, per omnes aetatis gradus summo cum decore transisse. Ergo & illud iure factum est. uiuentia enim, non uiuentibus decuit pulchriora esse. Horum autem quae sensum haberent, reliquis atque inter haec denuo ratione praedita forma flora, qua rationis expertia, inter haec ubi sexus natura & aetas euenerunt. Rursus totius hominis pulcherrima pars facies est, cuius oculi tanquam duo coeli luminaria illam illustrant, ut omnium quae in orbe sunt rerum, si quispiam recte consideret, excellentissima ac formosissima sit facies humana. Hanc ergo tantam, seu animi, seu corporis, siue totius nobilitatem: si quis recte consideraret, uitae id genus amplectetur, quod tantis priuilegijs dignum esset. Verum cum non in agendo solum, sed etiam in optando grauiter aberremus, Thesei fabulam imitati, qui cum sine consilio ab auro Neptuno impetrasset, tria sibi quae in uotis essent perfici, quanquam duobus primis, descensu scilicet ad inferos, & Minotauii caede, foelix uideretur: extremitatem uoto, Hippolyti scilicet nece miserrimam senectutem orbitate ac scelere foedauit, ut intelligamus quantamcumque potentiam (imo etiam uix uota Deorum) felicitatem parere non posse, si sapientia non adsit. Et si bona quandoque sine sapientia, quamvis raro contingant, mala tamen absque stultitia nunquam euenire possunt. Non ergo tam curadum est ut sapientes simus quam ne stultitia laboremus. Quod si cui hoc euenerit, infortunium, ut apud populum in stultitiae opinione sit, non secus ac in oris foetore uel causa sublata illam extinguat: uel insignis facta ac laudabilis permixtione obumbret ac superet. Nam plerunque accidit, ut non idem homines sint, ac apud populum sapientes existimentur. Cum enim sapiens moribus a populo dissidet, aliaque ex parte infelix est, in his quae maxime apud populum sunt, in ueneratione pro stulto habetur. At non eadem in omnibus provinciis atque etatibus probantur, aut damnantur, anti quo

antiquo tempore non graue erat furtum, nunc capitatis poena punitur. nunc adulterum esse nihil est, antiquo tempore & pro flagitio summo, & pro maxima infamia habebatur adulterum esse: unde Suetonius alium corruptelis adulterijsq; famosum nihil amplius quam monuit. Ita c^z stultum habetur, plenimq; quod male cedit. Sed tamen stultum est etiam, & si sapientiū diximus pleraq; aduersa contingere possint: ergo loci & temporis ratio habenda est: ille c^z sapientissimus creditur, qui medium in moribus, pro etatis, temporis, regionis, consuetudinis, conditionisq; proprietate obtinet, atq; in eo manet, illius flatum & auram sequens. Haec igitur moderationis partes, consilij uero scire quid nam sit eligendum, tum uero illius optima pars ratio, quae & iudicium a quibusdam appellatur. necessaria igitur non ignoranda, tum etiam quæcunque ualde decora, uelut Geographia. nam si turpe quasi illis erat peregrinantibus nescire quo irent, ut Lucanus aiebat dicens,

Ignotum uobis Arabes uenisti in orbem.

Quanto absurdius, nescire ubi scimus talia? Ergo attingenda sunt sic cultus agrorum, rationes metiendi & ponderum, ususq; fori. Multa enim sunt, que quamvis exigua uideantur, magna tamen si ea ignoremus iacturam afferre soleant, ac æmulis tū etiam plebi risum. Sunt etiam quedam communia, que prouerbiorum loco usurpantur, utilia usū, & si crassā Minerua dicta sint, quale illud, dicam ut potero (nam patrius sermo leporem addit) molendina molunt, casæ eadunt, hypothecæ finiuntur, terra tenet. ut intelligamus tutius pecunias in agrorū emptione collocari. Quædam alia non ad usum spectant, sed ad iocū, uelut quod de Liguribus dici solet, habere mare sine piscibus, montes sine lignis, exercere mercaturā absq; pecunijs, latineq; scribere cum nurquam ad ludum literarium profecti fuerint. Horum non eadem quæ in priore sciendi cura esse debet: quandoquidem uita mortalium breuis est, & cum sapientiae genus necessarium ualde amplum sit, quicquid nugis impenditur, ab illius

illius cognitione detrahitur, & quamvis multa nolentia etiam discamus, meminisse tamen oportet, nihil uelocius esse tempore, cuius partem quae nos fugit assequi nunquam possumus, quae uenit multo minus effugere. Collocandum est ergo quicquid nobis ipsius concessum est in uoluptate firma. Est autem firma uoluptas, que presentium delectationem habet, futurorum indubiam spem absq; præteriti poenitentia. Sed, cum non nisi his, qui ab initio sapientes fuerunt, concessum sit, præteriorum non poenitere, sufficiet quoniam id leuissimum sit in uoluptate uel dolore, satisfecisse præsentibus tantum atq; futuris. Ea autem ratio est, ut hoc assequamur, ut quod in Dñs optimum est imitemur, est autem in Dñs optimum, nullo indigere, omnia scire, diutissime uiuere, ac securitate frui. fortitudo animi & probitas securitatem præstant, unde illud Lucani recte dictum sub Catonis persona,

Quo me fata trahunt uirtus secura sequatur.
Sed si sapientiam diuīgam habueris, nec fortitudine opus erit,
at uero reliqua ut docuimus sunt ipsius sapientiae absq; dubio
præmia. Quamobrem omnia in sapientia contineri Theognis
recte scripsit, dicens,

Ο γαρ φονῶν δῆ πάντες συλλαβὼν ἔχει.

(.i. Nam bene sentiens summatim omnia obtinet.)

Est etiam ad illam compendiosus quidam aditus ut in reliquis omnibus mortalium bonis: ut enim intellectus est aliquis intellectus, & rationis ratio, sic sapientia sapientia. De qua et Apponenensis Conciliator dictus meminit: cuius, quia in secundo Epistolarum libro diffuse historiam tractauimus, ne quorundam

more eadem diuersis in locis repetamus, ad augendam

librorum superuacaneam molem, hic demonstrationem præteribimus.

Finis Librorum de Sapientia.

M

HIERONYMI
CARDANI MEDICI MEDIO-
LANENSIS
DE CONSOLA-
TIONE LIBRITRES



1544.

HIERONYMI CARDANI MEDICI
Mediolanensis in tres libros de Consolatione
Proemium ad Lectorem.

STATVERAM ab initio hunc librum alicui amicorum dedicare: sed uenit in mente, quod argumento rei protinus eum ipsum, cui dedicassem, offensurus uidebar. namque illud natura omnibus insitum mortalibus uidetur, ut se miseriores quam sint existiment, foeliciores uero uideri cupiat. Quapropter diuites opes suas, reges potentiam, milites robur ostentant: eruditi nugas suas, etiam audire nolentibus effutiunt. tam magnum studium hominibus est, tales uelle apud homines uideri, quales minime sint: inde est diuerso uitia & turpitudinem suam, suorumque, omni oculunt industria: tectoque igne tormentum maius ob inanem hanc gloriam tolerant. Quid igitur si cuiquam libros hos dedicassem: nonne tanquam ad illius medendam egiat aliquam calamitatem inscripti, aut potius destinati uiderentur? Absit igitur tam compendiosa opera quenque offendam: alios uero si non haec ratio moueat, omen ipsum tituli & rei series perterrebit: tanquam ad eum missus hic liber uideaet. qui quamuis foelix nunc sit, protinus tamen sit infelix euafurus. tantum omnes quod ridiculum est sapiunt. At ego magis illis insanirem, si hanc illorum superstitionem, aut dissimulare ui-

re uiderer , aut corrigere tentarem . sit igitur hic liber
nullius nomini addictus : sed ex libro liber euadat.
Fuerat autem ab initio eius nomen Accusatoris, ut qui
uanos hominum affectus, atq; falsas argueret persua-
siones: at post mutato nomine, & in tres libellos diui-
so, de Consolatione eū inscripsimus, quod longe ma-
gis infelices consolatione, quam fortunati reprehen-
sione indigere uiderentur. Verum quouis modo titu-
lum eius appellaueris , seu de Consolatione, seu
Accusatorem, res ipsa pertractata, à nomi-
ne suo non abhorrebit.

Vale.

M 3

HIERONYMI CARDANI MEDICI
Mediolanensis, de Consolatione Liber
Primus.



TINA M ex tot tantisq; ueterum mori-
mentis, quę Barbarorum bellis interierunt,
saltem libri Tullij de Consolatione in morte
filiae seruati essent. Cum enim prope diuinus
ille homo in singulis causis perorandis esset:
maiis tamē aliquid in eo genere excogitas-
se putādum est: quod nec à uulgari, nec ficta, aut aliena re, sed
à naturali affectu, ingentiq; animi perturbatione proficisci-
tur. Ea uero consolationis ratio est, ut quanquam nullis argu-
mentis miniatur, nullaq; facundia ornetur, ex se tamen locu-
pletissimam materiam suggerat, in quam cum tanti ingenij ac
eloquentiae uir, tantoq; spiritu incidisset: præclarum, ac super
humanā omnem expectationem, opus elaborasse credendū est.
Verū quanq; huius præsidio destituti, res ipsa tamen aggredien-
da erit. non solum quod adeo sit laudabilis, ut male laudari nō pos-
sit: sed quod etiam tam necessaria, ut quemadmodū in cæteris,
quibus carere nō possumus, præstat qualem unq; habere q; nō
omnino habere. Etenim ades quoniam sint necessarie, qui la-
pides habere non potest, luteas possidebit, at qui & his caret,
tabulatas: quarum si nec copia ulla sit, iunceas, aut speluncas
inhabitabit: ita omnino in his pessimam melius est habere, quā
nullam. Hoc uero cōsolandi munus tam est necessarium, ut ne-
minem effugiat. Quamuis enim satis compertum sit, nullum
hominem undequaq; foelicem inuentum fuisse: si tamen à mor-
talibus omnes auferrentur calamitates, mortis nunquam mole-
stia, ac metus. cuiquam defuturus est. At uide quot & quanta
nobis præter eam relicta sint mala: nisi repulsa erroris nebula,
ueritatem ipsam ac cum ea doloris lenimentum amplectamur.
habet enim hæc reliquis necessitatibus, maius aliquid; quod cū
relit.

reliquae adhibita re quæ quærebatur, conquiescant: ut fames ci-
bo, fatis potu, labor quiete: sola malorum memoria adeo tenax,
adeoq; multiplex est: ut nisi recta ratione sedetur, hominem
nunquam derelinquit, nunquamq; destituat: sed ex uno in au-
tum mentis æstum transiens, perpetuam quandam uicissitudi-
nem, modo malorum, modo miseræ pariat. Quod si non ex ua-
to nostro cuiquam persuadere quantum debeat licuerit, ut de-
posita tam ingenti animi anxietate, ad tranquilliores uitam
se conuertat: nobis ipsis tamen non parum, propter quos hanc
instituimus orationem præcipue satisfaciemus. atq; ea causa,
ut olim Asclepiodorus ferri non ineleganter absq; colorib. pin-
xisse: sic nobis cōtinget, ut nudam, & absq; fuso ueritatē osten-
dentibus: quantum quæc erret in uita, in consilio, in existima-
tione, atq; in uoluntate intelligat, agnoscatq; quædam, etiam
si non elaborentur, tam fœliciter à natura ipsa instituta, ut se
ipsa probent. Quod genus tum in his quæ de nostra instabilita-
te, ac uita fragili, & uana gloria tum in eis quæ de rerum nati-
ra scribuntur, locupletissimum semper fuit. Etenim in his om-
nibus quantum sermonis elegantia uoluptatis affert, & iucun-
ditatis, tantum synceritati & fidei persepe detrahere solet. Mar-
moreas columnas, & peristilia porphyretica, & alabastri uasa,
pingere quis uelit: cum nuda, uel simplici ornamento, dignita-
tem operi addant. crustacea & cementitious parietes pingimus
& ornamus: ut quod naturæ deerat, ars suppleret. Necq; uero
nobis tam magnum negotium, ut ab initio putabamus reliquū
est: cum enim molestiarum, & curarum genera prorsus plura
uiderentur, quamquæ breui compedium transfigi possent, mente
diligētius adhibita, cognouimus plurima ex illis medicina nō
indigere: quod ea sibi sponte homines accersant, qualia quidē
quæ ob animi præstantiam primo à multis uoluntarie perfe-
runtur, ut M. Attilij Reguli, uiri Romani apud Carthaginien-
ses poena. quis enim talem hominem, etiam si uiuat, cōsoletur:
quem non filiorum pietas, precesq; affinum, properantem è

Roma

Roma ad cruciatum, retinere potuerunt. tales fuere ingentes martyrum spiritus, Pauli, Georgij, Laurentij, Catherinae, aliorumque penè innumerabilium. Alia etiam sunt laborum genera grata; quæ etiam imbellis non fastidiunt, ob iunctam aut gratiam, aut præmium. Sic regibus quidam ultro seruiunt, alijs amantibus, alijs studijs, alijs negotiationi, alijs magistratū gerunt, tantu uero abest, ut in his eruminis discrutient, ut etiā inde amo ti plurimum doleant. Alijs sola spes uoluntarios educat labores; ut qui in heremo solitarij, in urbibus continenter, in claustris religiose uiuunt, summamque exercent non tantum in orando & abstinentendo, sed et in parendo patientiam; quorū aliquibus. si dicas, cuius gratia id agantur respondebunt; propter inexpensibilem post obitum fœlicitatē. Sunt & qui grauiā mala ob sua uitatem, ut sibi putant admixtam, libentius ferant; uelut rustici, qui sub æstu canis ad tibiam saltant, quanquam & Sole, & su doribus, & labore premantur; sic alijs frigentibus pedibus ale decertant, & licet frigus urat, uincit tamen dolorem luxuria. longe etiam maiore uersantur incommodo, qui furtiuam Venerem cum capitis periculo solicitant, & tamen omnia patiuntur, ut omnia agant. Alia etiam sunt quæ quamvis mala uideantur, uel ob necessitatē naturæ, ut senectus, uel ob comparationem, ut fuga è carceribus, æquiore animo feruntur; quæ enim tantum ante quam adessent, desiderata erant, cum uenerunt ingrata esse non debent. Igitur si de his omnibus dicere uoluerō: ultra id quod fructum nullum pariam, tedium etiam atque molestiam addam, melius itaque de eis est solum dicere, quæ homines tanquam mala, & fugiant, & damnant. In eis tamen quædam etiam ex prædictis admiscere solent. quod non omnibus ex æquo iucunda eadem sint, aut tristia. Præcipua tamen inter hæc senectus esse uidetur, quæ quanquam calamitas non sit (& qualisunque uocari possit) munus naturæ optatum, inuiti tam plurimi eam ferunt. Vnde etiam Ciceronem de ea scripsisse curiosius uidemus, ut uero ipsa se habeat, & quāuis uere inter ma la nu

la numerari non possit, & nobis tamen non prætermittetur.

Sunt itaq; eorum quæ mala putamus, in uniuersum genera tria : Communia, & propriorum simplicium, ac propriorum sed multiplicium. Communia quedam appellare solemus mala, famem, pestem, euerisionem patriæ, atq; eiusmodi conturbationes, quæ omnibus notis nobis, aut maxima ex parte, accidere solent. Propriorum aut simpliciumq; infortuniorum duo sunt genera, alterum quidem uituperabilium, ut si latro doleat, quod ingulandi quempiam occasio prærepta sit, aut etiam turpium, uelut Vrsi fletus apud Papinum. reliquum honestum, & minime uituperatione magna dignum : ut casus domus, filiorum mors. Propria uero atq; composita mala sunt: cum plura infortunia simul hominem exagitant, quemadmodum de lob sacra scriptura commemorat. cui filii mortui, greges armentorum direpti, domus euersa, ipse ulcere foedo percussus. sunt em qui contendant, hominem quanquam ad unum calamitatis genus sufficiat, tot tamen, tantaq; mala, simul ferre non posse. De proprijs igitur atq; simplicibus generaliter primo dicendum erit, tum uero de his quæ ad luctum, mortemq; pertinent, seu priam, seu necessariorum, in secundo libro. ultima uero de cruce, seruitute, carcere, exilio, iniurijs, senectute, paupertate, de malis pluribus aceruatis, deq; communib; dicemus. Hic igitur à proprijs auspicemur, ostendentes nihil omnino interesse ad bene, beateq; uiuendum: quam quisq; fortunam sivebeat, sed omnem felicitatis fructum, quemadmodum Plato ait, in uirtute esse, & ut Poeta dicebat,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Verum ex initio mihi cogitanti, cum plura occurruunt: quorum uel unū si diligenter inspexeris, uidebis quam frustra quisq; in aduersis torqueatur, atq; ut primo dicā, quam inanis sit hæc uita, quam breuis, quam turbida, quam futile. quæ si ob misericordiam deflenda est, tota deflenda est, ac Heracliti more perpetuolum legenda, etenim ut ait Palladas,

Δακρυχέων γενόμενον, καὶ σπαχύσσεις ἀποθηκώσα.

Δέκουσι δὲ πολλοῖς τὸν θάνατον ὅλον.

Ἄγερος αἰθρίτων πολυπλήκτων, αὐθεντεῖς, οἰκτροί,
συρόμενοι κατὰ γῆς οὐδὲν διαλνόμαντον.

(i. Lachrymans natus sum, et lachrymans morior. Inueni autem uitam totam
in multis lachrymis. O genus hominum lachrymabile, infirmum, miserabile tri-
tum super terram et dissolutum.)

At si quandoque finis faciendus est, semper est faciendus. aut enim
semper deploranda, aut nunquam. Quid enim inter cætera mi-
series esse potest? quam cum ē lecto surgis, nescire an iterū pos-
sis recumbere? cum recumbis, an iterum surgere? demum tot
laboribus, periculis, curisque esse expositum, tam imbelli corpo-
re, tam enerui robore, tam incerta uita: ut equidem non me-
lius, ac pro rei qualitate, ab ulla gentibus homo nuncupetur,
quam ab Hispanis. hi eum umbram sua lingua uocant: quod
certe nihil aut tenuis, aut incertius uita hominum sit: nihilque
umbræ ipsi similius. & ut sæpe mecum reputo (si admodum opini-
cio hæc Christianæ legi non aduersaretur) dicere auderem,
malorum dæmonum animas, in hominum corpora transun-
tes, sceleris poenas hic dare; ut non aliud esset à morte cruciatus
expectandus. tantus est miseriarum nostrarum cumulus, ut no-
nisi improbis, uel ab improbo Deo, uita hæc decerni possit. At
cum uere rem ipsam intueor, uulgaremque ac falsam hanc opi-
nionem relinquo: neque hæc in uita bonum, aut malum ullum
cernere possum, sapientesque reor Scepticos illos Philosophos
fuisse, qui omnia sola opinione constare putabant. Enim uero
qui mos, quæ lex, quæ opinio, tam certa est, quæ careat aduer-
santibus? Non tantum sibi inuicem, mihi crede, cōtradicerent
Philosophi: si res ipse de quibus concertat, extra hominum opi-
nionem essent. quis enim nisi amens nigrum olorem, candidum
dicat corium: cum sensu res ipsa deprehendatur. at de bonoru-
finibus, ac malorum, Deus quanta uerba, quantæ contentio-
nes, quot opiniones existunt, cæci festucam querunt. Quoniam
pacto

pacto rogo non dissentient inter se, cum res ipsa, & seipsa, tum ab ipsis aperte dissentiat, ut pote quæ nusquam sit, atq; ut mihi in mentem uenit, apposite fabulam, & poeta antiquissimo consuetam fuisse arbitror; quæ uitam humanam pulchre doceret. Fertur enim cum Iupiter uniuersa quæ in orbe sunt fabricasset, cœlum, terras, maria, tum belugas, atq; homines, diligenter animaduertisse futurum esse, ut nisi hominum uitam supplicijs & præmisjs pensaret: fore non solum, ut homines ad omne genus flagitijs impellerentur, uerum & ut Deos contemnerent, ea de causa Vulcanum iussisse, ut duo uasa ærea fabricaret, in quorū altero bona, in reliquo mala conclusit. Feceit uero ea pennata, ut ad mortales pro suis quisq; meritis transmitti possent. At Pandora diua cum esset admodum cupida uisendi dolia, referat operculis, cuncta mala, bonaq; euolare permisit: bonaq; per coelos, mala autem usq; in Tartara descenderunt: sola autem spes in malorum, & suspicio in bonorum dolis uelut illorum alimenta manifere, nec enim uiuere erant, neandum ut alatae foret. Quod cum rescisset Iupiter, ut est Deorum maxime iracundus, uasa ipsa inania in terras delecit. Accurrere autem mortales omnes, ob nouitatis studium, uasa vacua amplexantes, illi bonorum, alijs uero malorum; at qui uasa suscepserant vacua, nihil minus & bona & mala apprehendisse se crediderunt; uerum nec bona, nec mala, ulli mortaliū accessere; sed illis quidem bonorum opinio, cum suspitione, alijs malorum cum spe contigit. Ita factū est, ut quæ admodum in terris Arabiū qui nocte ferrū, aut aliā leuem ac frigidā rem presserint, exanimantur praeterea metu: quod serpentes calcasse suspicent, quanq; re ipsa nihil subierint periculi, iacturę uero multo minus: sic mortaliū genus, boni & mali, opinione sola distorquetur, cū solū apud superos bona, in tartaro mala sint: eaq; de causa Iupiter postmodū desit hominū acta curare. Verum hæc quanquam fabula sit, non minus tamen rectam bonorum, malorumq; originē docet: quam si ex ipsa Academia profecta foret. At uero contra ut hæc uana & inania, ita

N^o 2 alter

alterius seculi certa, tuta, perpetuaq; omnia sunt. Ad quæ nos
 æternus amor, per hæc que uocamus tum mala, tum grumnas,
 uocat, atq; iuxta propheticum illud: Quia acceptus eras Deo
 necesse fuit ut tentatio probaret te. Deus non fecis ac pater
 quos maxime filios probat, ac amat, omni genere continentia
 exercet, ab omni uoluptate coeret, admittentes aut turpia, aut
 probrofa castigat. At contra seruos, eosq; quanto magis iniui-
 les, negligit: ut etiam scortari & inebrari sinat. Tum uero fœ-
 liciorum illius serui uitam, quam filij, ac magis optandam dice-
 mus: non in eas uoluptates admittetur, nisi omnis sceleris ex-
 pers, omnis flagitiū puris, ac ut in fornace aurum, sic iusti uita
 in hoc mundo per aduersa probatur. Neq; tamen si ad eā spem
 uniuersa hæc seu bona, seu mala conferantur, granum in acer-
 uo superabunt. Quamobrem Paulus recte dicebat, non esse cō-
 dignas huius seculi passiones, ad promerendam alterius seculi
 gloriam. Itaq; si hæc fide quis amplectatur, nonne in aduersis
 gaudio exsiet: in secundis uero tristabitur: illud in calamitate
 cogitans, iam probari se, futurum paulo post ut probatus ei-
 gatur, quod si in adipiscēda laurea, tantum gloria ris, cum iam
 tentaris, cumq; uicisti: & est illud præmium leue, mortale, fra-
 gile, quid in perpetuo, maximo, ac tutissimo faciemus: tanta
 uero est huius solati⁹ fecunditas, ac robur, ut si in fide degener-
 res cum plurimi nō essent, iam absolutum esset uniuersum mu-
 nus consolationis, quis enim breuem hanc uitam cum sempiter-
 na: tristem cum fuscunda: fragilem cum firma: infoelicem cum
 foelicissima: turbulentam cum clarissima commutare nolit. Sed
 est in incredulitate peccatum, atq; rursus in peccato increduli-
 tas, ut nostra conditio, amplissimo & spei & fidei, beneficio pri-
 uetur, quid enim homini aut utilius post obitum, aut in hac ui-
 ta gratius esse posset: futuri seculi expectatione. At quamuis
 hæc etiam nulla foret: nihil minus in aduersis contristari nemo
 deberet, quod pleraq; hominum mala in bona etiam conuer-
 tantur, neq; ulla est tam firma mortalibus lex, quam quod: ni-
 hil

hil est firmum, neq; solum mala pluribus magno commodo extitere, sed etiam bona incommodo, at nunc hoc non est praesens negotiū ostendere, quanquam etiam frequentius sit. De maiis etenim sermo tantum institutus est. uix sufficiat liber hic, si uelim narrare quibus infortunia lucro fuere, necq; aliud magis puto sacram paginam uelle in beati Job historia insinuare, quam eam fortunae uarietatem, quam gentiles pluribus exemplis doctuerunt, unico exemplo uoluisse comprehendere, siquidem Job primo filiis, agro, gregibus, ualitudine foelix: post omnibus spoliatus, amicos non auxiliatores, sed reprehensores habuit. Rursus meliore fortuna usus, copiosius omnia recepit: tantæ sunt bonorum, malorumq; occasiones, ut nihil his incertius sit. Venatio seruitus attulit consulatum, ingentiaq; trophæa: quæ sparseri nullo modo poterant, nisi Romanorū fortuna decidisset. At per seruitutē uirtus hominis, & occasioni, & felicitati coniuncta est. frequens nunc hoc apud barbaros exemplum, Turcas siquidē, & olim apud eos qui Mamauchi uocabant. Quid morbo mortalibus intolerabilius: profuit tamen hic Octavianus Augusto plurimum, cum in Actiacis castris esset: monito enim Medico ut se ē tentorijs subtraheret, causam salutis per somnium habuit: cui si citra malam paruissest ualeutinem turpissima macula ignominiae adiecta esset. manenti autem, aut mori aut fugere necessarium erat. Brutus enim ea parte prospere in eius castra uictor se intulit. Habebat Plotinus, Platonicus philosophus, Oruntium Marcellinum discipulum qui morbi tedio ad eum se contulerat, podagrīcus enim erat, & articulorum doloribus grauiiter conflictabatur: audiebat autem attentissimus, mira etenim illi Philosopho orandi suauitas erat, inde ciborum penè oblitus, & Philosophiam studio, & ualitudinem abstinentia recepit. Sic morbus eruditonem, pariter & sanitatem dedit, Animi equidem uirtutibus aduersa corpori ualitudo planè conductit, hos temperatos, illos mitiores, alios reddit religiosores. Corpori uero citâ plerunq; utilis est, inde plus

N 3 res

res in ualido corpore ad senectam perueniunt quam robustissimi. Tanta uero est rerum uicissitudo, ut quemadmodum in cerui cauda uenenum latet præsentissimum, cum alioquin tota care sit saluberrima. at contra tirus serpens, cuius uenenum mortali bus est perniciosissimum, carnem habet omni alia medicina aduersus uenena utiliore. Paulus huius nominis Pontifex tertius Maximus, uir sanè eruditus, & ad summum sacerdotium non ineptus, magnum tamen auxilium ad consequendam tantam potentiam, ex opinione senectutis, & aduersæ ualitudinis consecutus est. Spartacum olim ad ludum gladiatorium condemnatum, gloriosum nunc, at dum uiueret etiā Romanis formidabilem, maxima calamitas effecerat, & nunc fama latronis illius uiret, cum plurimorum regum exciderit. Habet & preter reliqua omnis infelicitas, ut sua uorem uitam cum abierit res hinquat. Quis nam capit uoluptatem in incolumitate? nisi qui æger fuit; quis in patria? nisi qui olim exul; quis foelix in diuisijs? aut uel nouit eas? nisi qui expertus est paupertatem. Cur tantum senes filios tunc primum natos diligunt? nisi quod iam diu filiorum uoluptate caruerint. Legimus ea ætate Agesilaum Lacedæmoniorum regem, uirum grauem tum sapientissimum tum seuerissimum usq; ad ineptias amasse filios. Qualis salis astreitas in condimentis, talia uitæ mala, præsertim si non sint diu turna. Vnde & Virgilius optime inducit Aeneam sic solantem socios:

O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonanteis
Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa
Experti: reuocate animos, moestumq; timorem
Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Quid inter tot egregie res gestas Ciceroni exilio plus profuit: in quo & publicata bona, & euersa domus, & interdictus commeatus. tunc solum sensit, quam gratus esset ciuibus, quam urbi necessarius, quam amicis caris, & si desisset ineptire, nihil ei splen-

ei splendidius accideret in vita: inde in reditu potentissimus evasit. Est & aliud consolationis genus, in omni aduersa fortuna, non leue, quod à necessitate proficiscitur: siue enim feras, seu non feras, ferendum est tamen: neq; aliud tristitia efficit, quam quod grauiores molestias uideri facit, mentemq; è recto consilio deiecit: inde spem leniendi doloris, nedum tollendi infortunij auferat. Quid porrò boni, aut auxilij, luctus, lamentatio'ue, aut desperatio afferre potest? equidem illud cum in tua potestate possumus sit, aut lenire dolorem, aut augere, non solum prudentis uiri est, sed & melius rebus suis consulentis, leuiores efficere molestiam, læto'q; animo aduersa ferre, illud frequenter memorando,

Animus æquis, optimum est ærumnae condimentum.

Quid tibi prodest animi moeror, ac dolor? saepe etiam fortibus uiris, ipsa patientia auxilium attulit. miseremur certe illorum magis, qui fortiter quæcunque ferunt: ac insontes iudicamus qui tantā etiā in calamitate uirtutē ostendunt. Agis Lacedæmoniorum rex, cum ab Ephoris (id magistratus nomen erat etiā regibus imperantis) ad mortem laqueo in dicta causa trahetur, ploranti cuidam ministro ē suis, dixit: Desine o homo flere propter me. nam adeo iniuste, & inique moriēs, melior his sum qui me interficiunt, cumq; hæc dixisset, sponte se strangulauit. At uero etiam saepe generosus animus misericordiam meruit. Scuola cum decreuisset Porsennam regem occidere, uoluntaria & audaci confessione, liberatus est: qui si negasset, ueniācū orasset, ultra dedecus, etiam acerbam mortem subiturus erat. Lucilius captus pro M. Bruto, Seruius Terentius pro D. quanquam in Antonij manus inciderint, & uitā, et amicitiam hostis, constantia magis, q; precibus meruerunt. Quid plura? & in hostibus, et in seruis tolerantia, et in pessima fortuna bonus animus, laude semper, saepius etiā auxilium peperere. Deniq; illud concludendum est, quod cum sola animi conscientia, molestia'q; insoelicem hominē reddere possint, illum sibi pessime cōsulere, qui

qui animum infortunio subiicit, ex quo liberum totum hominem esse licet, totus enim homo, animus est, is si doleat, homo male se habet, etiam si uniuersa recte cedant. at si hominis animus iucundus sit, nihil est mali, etiam si uniuersa ruant. Memini quendam ditissimum insanisse, caprantemque paleas, ac plorantem, quod fame esset interitus: nihil enim tritici in inanibus stipulis esse, nonne miserrimum illum sola animi tristitia faciebat? alius se cum uitreum esse putaret, singulis momentis timebat abrumpi, nonne hic absque calamitate, in maxima calamitate erat? Sed sunt etiam quidam qui sibi malorum causam praebuerunt, non solum animi uitio, sed errore, quos etiam equiore animo longe pati aduersa decet: ac uelut pueri, si sibi manus mordeant, etiam grauiter, silent, si alius uel leuiter laeserit, plorant: ut uero non decet pueros imitari, turpe tamen est illis nos esse imprudentiores, ac inconstantiores. Quid enim stultius potest cogitari, quam seipsum ledere, & deinde dolere? quin potius ut poeta dicit,

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est,
Quæ uenit indignæ poena, dolenda uenit.

Quid autem merito magis, nobis contingere potest? quam id cui nos seu per imprudentiam, seu per metum, aut temeritatem, aut etiam quod est deterius, per intemperantiam, causam dedimus? Cur autem queraris? cum non aliunde malum suscitatum sit? aut aduersus quem? cum tu tibi fueris inimicus, aut quem ulcisceris? nempe teipsum. Est autem, si recte animaduertis, omnium malorum plerique in nobis causa. hocque in libro De arcana æternitatis quanquam aperte ostensum sit, nihil minus, quantum huic cause necessarium uidetur, deniū demonstrandum erit: neque hac ipsa demonstratione indigeremus, si homines non nimis seipso amarent. Cum enim quicque quantum rudes, plurimum sibi sapere persuadeant, euētus bonos in propriam prudentiam, sinistros autem in fortunam referūt. neque fortuna illis satis fuit, quæ accusaretur, malum genium, & dæmon.

dæmonem obscurum etiam subiecerunt: in quo genere principes etiam priuatissime longe stolidiores sunt, quod non tantum insita omnibus hominibus laborent amentia, sed singulis horis aures adulatoribus praebant: qui dona Deorum, sapientiam, in his admirarentur, quorum maximum studium est, ut nihil prorsus sciant: neque enim Gnathones illos aliter alerent. Quam me lius igitur mortales cuncti, felices euentus in Deum, aut si perdit in fortunam referrent: aduersa in petulantiam, socordiam, ac imprudentiam propriam. Vis uero te primum agnoscere quam sis imprudens, quod prudentem te ipsum existimas. Socrates qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, hoc tantum unum scire se dicebat, quod nihil sciret. tu cum nihil scias, foeminarum more, Masagetas, & Indos, & coeli penetralia loqueris. Ptolemaeus ille inclytus Astronomus, dicere solitus erat, eum qui sibi placeret, Deo iniurium esse. is sibi placet, qui prudentem ac sapientem se putat, omnia uero in proprium commodum uertit. Tales sunt plerique mortalium, inde quisque sibi mala parit, & fortunam, et dæmones accusat. At iam ex proprio paululum secesseramus instituto: nempe probandum est potius, quam arguendum, nos nostrorum malorum causas esse, & si ad uniuersa malorum genera inspiciamus, sic se habere res uidetur. Quis tam immitis tyrannus, ut in humiles & innoxios se uiat? quis tam pauper artifex, ut uictum quarere non possit? quis tam atrox, ut in mites ac prudentes irruat? est prudentis viri obseruare tempora, homines, potentiamque illorum, cum quibus uersaris. Fuit Nero crudelis, Vespasianus tamen inoffensus non tantum mansit apud eum, sed & magistratus geslit. fuit & Tyberius in suis seruis, Thrasilum tamen Mathematicum perpetuo ab exilio amicum habuit; & grammaticos complures. Illud uero tutissimum est, cum in has truculentas bestias inciderimus, ignotum esse. Est autem firmissimum argumentum, absque propria culpa, raro infelices homines fore, quod cum reliquie uirtutes, aut è mortalibus discesserint, aut

O con-

contemptui habeantur? sola inter omnes prudētia, semper p̄o priam retinuit dignitatem. nam iustitiam, fidem, liberalitatem humanitatem, non aliter quām peregrinas quasdam aues, admiramus, cum etiam plerique male cedant: fortitudo frequenter, sed omnibus exposita periculis, iacturam magis quā fortunam tandem affert. Eruditio ipsa ludibrio est, & nullis non lacessentium iniurijs exposita: at prudētia, quasi diuinum quidam munus, inter mortales cum ueneratione cohabitat. Hanc reges querunt, populi admirantur, plebs laudat, undique & utilis & necessaria. Itaque si prudentia caruisti, non est quod queras: offenditur autem prudentia pluribus, ut etiā ualetudo caesis: ira, uoluptate, ignavia, stupore, amore, ambitione, avaritia: denique omni uitio animi prudentia lēditur. stultissimum uero puto uelle eos solari, qui seipso ex animi impotentia in calamitates trudunt. ut in obscenis uoluptatibus, in præcipitijs uindicta. Sunt enim quidam qui non secus ac mugiles, cum in escharatum latere agnoscant; gula tamen impatientia, aut Venetis, aut alterius uoluptatis, manifestis discriminibus se obiectūt. Callide enim fertur mugil (uerum tamen stulte) cauda elidere ex-hamo escam: et si minus liceat, summis labris arrodit. Quot sump tanto periculo, parasiticam exercere, cum secure aliter uiuere possit: sed his beluis insulsores, nedum p̄ae importunitate escam excutere sustinemus, quid igitur habet hæc amaritudo doloris, quam tanta uoluptatis dulcedo irritat? At uelim & uoluptatibus indulgere, & carere doloribus. si hæc te tangit molestia insanis, impossibilia omnino querens. Etenim omni uoluptati, sua amaritudo coniuncta est, gloriæ inuidia, sapientiae labor, diuinijs curæ, soboli solicitude, intemperantiae morbi, quieti paupertas, ambitioni odia, potentiae metus, tranquillitati contemptus, quis nam tandem mortalibus rebus exitus patet? Est uero & illud in moderanda tristitia suaquissimum, quod omnes homines aliquo laborant infortunio: & ut dici solet, quisque suos patitur manes, alium nempe paupertas, alium orbitas, hunc morbi

morbī, illum timor, alium iniuria, hunc insidię, illum filij, alium uxor, alium inimici discriutiat. quodq; maius his omnibus est, ac admirabilius, tanto prōrior est humana conditio ad calamitatem, ut hoc etiam calamitas sit esse quam fœlicissimum, ac nulli omnino dolori obnoxium. Quamobrem ferunt Polycratem, fœlicitatis satietate, annulum in mare proiecisse, ut habet quod doleret. erat enim ei carissimus. uerum fortuna illico expiscato pisce, annulum iterum ei reddidit. Sed ne omnino fabulari in hoc genere uidear, quam uoluptatem in prandis capiunt reges? quod ex consuetudine palatum saporum delicias non sentiat. Referūt Medici delicias esse, cum quis ex tristi sensu in propriam redit naturam: quonam modo igitur qui omnino caruit molestia, fœlix esse potest? Vides quam beati sint pauperes, cum ad diuitium coenas inuitantur, quænam causa est, cum nihil pauperibus melius apponatur? nulla nempe, nisi nouitas rei. Non potest igitur homo beatus esse absq; calamitate, nec iucundus absq; molestia. In his igitur incommodis non unum hominem socium habere, sed uniuersum humanū genus, nonne plurimum confert? ac ut uulgo dicitur, Miserum est solatium, habere calamitatis socium.

At quanto præclarior erit tua consolatio, si intelligas non fortuito mala undiq;, sed etiam pro honorū magnitudine, unicuiq; contingere? Atq; ut id primo à genere rei exordiar, nihil tam pulchrum est, quam respub. recte instituta: at nihil tam durum, quam in ea esse. ab initio talis fuit Romana, & his ordinibus imperium uniuersi adepta est: sed quid asperius his institutis, in quibus ciues, ad laborem, prolem, & militiam tantum instruebantur, horum labor (præsertim rusticus & assiduus) solo ipso nomine grauius est. Educatio filiorum, præcipue multorum, & inopi omnem molestiam superat. Nam ut gnati pauci in delectis habentur, sic multi pauperibus tedium omni mortali cura grauius efficiunt. Militia quid atrocius? fossas fodere, uallū, gestare, hyeme inter niues dormire, æstate sub Sole exerceri,

noctes insomnes agere, maria, montes, atq; omnia iniuria supērare, modo fame urgeri, modo siti enecari, deniq; occidere, aut occidi ipsa miseria hæc omnia miserabiliora sunt: ut nō mirandum sit, tam læto animo signum pugnæ expectasse semper milites, ut uel uictoria læta soluerentur, uel morte maiores ætum nas finirent. Sic Lacedæmonij tam tristem domi agebant uitā ut nunquam in castris esse tæderet. Apparet itaq; in bene insituta republica, homines esse infœlices: beatos uero cives, miseram reipublicæ conditionem ferre. Reges uero, quos homines Dñs simillimos, stulta cogitatione efficiunt, atrocioribus furis agitantur, ut non ineleganter Tragici Poetæ, in regum tantum domibus & furias, & tragedias finixerint: tum uero in priuatum comoedias, patet enim aula regum ingentibus malis, neq; eam unquam tartari monstra deserunt: iniuidæ, odia, similitates, uenena cruciatus, omnium uero quædam sedes animis ipse principis est, quæ nec diurna quies, nec nocturnus somnus tranquillum permittunt, hinc memoria scelerum, hinc suspicio famiarum, illinc populorum & regum reliquorum timores, insidiæq; in alios paratae, noctes diesq; perpetuo obuersantur. Sed sit iustus, sit sanctus, qui imperat? metus abesse non potest, ac ut de Ixione, & Lapithis poeta singit,

Quos super atra silex, iam iam lapsura cadenti
Imminet assimilis lucent genialibus altis,
Aurea fulcra toris, epulaeç ante ora paratae,
Regifico luxu furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.
Exurgiteq; facem attollens.

Ea est conditio principum, quam maxime nouerat Virgi-
lius, in illa Augusti quâquam foelicissima aula obuersatus. sed paululū ab illis deflecte, in priuatorumq; uitā descendē, quem-
nam reperturus sis ab omni infortunio liberum, non uideo, cū
maxima diligentia quosdam tanquam rhinocerotes Plinius in
historia uenaretur in toto orbe, atq; longissimo æuo, tandem
nullum

nullum inuenisse fatetur. Si igitur mortales cunctos, iam intel-
ligis aliquo insollicitatis genere premi? quis tu es, qui solus ex-
uadere cupis ab ea lege, quae nemine præterit? cur non te & im-
mortalem factum & uniuersi orbis regem, & uolucrem, & inui-
labilem doles, quandoquidem pro eximia aliqua causa magis
dolendum est. Quod si haec æquo fers animo, quod natura ali-
ter fieri non potuit, idem in hac lege quæ non minus uniuersa-
lis est reliquis illis, faciendum puta, ac iuxta fabulam illam, tan-
to minora detrimenta tua existima, quanto aliorum sunt maio-
ra. Ferunt enim aliquando lepores, desperatione quod ab om-
nibus animalibus persecutionem paterentur, destinasse se in
flumen proximum præcipitare: gregatim autem cum ad rem
exequendam progrederentur, sentientes ranæ, quæ in ripa erat
fluminis, timore percitatæ in aquam prosiliere: quo audito stre-
pitu, lepores rem intelligere studuerunt: cum uero cognouis-
sent ranas earum metu aufugisse, consilio inito decretum mu-
tavere, ea ratione quod ranæ quanquam ipsis essent miseriores,
nihil minus uitæ consulerent. & nunc usq; seruantur lepores.
Mihi hercle aliorum mala numquā minus difficiles fortunæ ca-
sus fecere: uerum necessitas malorum ipsa, quæ ex cæterorum
omnium incommodis dignoscitur: maximum ærumnarum le-
nimentum extitit. Cum enim cogitat quisq;, haec non ab iniuria,
sed à lege naturæ damna mortalibus proficiunt, æquo cur-
cta feret animo, nisi omnino uecors sit, aut stolidus. Itaq; cum
iam diu antea sapiens multorum malorum necessitatem prævi-
det: in omnibus autem conditionis, ac fragilitatis humanæ me-
minit: bono animo uentura quæq; mala expectat. Cum igitur
imminent, parem ostendere fortitudinem decet, ne mutatus ob
præsentiam illius tam honesto proposito, aut impræmedita-
tus accessisse uideatur. Illud etiam considerare expedite, quod
omni dolori, tempus est medicina, ipsum luctus extinguit, iniuri-
as obscurat, detrimenta obsoleta facit, deniq; ad omne mali
genus & obliuionem & incuriam affert. Quis enim tam impa-

O 3 tiens

tiens amoris inuenitur, qui filiū iam annis triginta amissum, aut substantiam perditam deploret aut lugeat? Temporis h̄e sunt uices, ut gaudia & mœrores extenuet primo, dein atterat, tandem penitus deleat ex animo. Quod igitur omnibus quantumvis rudibus temporis auaritia eripit, tu id utilitatis tibimet illico præsta: quodq; mox æui beneficio facturus es, id constanza, eruditioni, ac moderationi, exemploq; bono, ac laudabili condona: singeq; tibi iam hoc tempus præteriisse, melioresq; spes tuas ante te colloca. reminiscere quot uiri illustres, & im-
merito, & crudeliter à fortuna iactati, saeuos eius fluctus æquo animo tolerarunt. Nihil est magis sapienti necessarium quam moderate utranc; fortunam ferre: qui enim secundam non potest, obliuiscitur se mortalem esse; qui aduersam, hominē. Nullum etiam prudentiae argumentum maius, quam ea extemplo facere, quæ recte alij temporis beneficio didicerunt. Itaq; noli tibi grauis esse, atq; cum in umbram calamitatis incideris, te ipsum in ueram int̄elicitatem iniçere. Cogita in singulis malis plures foeciles inuentos esse: omnium uero consolationum fidelissimam, ac firmissimam, tempus ipsum exhibet, non illam quam nuper explicauimus, sed eam quam Auerroes alijq; Philosophi ostenderunt. Cum enim illud consilio exploras, quoduita hominis, si ad æternitatem ipsam comparetur, puncti uicem obtinet, atq; quæ in humana uita omnia, & tam breui curriculo temporis, & tam certa lege finiuntur, ut prorsus nihil omnino interfit, qualis'ne fueris & an etiā fueris, & mihi cum de his cogito, illud succurrit, quod in libris vulgaribus homines quidam finguntur opulent, potentesq; heroes, ac uiri tam fortes, ut Hercule longo uincant interuallo. quid uero inter hos factos uiros & Cæsarem, ac Pompeium interlit, nunquam intelligere potui: nisi uel ad eruditionem nostram, historia & fabula distinguantur, uel animorum superstitionis ratio habeatur: cæterum cum amplius non fueris, qui fueris nihil penitus refert. Sola ho-
minum stultitia & hanc commenta est inuentionem, ut non
tan.

tantum in uita, sed etiam post mortem aliorum iudicio, & fœ
 lices & infelices efficiamur. Plurimum uero video quosdā esse
 sollicitos, ut nomen, ut diuitiae relinquuntur post mortem: & ea
 insana libidine Herostratus Diana Ephesiae templum incen-
 dit, ut nomē eius etiā in scelere agnosceret. sed quis modo est
 hic Herostratus? quo patre genitus? qua matre? qua patria?
 qua forma? qua uita? quid hoc aliud est sic scire, quam nihil aut
 scire, aut nomen hominem ue fictum? Quid igitur infra trecep-
 to annos, etiam si gloriam obserues, refert an beatus, an omni
 no infelix fueris? at si gloriam subducas, quid uel ad summum
 post annos quinquaginta, inter regē & rusticū, inter Lucullū
 & Irum, inter Xenophontē & Cleonem, deniq̄ inter seruos &
 liberos fœlices & infelices distat? At uero tempus hoc, quam ei
 to, quam necessario præteribit: id ne forte dubitas, ne tempora
 hac mōrētur, aut syderum cursus alligetur, quam recte ille scul-
 psit in gemma, quisquis argumenti inuentor fuit, trigeminam
 faciem simul, in fanis, iuuenis, & senis. nihil celerius ea muta-
 tione, nihil his uicissitudinibus cōiunctius: ac ut poeta ille, recte
 fugitiuam ætatem uocauit, Cogita quot ab initio rerum anni
 transferint, qui iam ex etate tua dilapsi, ut umbra, uelocius tem-
 pore nihile esse ostendunt. Singe igitur quod certe erit, dilapsa
 iam nunc tempora, omnia in nihilum redigi comperies. Illud
 enim nō absimile his, qui in carcerebus cum certa salutis spe de-
 tinentur. quanquam enim in malo, parum dolent: præcipue
 si ingenio generoso sint: sic homines in hac uita ærumnosa, cū
 certam æqualitatem expectent, uix puto fieri posse, ut fœlices
 infelicibus non magis contristentur. Evidem si nunc princi-
 pis edictum promulgetur, ut quemadmodum Lycurgi Lace-
 ðemonij ætate, omnes opes, omnesq; agri, ex æquo diuidant,
 distribuanturq; an putas pauperes, & mendicos, an diuites in
 tristitia futuros? hercle nulli in mentem incidere posse spero,
 ut diuites lætitur, inopes iniquo ferat animo. Si igitur iam hęc
 æqualitatis lex lata est, & quæ nullo modo possit frustrari: nō
 video

video cur omnes , quotquot in miserijs uiuunt , tam iusto legis
beneficio gaudere non debeant . Quid rogo tibi erit , hic ad an-
nos ducentos , an cum sobole , an orbus ? an senex an iuuenis ,
an diues , an pauper , an seruus , an liber , an in lecto , an in patibu-
lo , an in magistratu , an absq; honore uel uixeris , uel mortuu-
fueris ? sed addit has opiniones stultitia , qua solum miseri , &
beati simus : nempe illa obliuionem rationis inducit , gigantes
pro pygmēis ostendit , modo mala nostra , modo bona tegit , au-
get , multiplicat , obscurat , abscondit : pro ut libet de nobis sta-
tuit . Verum si quid omnino in hac uita bonum est , aut malum ,
discrimen ue ullum iucunditatis , ac tristitiae : id totū in confien-
tia , & animi uirtute collocandum est : nempe flagitiorum & sce-
lerum memoria , omni supplicio maior est . Cor enim impiorū
ut Propheta dixit tanquam mare seruens fluctuat ; illorum sem-
per animus & diris uexatur imaginibus : cum nullorum sit ma-
ior cruciatus , quam eorum quorum conscientiam culpa coar-
guit & , ut ait Poeta :

Quos diri conscientia facit

Mens habet attonitos , & surdo uerbere cedit ,

Occultum quatiens animo tortore flagellum .

Poena autem uehemens , ac multo saeuior illis

Quas & Seditius grauis inuenit , & Radamanthus

Nocte , diec'z suum gestare in pectore testem .

HIERO

HIERONYMI¹⁹⁷ CARDANI MEDICI MEDIO- lanensis de Consolatione, Liber Secundus.



VM in praecedenti libro, de omnium calamitatū consolatione, copiose (quantum generaliter fieri potuit) disseruimus; uix necessaria singulorū malorum consideratio uidebatur, cum satis ex animo cuicq; sapienti recta ratio & consiliū prudens, tum oratio nostra, tristitiam omnem eripere potuerit. Verum cum id iam ab initio sit & nobis institutum, ut singula diligenter aduersa, quæ hominibus contingere possunt, absq; affectu aliquo consideraremus, rectoq; iudicio pronunciaremus; id etiam magis necessario facturi uidebamur, quod nemo existimat ea quæ praetermissa essent, consulto potius quoniam probari nequeant, quam quod superflua forēt, intacta relicta esse. Habet etiam hæc malorum historia, & obuarietatem, & ob exemplum non leuem uoluptatem, qua legentium eam tristitiae sordem, quæ à sensibili anima, tum à natura ipsa in grauibus insortunijs relinquī solet, eluere possit. Sæpen numero enim et si ratio nos consolerur, doceatq; neq; luctum conuenire, nec causam esse luctus ullam: animus tamen per se molestus lætari non potest; quod cum frequenter etiam sine ulla aduersa re incidat, quam uerisimilius est iam longo tempore tabescerebus, etiam si uulnus ipsum acceptum curetur, derelinqui. Itaq; ut ad propositum iam sermonem reuertamur, omnium quæ in humana uita contingunt, luctus, atq; mors sunt acerbissima. priuari etenim perpetuo, atq; sine spe, charissimorum consuetudine, durissimum omnibus uideri solet: mors uero ipsa, ut Philosophus dicit, ultimum est terribilium. Ea propter si quid est quod fortē, quod sapientem perturbare uirum possit, id haud dubio mors, & propria

pria, & maxime necessariorum esse debet. Quamobrem egredios Poetas luxisse, tum suos, tum uero seiplos, ac etiam alios inxiisse lugentes necessarios video : inter quos Papinius patrem deflet dicens :

Da uocem magno, pater, ingeniumque dolori.
Nam me ter relegens cœlo, terque ora retexens
Luna uidet redem, nullaque Heliconide tristes
Solantem curas.

Alius in eadem causa:

Quis dabit in lachrymas fontem mihi? quis satis altos
Accendet gemitus, & acerbo uerba dolori?
Exhaurit pietas oculos, & hiantia frangit
Pectora, nec plenos auidum finit edere questus.
Magna adeo iactura premit.

Vtinam uero querela haec, non sit ea quae uulgo dicitur, fatus haeredis sub persona ridentis est : nam tam rara pietas erga parentes inueniri solet, ut nulla non sit frequenter : sed talis modo sit, qualem carmina exprimunt. Certe nulla in parte minus necessarius uidebitur hic liber, quam in consolatione doloris, qui ex parentum obitu contigerit. nempe fratrum, qui se morti exposuerint propter fratres, tum parentum ob filios, coniugum ob uxores, aliqua sunt exempla: filiorum autem erga parentes pietas, nullo penè experimento confirmata est, quo sit ut querela Catulli, magis ex animo ut dici consueuit profecta uideatur. Sic enim fratrem deplorat :

Sed totum hoc studium, luctu fraterna mihi mors

Abstulit: hei misero frater adempte mihi.

Tu mea, tu moriens fregisti commoda frater.

Tecum una tota est nostra sepulta domus.

Imitatuer acerbiorum lamentationem, non sine ira, & animi indignatione in Mezentio deflente filium occisum Virgilius dicens;

Debue

Debueram patriæ poenas odīsç meorum.
 Omnis per mortes, animam fontem ipse dedissem.
 Nunc uiuo, nec adhuc homines, lucemç relinquo,
 Sed linquam.

Quanto tamen atrocior dolor, ab eodem Poeta in matre plorante Eurialum filium unicū singitur, quod uidua cum esset & senex illum crudeliter in hostium manibus occisum uideret; tum uero & foemineam animi mollicie amplectitur, his uerbis:

Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
 Conducite o Rutili, me primam absumite ferro.

Aut tu magne pater diuum miserere, tuoç
 Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.

Haud poterat cædes filij, à matre deplorata, meo iudicio & Poeta melius explicari. Inducit & Homerus satis grauiter Achillem, in Patrocli amici funere dolentem, cum dixit:

τὸν δὲ χρόνον οὐ φέλει εἰκάλυψαι μέλανα
 αἴματος ἀφορέσαι δὲ χρόνον οὐδὲ λόγοις,

(i.e. Hunc autem tristis nigra nubes texit. Cum autem ambabus manibus fullo gnoysi pulucrem eripisset fundebat per caput.)

Et infra:

οὐερθελέον δὲ ὄμωξεν.
 (i. Horribilior plorauit.)

Eo usq; autem inducitur dolor uehemens, ut familiares timent, ne se ipsum iugulet. Sed moderatius alius in morbo mortem luget suam, atq; de fatis conqueritur, non facto in alijs timore, sed proprio ac urgente dicens,

Ergo sub annos præuirides mihi
 Soluetur atro sanguine spiritus;

Nil est reluctandum superis, lubens

Quod fata annuerint, sequor.

Sed dum aliorum inanes has ineptias describo, iam næniam quandam confecisse uideor; soloç nomine tristem luctum,

non tantum descripsisse, sed auxisse. Non poterat tamen res ipsa dilucide explicari, nisi etiam poeta rum sententiam adiecisset, quod ea sit vulgaris opinio, non solum quod poetæ ea carent dicere quæ sunt popularia: sed etiam quod si secus uelint dicere, haud possint, cum ab omni philosophie studio sint remoti. Quam etiam ob causam, à Platonis repub. excluduntur, oportet autem in hoc aut Platonem damnare, si iniuria removet; aut poetas, si iure merito. Melius igitur sanè censendum erit, non immerito explodi, namq; cum populo sentientes, ea dicunt, quæ in opinione rudium sunt. Nemoenim negat, paucos esse sapientes, uulgs autem maximam hominum cōtinet partem: opiniones igitur poetarum, ac uulgi, in quibus à philosophis discrepant, omnes falsæ sunt, & inutiles. etenim cum necesse sit, opinionem uulgi falsam esse, si sapientum sententia uera est; at quis dubitat an sapientum dicta uera sint: sapientes enim aliter non essent, sed si modo ulla in re exigua fides poetis habenda est, nusquam minor quam in his quæ ad mores & uirtutes pertinent est exhibenda. Nec mirū si Archilochus poeta egregius, sed tanto deterior philosophus, à Lacedæmonijs, eadem hora, qua in urbem uenerat, solū uertere coactus est, quod scripsisset hanc sententiam:

At caruisse armis, quam mortem occumbere præstat.

Enimuero bonos mores per sepe corrumpunt colloquia mala. Itaq; de luctu ac morte violentibus dicere, primo necessarium uidetur explorare, an in morte seu propria, seu necessarium, aliquid mali sit: & si sit: an malum à bono, seu potius iactura ab utilitate uinci queat: id facile erit dījudicare, si primo hoc distinxerimus, atq; diligenter intellexerimus, utrum aliquid post mortem nostram, ex nobis, præter corpus superfit: an omnino etiam cum corpore, reliquum totum extinguatur. in qua causa et si plurima in libro de Arcanis eternitatis iam dixerimus, in libris autem de morte dicturi simus, non tamen hic ex toto silentio oblitteranda uidetur hæc quæstio: sed quemadmodum maxime

maxime in hoc libro ueritati studemus , tum uero ubique breuitati, sic unica ratio nobis, de rationali anima, ad eius qualitatē dignoscendam satisfaciet . Cum enim intellectus sit homo, multos habet cognoscendi habitus: sciētiam scilicet, uelut Geometriam, Philosophiam, & Dialecticam: & artes, uelut nauigādi, arandi, & medendi; itemque intellectum , qui est principios tum: uelut quod totum omne parte sua maius est, omnibus autem partibus æquale. habet & prudentiam , qua cuncta tuetur agenda, ac disponit: & cum his sapientiam , qua Deum agnoscit, religionem colit . Alij autem in horum uno, aut altero, aut pluribus magis excellunt: quo sit, ut in artibus suis quicque intellectu, & ratione adeo utantur: ut quanquam rudes in alijs rebus uideri possint, in hoc uno tamen etiam claros uiros antecedat . Alij cum doctrina, & artibus careant, prudentissimi tamen ob exercitationem sunt: ut nō obscurum sit, humanum intellectū, omnibus natura similem, at exercitatione sola differre: id quod nos & in barbaris , & in rusticis animaduertimus . Vnde quo rūndam hominum sapientiam profitentium ignoriam admis̄tor, qui literis præditos, solum rationales existimant, cæteros parum à brutis differre . Nec immerito igitur contingit, quod & uulgaris dictitat, ut totum oppositum eueniat: scilicet ut isti eruditī, extra illam suam eruditionem, omnino nihil sciant , & à quolibet imperito facile decipiāntur . Si namque hoc secum reputarent: omnes homines (nil nisi qui morbo aliquo detineantur) intellectu, & ratione pollere, eoque magis in uno, quanto ab alio exercitationis genere remoti sunt, non incauti ab illis superarentur . Quām multi, relictis uilibus officijs, clari euaserunt philosophi: inter quos, ne longius digrediar, Simon Coriarius, cū ad eius tabernam Socrates frequentius uentitaret, cum discipulis domesticos habens sermones, in clarum euasit Philosophū, monumētaque posteris non pauca reliquit . qui igitur coriarius fuerat ante, sola exercitatiōe fit Philosophus . Non cōtemnēda igitur eruditio artificum, & cæterorum literis parentium, tan-

quam ab intellectu aliena: sed ut dici solet, Quantum ab Atheneis Megara, tantum à Megaris Athenæ: sic quantum eruditus, loquendo artificē uincit, tanto artifex, sua cogitatione præstat eruditio. utriusq; igitur par ratio, par intellectus, eademq; natura: uerum solis finibus, & usu differunt. At cum in cæteris animantibus, et superior homine memoria sit, uelut in equis & robur ac uita, ut in elephanto, & uisu potentia, ut in lynceo & aquila: & auditus, ut in apro: & tactus, ut in aranea: & uelocitas, ut in lepore: horum autem habituum, nullum animal omnino particeps sit, ne dum ut hominem uincere queat, indicat hoc manifeste, animalium humanum ab omni materia corporea esse separatum. Quippe cum homo in omnibus quæ ex corpore pendent, ab aliquo uincatur animali: in his uero animi uitutibus nullum sit animal uel minimum particeps, impossibile est omnino ut intellectua uirtus non sit & separabilis, & immixta, ac perpetua. nec tantum ipsa nuda remanet, sed cum ea, quæcunque ex his didicerit, non memoria, sed ratione cooperante. Etenim cum omnium animalium canis, & cercopithecus, et elephas, absq; contentione ingenio maiore prædicta sint, etiam si totam uitam exhauseris, ne uel minimum præceptum aut artis ullius, aut prudentiae docueris, præter id quod eis innatum à natura est. Nempe, ut facillimum dicam, nexus soluere, si docere nitaris, memoria quidem comprehendunt, ut trahant, emolliantq; tum uero ut constitutum nexus soluant: at uero si uel pauxillum mutaueris nodum, haud unquam nisi fortuito dissoluere sciūt, ut facile intelligas rationis expertia ea omnino esse. Similiter & aues loqui discunt, & ut Poeta dicit, tam bene, ut apud eum pica glorietur dicens,

Si me non uideas, esse negabis auem.

Nunquam tamen quid dicat, complexum ue illum edocet, ut rationis uel uestigium assequi uideatur. & quanto sermone homini propinquiores cernuntur, eo certius quod nullius intellectus capaces sint facile cognoscit. Similiter & canes, nomina

nomina propria agnoscunt, & uenari aues disciplina edocentur: at haec omnia memoria sola retinent: quippe nihil praeter id quod edocti sunt, addere, uel mutare, pro opportunitate sciunt. neq; plura eos nosse, quae ob sermonis sublatam facultatem referre nequeant, est arbitrandum: cum aues maxime dociles, inter quas psittacus est, quamuis loqui ut homines probe discant, nihilo tamen magis ullius rationis sunt utiliores. Ad unam igitur tantum artem, natura, ad unitersa memoria soluuent, rationis usq; in aeternum, nec per prolis continuatatem erudiendae, nec per longitudinem temporis, nec per industriam capacia bruta sunt. Igitur & quemadmodum docuit Aristoteles, memoria mentis pars non est: at uero apud Platonem Recordari idem est quod apud Aristotelē Intelligere. Nempe hoc solo haec differunt, quod conceptæ rerum series, ab Aristotele quoniā nouiter menti aduenire creduntur, intellectus nomine habent. Plato uero innatas animo nostro putat, quare memoriam eam uocat. Neutrius igitur, cum mentis solum uires sint, particeps brutum animal esse potest, sed eius tantum quam Aristoteles memoriam, Plato opinionem appellat. Verum cum indiscretè nominibus paßim utatur Plato, reminiscientiam, seu memoriam sempiternam, mentisq; partem hominibus tribuit; opinionem uero & conceptam nuper ex sensibus memoriam, ceteris animalibus. At uero quod ars illa omnino à natura sit, non ab ulla solertia, indicat quod etiam hirundinibus, & formicis, præstantissimæ sint, ac etiam reliquæ uilibus animalibus, & ab omni sensu remotis. At si discretione fierent, eo essent ut in hominibus artes elegantiores, quo animalia etiam sensu, & memoria præstantiora forent. At secus euénit, cū canes, equi, & elephantes, & simiæ nihil tale nouerint, quale uel hirundo, uel formica, uel bombyces. Essent etiam in his, quemadmodū & in hominibus, circa eandem artem & imperfectiones, & diversitates, tum uero transitus in consimilia opificia, uelut & in hominibus, quorum nullum cum sit, haud dubium esse potest, uniuers

uniuersam hanc institutionem à natura esse. Atq; ut generaliter dicā, si possent bruta aliqua, uel rationis habere uestigium, necessarium omnino esset, ut ex duabus particularibus propositionibus, ratiocinatio instituta concluderet, quod nullo modo esse potest. natura igitur tantum non ratione reguntur. At uero cum ea ipsa quæ animal docet, sempiterna haud dubie sit, quanquam animal ipsum mortale. quanto igitur magis est necessarium, intellectum humanum, qui uniuersas animantium artes, atq; his longe plures, & praeclariores nouit, tum uero & disciplinas, & principia, & Deum, omnemq; coeli & elementorum cultum preter eas, immortalē & incompatibilem fore: namq; ut natura ipsa animal non est, sed quod animal docet, ideo ea superstite, animal moritur. Sic è diuerso cum intellectus homo sit totus, atq; hoc ipsemet cognoscat, intellectu superstite, homo etiam totus, quanquam corpus euanescat, incorruptibilis est. Quamobrem rite admodum à Socrate reprehensum Critonē sentio, cum enim ab eo Crito ob benevolentiam quereret, ubi sepeliri uellet (iam enim uenenum Socrates in carcere biberat, illico moriturus) respondit, hei mihi, quod operam perdidisti, nec enim Critoni persuadere potui, me totum hinc auolaturum. In intellectus enim quanquam simplicissimus, omnem tamen uitatem in homine comprehendit. nec plurimum uitutem capax est, quod diuersas habeat partes, sed pro natura, qualitateq; eorū quæ tractantur, & intellectus, & arbitrium, & ingenium, & deliberatio, & uoluntas, & prudentia, & sapientia, & ars dicitur. Quare etiam bruta his omnibus ex toto carere necesse est. nec enim ullū illorū, uel arbitrio, uel deliberatione, uel proprie dicta uolūtate uti. ut nec intellectus, nec cōsilio, sed omnia animalia æqualiter, & in uniuersum omnium horum expertia, quemad modum et è diuerso homines omnes, horum sunt capaces: ut propter id, natura illorum, quæ intellectus, seu mens, seu rationalis anima; hæc omnia, potestate simul sit, ac contineat. atq; propter id, in eorum singulum, prout uult transformatur. Quamobrem

obrem illorum uanitatem satis demiror , qui homines tantum temperatarum regionū, rationales esse existimant: at in extre- mis terrae plagiis, feris per similes, Soliniq; monstrificas formas comminiscuntur. At equidem longe iudicio aberrant . paucis enim ante annis, Leonardus Pisanius dum in Indiā, & Aethio- piam penetrasset : ex India Arithmeticam , qua nunc utimur, ex Aethiopia Algebrae artem supputandi, argumenta clarissi- morum ingeniorum detulit. Aegyptios omniū artium inuen- tores negat fermè nemo, at præcipue Astronomiæ, nuper Ioan- nes Monteregeius ex Germania , & Guglielmus Zelandinus, excellētis uir ingenij, Erasmus Roterodamus Batauius, & nunc uniuersus Boreas bonis literis scatet. Quām impudens est, eos à quibus artificia summa subtilitate, quæ nos Itali imitari nullo pacto possumus , ex Africa & Sarmatiis deferri: illorum uero ingenia, beluinis uelle comparare, nostra obtusiora præferre? Non habet temperata regio, neq; meliora ingenia, neq; acutio- res mentes, uerum solum suauiores mores, & affectus modera- tiores: quibus copia rerum, ob coeli clementiam adiuta, primas nititur sibi partes ascribere. Sed si Romanorum arma non suis- sent, iaceret Italia, non paucis prouincijs ingeniorum claritate cedens. Sic & Græcia studijs, non ingenio, barbaros superauit. At quid refert proniores ad quosdam animi affectus barbaros esse, ut propter hoc mente minus ualere dici possint: cum uidea- mus plerumq; illustres uiros, natura fuisse iracundos , humoris subtilitate , eas partes sensus quæ animæ inseruiunt rationali, locupletius adiuuante . neq; tamen ob hoc igitur minus ratio- nales iracundi dici debent, nisi eo sensu , quod rationalem uitæ animæ, à corporis affectibus nimis superari patientur . In quo intellectu, si extremorum climatum incolas, irrationales appellare libeat, non dissentiō , quiod uitij facilius parere sint para- tiores. Non quod ad rationalem animæ uitæ quicquam omni- no delit, cum plerumq; nobis & ingenio , & consilio , & artium subtilitate præstantiores sint , Quid enim rogo interest, si duo

Q

diu-

diuities æqualiter fint, alter autem diuitijs utatur, alter autem nolit, nunquid ob hoc eum qui non utitur, pauperiorem altero dicemus esse? Itaq; hoc omnes incliti philosophi uidentes, animum immortalem, & insenescibilem statuere coacti, ad eius unitatem mentientes configurerunt; dicentes equidem immarcessibilem esse intellectum nostrum, uerum tamē in omnibus hominibus unum. Id uero aliter atq; aliter affirmant. Quidā em̄ ut Auerroes, & passuum, & agentem, unum faciunt: utrumq; etiam separabilem: uerum alterum formam hominis, alterum aduentitium quiddam, & ab homine penitus separatum. Alij rationabilius ex his sententijs, solum agentem extrinsecus aduenire affirmant: necq; tamē sic homini copulari, ut forma eius omnino sit, atq; hominis pars. Verum quod de duplice intellectu Auerroes affirmat, apud Aristotelem nunquam inueni. Venus enim est qui foris aduenit, ac inseparabilis non est. cætera omnia ex materia, & seminis uirtute educuntur. At duos intellectus in homine efficere, ambo sc̄y perpetuos, absurdissimum est. Sed iam hoc nostra nihil interest, ostendamus etum qui immixtus sit, atq; forinsecus uenit, omnino unicum esse non posse. Namq; si talis esset, atq; hominis forma, quonam pacto antequām in nobis exerceretur, tabula rasæ ac nudæ posset comparari, imbutus iam in alijs omni disciplina, omnes etiam homines æqualiter superent, immo omnes quod plus est homines, unus essent homo, quod eorum forma una numero foret, & unus intelligens. At uero si forma non est, quid absurdius quam diceret hominem intelligere, cum intellectus ipse hominis pars non sit? Verum haec quantumridicula sint, eis condonentur, atq; ex initio fundamentum ipsum repetatur. aut enim hic intellectus unicus, & perpetuus, tantum in hominibus est: aut etiam tanquam quidam Sol, natura separatus, sed luce hominibus cunctis assistit. Siquidem in hominibus tantum est, quomodo est separatus: quomodo extrinsecus uenit: quo nā pacto ex parte seminis non fluit: quid uero excellentius ceteris animalibus

tibus homo habet? cum & ipsa materiam perpetuam, & natu-
ram à qua reguntur, immarcescibiles sortita sint. Hoc enim sic
permanere, non est nisi similitudine, non numero idem perma-
nere. eadem enim esset uis in animali, natura, & in homine, in-
tellectus. At uero ob hoc animal ab alio regitur: quoniam natu-
ra non potest animali eadem esse, quoniam id à quo regitur, per-
manet, extincto animali. Si igitur homo à seipso regitur, & est
immortale quod regit, unum esse non potest in diuersis. Separa-
ta enim est natura quae regit, ab animalibus, ut una pluribus in-
seruiret, copulata uero est uis in homine intellectua. Quapro-
pter intellectua una facultas, pluribus hominibus non potest
inseruire, sed unicuique suus intellectus attributus est. at nec tan-
quam sol extra collucet nobis, primum quod nos ipsimet non
aliter intelligere nosmet percipimus, quam sentire. Est autem
sensus proprius nobis, & omne eius fundamētum nostri pars,
igitur & intellectus. Tum etiam quod si exterius colluceret, ab
alio regeremur, uelut & bruta, quae nō ob aliud ab alio regunt,
quam quod id à quo reguntur, extra ipsa est. Hoc uero maxi-
me nobis hominibus proprium est, ut nobis ipsis imperemus:
namque uirtus quae in nobis membra mouet, quoniam ab intel-
ligentia proficiscitur, alienoque ac externo regitur imperio, sem-
per eodem modo paret, nec nostra omnino est, nec nobis cogni-
ta, sed ea utimur, quomodo utamur nescientes, sic & eorum quae
aliunde proficiscuntur, non plenē domini sumus. Sic belluae,
quoniam & facultate mouete, & sensu exterius causam haben-
te reguntur eodem modo, omnis prorsus libertatis expertes
sunt, & penitus imperio parent alieno, nihil differentes in suis
affectionibus, ab eo sensu atque obsequio, quod membra in homine
uoluntati exhibere solent. nam & ea si lædātur, sponte, & absque
uoluntatis imperio, se retrahunt, quāuis propter quid id faciat,
minime cognoscant. Atque etiam extra nos intellectus esset,
non magis ab animalibus differemus brutis, quam ea inter se
necessarie esset, & bruta intellectus non esse expertia: quando-

Q. 2 quidem.

quidem eodem modo & natura brutorum, & hominum, eodem modo, & ab eisdem sempiternis causis illustraretur. Ostensum uero est, nullo modo eius partis quae rationalis est, animalia bruta usque in æternum, uel minimam umbram assequi posse, sed per memoriam, aut naturam, aliquando prebusse speciem conceptæ cuiusdam rationis. Quamobrem perspicuum est men tem hominum cœlestem esse, & pro eorum numero distributā, nec marcescentem, nec senescentem ullo modo. Sed uelut radij Solis si in opacum inciderint, aut in nebulam, non colluentes; at si in uitrum, aut aquam, aut crystallum: tanto splendidius, quanto materia magis est perspicua: nec hi radij tamen illis præstantiores, aut diuturniores, sed æquali perpetuitate fun guntur: Sic animi corruptis partibus in quibus maxime refulgent, seu senio, seu morbo, desinunt proprio splendore, proprijsque uti facultatibus. unde apud quosdam marcescere uidentur, cum tamen nulla ex parte sint uitiosi, aut languidores rediti, sed inuiolati ad mortem usque permanentes: indeque emigrantes, uerissimilem nobis opinionem præbent. Quis enim se cuius existimare possit, bonorum beatos, ac foeciles, semper esse: malorum infœciles, & miseris? Hinc alij reuerti in corpora post seculi consummationem, & ut dicunt annum magnum ut Platonici: alij usque eod perdurare, atque in mundi per ignem conflagratione, quam post longa tandem secula uenturam exspectant, interituras dicunt: ut Stoici. De quibus cum nihil nunc firmum, ac constitutum habeam, dicere non decreui: sat satis mihi esse putans, ostendisse singuloru[m] animos hominum, post obitum seorsum manere, cum his facultatibus quae maxime illis propriæ sunt: uelut uoluntate, intellectu, sapientia, scien tia, deliberatione, ratione, artium peritia, atque eiusmodi uirtutibus, nunc iam ad proposita ab initio orationem reuertamur. Propositum nempe fuerat, mortem necesse malam esse, nec deplorandam, nec minus disputatio de animi immortalitate huic necessaria negocio uidebatur, quam, ut dici solet, lucernam ad hibere

hibere in meridie. Nullis enim minus mors grauius fuit ,quām his qui nullum sensim à morte esse putauerunt . Attamen cum in hos sermones incidissemus, quod nobis uere scire cōtigerat, alios ratione docere uoluimus.nunc uero ostendendum,mor tem necq; malam esse,necq; deplorandam,turpissimum uero ac omni excusatione uacans,proprium interitum aut lugere, aut timere:quem nulla pietas, nullaq; misericordia potest excusa re: sed timor,ac animi paruitas,tum uiuendi nimium anxia cu ra solum in causa esse possunt.Sed quæ tibi cura tanta,aut quæ tanta foelicitas cariorem hanc lucem efficit ? aliquid ne tu solus habes,quod nos non experti sumus,propter quod etiam uitam desideras longiorem? Nempe et nos sidera,cœlum,montes,ma ria,flumina,euripos,lacus,sylvas,prata,hortos,urbes,oppidaq; uidimus,at uero iocos,luxus,citharam,cantus,coniuicia,uenerea,amores,nocturnaq; bacchanalia,totam deniq; stulti tiam attigimus,nec defuit exercitatio laudanda,discretiarūq; liberalium mediocris notitia , tum contentiose disputations, publicæ perorationes,dignitates etiam pro qualitate adepti su mus:honestis etiam desiderijs satisfecimus,filiorum,amicorū, affinium,ac gloriæ consuetudine gauisi: & pecunias,& uestes reliquaq; cōmoda naturæ percepimus: plura longe ex his con temnentes,quām quærentes in his omnibus , nil aliud libet quā illud Propheticum exclamare,Vanitas uanitatū, & omnia ua nitas.Sed si modo cuiquā seu splendidior foelicitas,seu compen diaria ad beatitudinem uia quædam affulit , aut nouum iucun ditatis genus,edoceat. ego sanè in his omnibus plus molestiæ inueni quām uoluptatis . At puto non aliter his accidere , qui tam anxiæ & diu uiuere desiderant,quām quærentibus metallo rum transmutationem: quiduis enim potius quām quod optat inueniunt : atq; ultra id quod nec aurum nec argentum facti tant,paucum etiam illud,quod habebant amittunt.sic qui ma ximo nixu foelicitatem prosequuntur. cum eam non adipiscan tur,etiam illa quam habent animi securitate,& requie spolian tur

Q;

tur

tur, fluntque infelicitissimi. Quamobrem cum nihil iuvet hoc uitae desiderium ingens, etiam si uita bona esset, praestat cuique sine anxietate, hoc pondus curarum libenter deponere, atque ut fidu*ci*um, his qui tibi depositum commodauerint reddere. At uero si frustra distorquearis, quid aliud tibi paras, quam quod & illud exiguum uitae, quod superest, in morte consumes? si quidem totum tempus quod mortis cogitationi impenditur, mors est. At quanto melius est Agathij consilio acquiescere, qui mortem non ineleganti praeconio extulit; dicens, eam non solum do-lores ac morbos, ceterasque molestias sedare; sed & solam inter omnia, tantum semel ad hominem accedere: cum incommoda omnia saepius urgeant, saepiusque reuertantur. Neque uero ingens malum esse potest, quod tam leuisimis causis aduenit, atque undique paratum est. Solent enim quae noxia sunt, etiam rara esse, & inuentu difficultia, at morte nihil leuius occurrit, nil frequen-tius. Nempe mors ab aere, ab uentis, ab fulmine, ab aquis, ab igne, ab terrae motu, ab feris, ab piscibus, ab casu, ab puluere, ab fumo, ab serpen-tibus, ab cibo, ab potu, ab strato, ab arboribus, ab somno, ab metis con-cussione, ab gaudio, ab risu, ab societate hominum, ab ira, ab discor-dia, alijsque innumerabilibus causis occasione arripit, quid gracie in ea esse potest, quam acinus uiuere, & pilus acerius? Philo-men es cum uidisset asinum comedentem caricas, redeundi puer dixit, Postquam caricas asino reliquisti, da ei & merum, solutusque ex festinitate in rizum, dum non posset ab eo temperare cachinno assiduo extinctus est. Cum Coma Diogenis insignis latronis frater, ab Rutilio consule captus, de conatibus fugituum diligentius quereretur, sumpto ad cogitandum tempore, atque inter genua reposito capite, compresso spiritu, inter ipsas custodum manus expirauit, tam faciliter ut nemo eorum cog-noverit illum animam egisse. Quid igitur in tanta facilitate aliud existimare possumus, quam mortem somno quam simili-mam esse? atque ut in somnum, est uigilia, quamuis attentiores facti, nihil minus sensim dilabentes, accessum ipsum sentire non posse.

possumus; sic etiam ē uita in mortem migratur, paulatim sensu dilabente, mors absq; sensu ullo inuadit. An putas cum Socrates ex ueneno iam frigeret, amouissetq; seruus pallium, tanquam protinus morituro : ille uero iocaretur Critoni dicens, gallum memineris Aesculapio sacrificare (quod hic olim mos his esset qui salutiferam potionem aliquam bibissent) egregiū aliquod malum sensisse, certe non, necq; enim in extremis doloribus ioci succurrunt, nec mens ipsa compos est sui . Illud tamē admiratione non parua dignum est , quod cum omnes tantum mortem & timere, & odisse uideantur, nihil tamen minus uitare student; sed omnia mortem facile adduentia subeunt, ne circa aliud minus quam circa uitandā eam solliciti uidentur. amator scortum uitæ præponit, iracundus iuindictam, parasitus glam, ambitiosus honores, auarus opes, miles rapinam, mater filios, negotiator merces, studiosus eruditionem: ut nihil deniq; non sit, cuius causa mortis non obliuiscamur . Mortem igitur ut video odimus, & accersimus. Sed nō immerito, namq; nihil minus in se mali continet , laudandumq; propositum eorum, qui eam contemnunt; si ea, propter quaē uitam negligunt , aut honesta forent, aut necessaria: moderatiusq; diligenter. quippe ob nimium aliarum rerum studium, mortem negligere, non est fortitudinis in contemnendo argumentum , sed potius desiderij ingentis, & impotentis animi. Quamobrem non tam laudabilis contemptus, quam uituperabilis intemperantia est. At uero mortem formidasse, quamquam illud laudari non possit, hoc tamen turpius est & foedius, cum omnem incontinentiam animi abiectione uincat, præsertim uero in re necessaria, & minime mala. Evidem illud Epicharmi quidā probant, Emori nolo, me mortuum esse nihil curo , quasi finis ipse qui post mortem succedit, aut iucundus sit, aut non tristis . Quid enim triste esse potest, carere fame, siti, doloribus, labore, tristitia, timore, ac ut uno explicem uerbo, malorum aceruo: quibus si anima non sit peruersa, carere perpetuo necessarium est . at cum ea etiā super sit,

sit, horum loco, plura splendida bona permutasse, nonne optimum existimari debet, ac iucundissimum? Ea de causa Socrates (etenim hic saepe ad partes, ut dicunt, uocandus est) dicere solebat, Mortem profundissimo somno quam simillimam fore, aut diuturnę peregrinationi, aut interitus: quemadmodum animalium brutorū mors est. Si enim anima manet, & nihil post mortem intelligit: profundissimo somno mors assimilatur. nempe quod & in illo quiescamus, nihil aut sentientes, aut intelligentes, post tempus ad easdem exercitationes reddituri. Certis simum quidem eum dulcissimum esse, ac suauissimum, qui sit profundissimus, nempe nullum aliū probamus somnum, nisi in quo mortuis similes, nihil somniamus. Etenim inquietus, leuis, interruptus, molestissimus est: is etiam qui imagines, & insomnia ostendit, ægris corporibus aduenire solet; inde Horat:

Aegri somnia uanæ, finguntur species.

At lenis, ac profundissimus, qualis fessis superuenire cōsuevit, gratissimus mortalibus est. inde Homerus dulcissimum, ac morti assimilatum, profundissimum uocat, dicens:

νίγρετος, ἀδιστος, θαράπη αγχεταικάς. Et Virgilius.

Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.

Memineram patrem meum, Facium Cardanum, cum uiueret, in ore semper habuisse, se mortem optare: quod nullum sua uius tempus experiretur, quam id in quo profundissime dormiens, omnium quæ in hac uita fiunt expers esset. id puto intelligēs, quod uniuersa hęc delectatio, quę sensibus percipitur, plus habeat amaritudinis, quam dulcedinis, atq; ea propter nihil melius sit, quam intellectu seruato, ea caruisse. At uero communis opinio, mortem somno potius quam peregrinationi, aut interitus comparauit. Inde Homerus æreum somnum, Virgilius terreum mortē uocat. utrīq; enim eorum pars est obliuio omniū, remissio curarum, & laborum, sensuum torpor, & aduentus incognitus, hoc uno tantū mors, à somno differre uidetur, quod tempus quietis in morte longius est, Inde Diogenes cum ægrotaret,

zaret, sciscitanti medico, quomodo se haberet: probe inquit, frater, fratrem inuisit; nuper enim dormierat, tanta fuit animi securitas, ut sub ipso uitæ exitu iocaretur. Sic & ante nostram aetatem sapiens vir Cosmas Medices, cum sub morte oculos clausos contineret; interroganti uxori, cuius gratia id ficeret: respondit, ut assuecant, nempe mortuis oculi neque patent, neque conniuent, ex instituto quodam vulgi more. Id uero etiam species statim Poetam puto, cum dixit:

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?

Longa quiete nudi, tempora fata dabunt.

At uero si mortem diuturnæ peregrinationi assimilaueris, utique solita corporis carcere, omnia intelligat, per loca omnia obambulet: quid ipsa felicitas uel cogitatione inquam, complecti queat: quandoquidem animus dum corpori hæret, nec liber est, nec quicquam recte intelligit: sed solicitudinibus atque curis prægauatus quasdam uidet rerum imagines: & nutante animo, quasi per septum, aut contextam telam, quædam comprehendit: nec intelligit, at sic liber, non tantum ab impedimento, sed ab onere omnia dilucide conspicit. Quod si sic se habeat, quisnam mortem libenter sive merito refugiat: quin potius ut Theombrotus Ambraciota, qui lecto Platonis libro de animi immortalitate, nullo alio uexatus incommodo, naturalem mortem expectare non sustinens, præcipitem se e muro sponte desdit: ut eam ingentem animorum beatitudinem ultra sibi adsciceret. Non immerito igitur Socratem, cum a Crito antecepit in vincula conficeretur, ad fugam tum amicorum, tum filiorum, si sui causa nollet, persuaderetur: ferunt prudentissime responderisse: o Crito filij quidem dijs cure erunt, qui eos nobis dederint: cæterum quod ad amicos pertinet, in eas sum regiones concessuris a morte, in quibus pares certe nobis amicos, & forsitan meliores etiam inuentur: at uobis ipsis, uestraque consuetudine, nec diu cariturus. breuem scilicet humanam uitam subindicans, Talia Socrates dicebat, quod existimaret, ex his tribus rebus,

R

bus,

bus, quibus mortem assimilari necesse est, veram eam esse tan-
cum, quæ peregrinationi longæ eam æquiparat. Quod etiam
ex somnijs colligere licet: nulla enim certiorem exitū uitæ præ-
fagiunt, nec fidelius, aut clarius indicant, quām ea in quibus in
longinquas & peregrinas regiones obequitare sibi uidentur ho-
mines: aut alios coniunctos uiderint, præsertim si & albus sit
equus, & cursus celer, & regio ignota, nec ullū reuertendi post
modum simulachrum subsequatur. mente quod sibi futurum
est naturaliter diuinante, ac iam concipiente, quid mox factu-
ra sit. At si interitui cuidam persimilis obitus esset (quanquam
hoc esse impossibile, iam dilucide ostensum sit) nihil minus ta-
men, et si ita foret, mors mala esse non potest. Quod enim non
est, malum quomodo esse potest? aliter uero & eos qui nunquā
nati sunt, quicq; nunquam fuerint, dolere arbitrabimur. que
enim nō sunt, nihil pati possunt. Sed si permutationis causa do-
les, certe plura mala mors tollit, quām bona, & certiora. Etsi ni-
hil aliud mors afferret commodi, mala existens, nam & hoc ex
Epicharmi dicto solū supereft, quod exitus ipse grauis sit, hoc
uno ipso metu sui ipsius te liberat. nam in cunctis malis euasis-
se, summum præsidium est. Si igitur mors mala est, mortuum
esse est euassis: si bona, non est quod torquearis: horum autem
alterum necessarium fore quis dubitat? Memini tamen quod
olim misli contigerit (neq; enim ab re referre id puto) Labora-
bam semitertiana annos natus septem & uiginti: atq; in ipso in-
dicationis die, qui quartus fuerat, tum uero in iudicatorio, sepa-
tim scilicet, exolutus animo sum, ac quasi mortuus iacui. con-
tigerat uero id non ob morbi uehementem malitiā, sed quid
oꝝ uentriculi (quod Graei stomachum uocant) læso, utrunc
principium cerebrū scilicet, per neruos quinti paris, & cor ob
arteriam tum magnam iuxta eundem locum obequitantem,
tum etiam per eoldem neruos, qui eousq; perueniunt, male af-
fectum fuerat. Igitur quamvis integris penè uiribus, resolutus,
pibil tamen amplius, aut doloris, aut molestie sensu, quām quan-
dam

dam in uniuerso corpore, qualis in uenereis solet accidere, titil lationem: reliquum post initium, ut in somnum cadentibus, deprehendere non potui. Id igitur, ut dixi, cum bis incidisset, nihil aliud deterius sum expertus, nisi quod ea titillatio, nec tantum uoluptatis affert, quantum uenerea: & habet aliquid quo exoluī vires, sed tenui molestia sentiamus: nec grauius quicquam passus sum, quam quandam timorem, quo putabam me prorsus mortem obire. Et certe ad sensum ac robur, parum discriminis, ac penè nullum intererat: ad periculum uero plurimum. Confirmatus autem postmodum, in opinione sum, nō paucos interrogans, quibus mortem protinus imminere cognouerā: an saeum aliquod malum sentirent: quos cum negare id uide rim, maioremq; molestiam in grauitate capitū, aut omnium membrorum dolore leui, collocare: intellexi me non in iudicio, & quam de morte conceperam opinione, aberrasse. Illud etiam argumento non dubio deprehendi: quod cum mulierculas, & pueros, ad omne auxiliū medicamentū, aut secundarū uenæ, aut cucurbitularum applicandarum, contumaces, adeoq; morosos expertus fuerim: sub mortis autem tempore nec quererentur, nec lamentarentur, plurimum uero contristarentur, si horum quippiam auxiliorum afferre me uelle intelligerent: quis potest dubitare, mortem ipsam, aut mali omnino nihil, aut admodum exiguum continere: quod eam contemnāt, qui spretas à nobis molestias, tantopere timent? Id etiam considerandum, eos non minus audacter mortem consisse sibi, qui nihil omnino post mortem statuunt: quam qui animum sperant immortalem. Quemadmodum Calsius, qui Cæsarem occiderat, eodem pugione, neque expectato clavis nuncio, perperam se confodit: & Marcus Antonius, ex triumviris, & Sardanapalus Assyriorum rex, dum uictus esset, semet cum tota regia suppellestile, & concubinis, intrepide rogo iniecit. At uero non existimasse hunc quidquam à morte superesse, testantur notissimi illi versus:

Ede, bibe, lude, et
R 2 Cum

Cum mortalem te noris præsentibus exple
Delicjs animum post mortem nulla uoluptas.
Non igitur etiam cum corpore animus intereat, mors ma-
la esse potest, aut grauis, uel timenda. Illudq; securius habent,
qui sic credunt, quod nullo iudicio subiaceat. solutamq; ab om-
ni suspicione mentem, uel poenarum, uel præmij subeundi (que
plurimos in morte anxios facere solet) retineant. Verum omnia
potius crede, quam sic animum cum corpore mori. namq;
ut minime certum est, quo nam pacto à morte se habeat, ita cer-
tissimum est quod super sit. Necq; tamen, et si aliunde ratio ipsa
non expetatur, sed à sola uite, & mortis consideratione: iniquio-
re animo mors ferenda est: tum quod nihil hac uita, aut misera-
tius aut difficilius sit, tum quod etiam deorum monitu, certio-
res de hoc facti simus: tum quod sapientes omnes istud censue-
rint: tum etiam quod in re ineuitabili, melius consilium sit eli-
gendum. Itaq; à prima ratione sumamus initium: quid aliud
est uita nostra, quam ærumna perpetua? singulis diebus tot ne-
cessitatibus, tot laboribus, tot suspicionibus, tot periculis obno-
xia. Nibile est uoluptatis in homine, quam poenitentia nō sequi-
tur, ultus sum, cauere oportet: comedи ad satietatem, grauitas
me offendit: parcus edi, non est expletū desiderium: ueneras
delicias sequor, hinc multiplex poenitentia, lassitudo, fastidium,
morbi deniq;: ne cuncta persequar, semper medius inter haec
ambulas, ut tiel non expleas appetitum, desiderioq; discrip-
tis: uel satiates, poenitentia & incommodum te torqueat. Cur
tiam omnes gentilium dñi, mortem uitæ hominibus præposuer-
runt, nisi quod humana miseria, illis nulla ex parte cæcipienti-
bus, tota nota esset? Etenim refert Pindarus, Agamedem &
Trophonium cum templum Apollinis Delphis condidissent,
petuisse à Deo illo mercedem: quam ille cum intra septem dies
libenter redditurum esset pollicitus, consuluit, ut interim conui-
ujs & genio indulgentes, iucundam uitam ducerent. at in fine
corum dierū, cum somnus eos altus exceperisset, uita functi sunt.

Quo

Quo euentu Apollo, non obscurè docuit, nullum esse mortali bus maius præmium, quām mortem. Post aliquod tempus idem deus sententiam in ipso Pindaro confirmauit, cum enim per Boetios legatos, poeta ab oraculo sciscitatus esset, quid est quod homini optimum possit contingere: respondit Pythius, non ignorare Pindarum, quod rogaret: si uera essent quæ de Agamede & Trophonio ipsem literis mandasset. quod si ex periri uellet, paulo post ei successurum. Intellexit poeta, id ad obitum suum spectare, nec deceptus est; paucis enim post diebus interiit. Refert Plutarchus in epistola cōsolatoria ad Apollonium: Aristotele in libro cui titulus Eudemus est, seu de anima (qui quanquā & Sylla reiectus fuerit, ad nostra rāmen tempora non peruenit) hanc historiam scribere. Cum Midas in uatione Silenum cepisset (est autem Silenus ex satyrorum gente, & Bacchi nutritio, qui et ipse Silenus uocabatur, & Satyrus erat cognominatus: unde plures ab uno defluxerūt: dicente Plinio, Pinxit & lasciuia, in qua tres Sileni comedantur) interrogauit eum rex: quid optimum homini foret, maximeq; desiderandum: atq; cum diu Silenus respondere noluisset, coactus tandem regis pertinacia, in hac uerba erupit: O Dæmonis laboriosi, & unius diei semen, quid me ea dicere cogitis, quæ uobis ignorasse melius esset, cum proprietatum malorum ignorantia, ad uitæ iucunditatem conferat? Sed postquam uos mala uestra scire iuuat: optimum non nasci unquam uobis esset: quod uero huic proximum, factuq; facile, natum subito interire, neq; enim conditio uestra optimæ naturæ particeps est. hec Silenus. Sed nec philosophorum sententia ab hoc discrepat, unde Peripateticorum princeps Aristoteles, eos qui seipso occiderint, molles & effeminate appellat. fortis enim uiri esse, malitia perpeti. at uero imbellis, & ignauí, ad mortem propter miseras configere; quod & poeta lepide imitatur dicens,

Rebus in angustis, facile est contemnere uitam,

Fortiter illa facit, qui miser esse potest,

At Academicorum optimus Plato, dicebat; morti non sive censendum, quod nesciamus, an bona sit, an mala. indicans à supplicijs, aut premis, post mortem, bonā aut malam! esse ipsam uero neq; bonam, necq; malam, quod simul utruncq; illorum ex hac uita auferat. Quamobrem etiā à sacra scriptura, mors non nisi somnus, & mori dormire dicitur. Quid mirum igitur est, si etiam præter spem futuri seculi, mors fugienda non est? Beatum Paulum optare, ut dissoluatur, & cum Christo sit. At uero hoc non tantum sanctorum uirorum desiderium esse debet, sed etiam bonorum, nempe cum tria nobis malorum genera evanescere possint; alia quidem in nobis, atq; in animo nostro, quibus temperantia aduersatur. alia extra, quibus occurri potest, in hisq; prudentia satisfacit. alia quanquā extra animum nostrū sint, ineuitabilia tamen sint, quibus fortitudine opus est. Quid rogo esset fortitudo, si mortem aut timere bonum esset, aut necessarium? Cum igitur quemadmodum temperantia, & prudenter, utilis hominibus est, sic & fortitudo. quānam eius esset utilitas, si mortem necessario timeremus: aut si mortis metus, bonus esset, uel honestus? Cum uero homini necessarium foret mortem aliquando accedere, ex tribus unum etiam sequi oportuit, uel quod bestiarum more eam ignoremus superuēturam, quod homini fieri nequit ut cōtingat, uel ut equo animo ferat, uel ut discrūtiet. nonne longe melius est, quod naturaliter homini datum est, æqui boniq; consulere, eoq; magis cum videamus, loco ignorantiae in beluis, fortitudinem homini à Deo concessam aduersus mortis necessitatem? Necq; enim melius consuēsse Deum brutis, quam hominibus credendum est: at illa omnino nullam mortis curam, eam ignorantes suscipiunt: quam obrem & nos ab eo timore immunes, ipsa animi constatia esse decet. Quid uero patriæ utilitatis, quid nostris, quid uirtutibus auxilijs afferre possumus, si mortem non contemnamus? Callista tidas Lacedemonius dux, cum aruspice uictoriā patriæ, ip̄i mortem nunciantem audisset, respondit, Me mortuo, nihil Spar.

Sparta diminuetur. Quām speciosa sunt, quām splendida facta
 uirorum mortem non formidantium, quām fœlix uita, quām
 honesti exitus, quām glorioſa fama: deniq; cur piget ad eam
 æqualitatem accedere, in qua seruus æqualis est regi, turpis for-
 mosissimo, atrox humili: Nec Xersi numerosus exercitus, nec
 Tiberio thesaurus, nec Antonio truculentæ minæ, quicquam
 proderunt. omnes erimus æquales, & innoxij. Si ueram uirtutē
 excipias, nullum discrimin erit. In eam æqualitatem, in hunc
 ordinem, ubi nec liuor, nec odium, nec inuidia est, quisq; absq;
 naturæ, aut fatorum iniuria uocat, quādo nemo huius expers
 itineris esse potest. Facit solum opinio quadam hominum fal-
 sa, lætam rem, difficile, atq; onerosam. Sic & itinera, & studia,
 & congressum regum, quicunq; harum rerum expertes sunt,
 magnificiunt; at qui assueuerunt, nihil ea esse cognoscunt. At
 uero complures, etiam cum non experti essent, timorem hunc
 neglexerunt, semetipſos ob leuissimas causas occidentes, inter
 quos Dioxippus athleta, furti insimulatus (ob Macedonum in-
 uidiam) apud Alexandrum, cum falsa esset accusatio, gladio se
 transfodit, iniuriam prius testatus. Quendam patritium lite-
 ris uacantem, ob non impetratam gratiam apud mulierē Pas-
 tauinā, quam deperibat, ueneno sumpto mori uidimus. Alius
 ciuius noster, cum facturam in frumenti precio fecisset, laqueo
 se suspendit. Alius & idem patritius, cum as alienum non tam
 commode dissoluere posset, in puteum se præcipitans extinctus
 est. Mulierem tidi quæ cum adulterium commisisset, tædio ui-
 tie, etiam spe ueniae proposita, uenenum sumpsit. Cleopatra ne
 in triumphum duceretur, & ipsa uitam, cum potestate retentu-
 ra, si uixisset, serpentum tamen morsu mori uoluit. Honestior
 foemina, sed minore periculo, Portia Catonis filia, & M. Brus-
 ti uxor, coniugis audita nece, cum ferrum subtractum à dome
 sticis foret, prunas hausit: & sic mortem inuenit. Iustiore causa
 puer Democles Atheniensis, quem Demetrius rex deperibat
 (erat enim formosissimus) cum obseruato tempore in balneo
 exiſcit

existētem, nudumq; rex per uim aggredi destinasset, in seruū
sem aquam se iniecit, & extinctus est. Nota est Lucretiē mors,
quę cū inuita uim passa foret, uolens se transfodit. Alexandre
Magno uoluntarię necis exūtus, non animus defuit: cum enim
Clitum amicū ebrius occidisset, inedia se cōficere uoluit, uixq;
precibus, & uī amicorum omnium, post triduū revocatus est.
Idem cum Sudracařū Indiē oppidum expugnaret, ē muro in
ciuitatem prōsiliens, non dubiæ morti se obiecit. Solus in ho-
stium urbem, & præcipitio delatus; sed fortuna euentum mini-
me passa est. Non feret liber exempla eorū, qui ob metum, uel
amorem, uel dolorem, aut iram, aliāsue causas leuissimas, mor-
tem ascierunt libi: cum ultro ad certum exitium etiam inter-
græ legiones properauerint. quales etiam qui cum Leonida,
contra Persas, iuxta Thermopylas pugnauere. Quid igitur &
uolentes, & tam leuibus incitati caufis (si esset mors magnum
malum) sustinere decreuissent: quando non ætas, non sexus, nō
gradus illus dignitatis, eos à proposito deterruit? At video-
quid sis dicturus, Mortem nonreformido, qua cum mala non
sit, est etiam necessaria: necessariam autem rem timere, & ina-
ne, & turpe, & etiam damnosum est: Sed uellem & eam lenem
nancisci, & in senio: qualem Augustus optauit, & consecutus
est. non enim solum ex senectute diuturniorem uitam ero asse-
cutus, sed & leniorem mortem. Censet enim Aristoteles in li-
bro de respiratione: admodum senes, nullo prorsus cum dolo-
re, imo ne cum sensu mortis quidem interire: quod calor qui
extinguitur, per exiguis sit. nobis uero aliud satisfaciet exem-
plum. Nam uelut in dente non commoto, si coneris euellere, in
gens sequitur cruciatus: at contrā si labat, nullo negotio, & sine
dolore euellitur. Sic & cruda iuuenta, acerbam admittit mor-
tem: senectus initem, ac ut Tragicus ait,

Animam senilem mollis exoluit sopor.

Quid uero ambiguum esse potest, mortem durā iuuenibus
esse: cum etiā somnus ipse relunctante natura, molestus sit. sape-
numero

namero enim ex quadam consuetudine sonanū extra tempus
querentes, siccī, & famelici, nec lassī, tardium uoluptatis loco
subrepit. Conquerebat moriens Theophrastus (& erat senex)
de natura: quōd tam longam uitam eeuuis, & cornicibus, inus-
tilibus propē animalibus largita esset, homini uero sapientissi-
mo, & proculdubio nobilissimo , tam angustos æui terminos
præfinisset. Quid igitur illis continget, qui in flore ætatis inte-
reunt: nonne iusta querelæ occasio erit? Certe non , Sed modo
causam audi, primo cur homini nō longissimam inter alia ani-
malia ætatem decreuerit postmodum intelliges, eum qui in iu-
uenta præripitur, eo qui senex, non grauius quicquā pati. Ete-
nīm primo illud dubium est apud multos (præcipue uero apud
Aristotelem) an ullum animal elephante excepto , hominē ui-
uacius sit; nam nec Phoenicis mentionem facit, nec corū, aut
cornicem, uel ceruum. homine diutius uiuere affirmat . Sed il-
lud quod etiam Virgilio tribuitur, fateamur : quandoquidem
nostra nihil interest, quōd poeta dicat , de hominibus loquens:

Hos nouies superat uiuendo garrula cornix.

Concedentibus iam ex Aristotele; elephantem plus uiuere,
quam hominem, cur contendendum erit, seu homo ab uno, seu
& pluribus uiincatur animalibus . Illud etiam consulto præter-
mittentes , quod sacra pagina longissimos uitæ periodos, qui-
bus nulla brutorum uita sufficeret, hominibus ascriperit. Illud
tantū nunc tractemus, quod præ manibus est : scilicet causam
cur homo ab aliquibus animalibus in uitæ diuturnitate uiinca-
tur. Causa igitur est, quōd cum cætera animalia , uel ad homi-
nis usum, uel ad decorē facta sint: prout libuit à natura forma-
ri potuerū : cum anima illorū, tam propter corpus facta esset,
quam propter animam corpus: Itaq; simpliciter facta, & pau-
cioribus cum instrumentis , tanquam solidiora. diutius durat.
at hominis corpus cum propter animum tantū factum esset,
plura necessaria habuit instrumenta : ut intellectus suo mune-
re uti posset, Itaq; quamquam natura optimam conditionem

S huma-

humano corpori tribuerit, non tamen eam uitæ longitudinem assè qui potuit; ob nimias concavitates, ac membrorum tenuitatem: quæ si magna fuissent, ultra id quod omnes fuissimus gigantes, etiam inuicem sibi ipsiis fuissent impedimento. indicio huic est, quod nulli animali numerosiora sunt membra, seu membrorum partes; quas et tenues, & molles esse necesse fuit: ut etiæ exactius formari possent, atq; inde spiritus (animi instrumentum) subtillior & clarior euaderet. Nihil igitur in hoc natura neglexit, tantaq; diligentia uitam hanc nostram adiuuit, ut terminos eius non ulli homini poenitendos largita sit. Ostendunt id nouiter homines in Indicì maris insulis inuenti, annos triginta supra centum superantes. quod in aere bono sine curis uiuant. at nos inter curas, & uoluptates, intempestivosq; labores, & aerem propter lucrum eligentes: non ad uitam, nec cuiusquam magis, quam diuturnitatis eius obliiti, per assiduos morbos, & corporis incommoda, in præcoccem mortem irruentes, naturam ipsam immerito breuitatis æui incusamus. At satius quanto esset scire illius uti liberalitate, si modo tam cara, ac iucunda, hæc nobis lux est. Cur enim philosophos plures, ac hieremitas, longissimo tempore uixisse legimus? quorum tamen uititudinem, horum nimia abstinentia, illorum assidua contemplatio attruerat: nisi quod absq; curis, & temperate uiuerent. Quanto hæc ratio carnib. & melle, & coena Galeni lautiore, ad producendam uitam melior est: At nunc anxi inter labores, et curas, & semicrudam noctem pernigiles, uenere excarnificati, inter nebulas, non in aere habitantes, uinoq; decocti, de uitæ breuitate conqueruntur. Sed modo quantumuis breuis uita sit, facit hoc aestimatio nostra. nec enim cum prætermisssis pigrimi fabulosis nationibus Garamantes annum excedant quæ dragesimum. Iure merito conquerimur, si quinquagesimum, aut sexagesimum annum attigerimus. gratias enim Deo ageres, si in illorum regione habitans, ad eam aetatem peruenies: nunc proximus illi, aut etiam antiquior, de uita conquereris.

Et

Est omnis uita longa, quæ ad mortem usq; terminatur, cum ab initio constitutus sit terminus, ac ut poeta dicit,

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Nonne in Sacra scriptura habetur (numeris dierum & mensium apud te est) statuisti enim terminos qui præterire non possunt? Omnis itaq; hominum uita senio clauditur, quoniam seniū ultima uita pars est. Est etiam senectus mortis necessitas, ubi cunq; igitur mors est necessaria, senectus etiam ipsa iam aduenit. hoc tanto felicior est, qui in iuuentutis tempore moritur, quod senex existens, senectutis incommoda non sentit. Vis ne uidere uitam diuturnam, & breuem, comparatione sola dicitur nam animalia ephemera uocata, quæ matutino exoriuntur, iuxta occasum solis occidunt; si in meridie moriantur, breuis uita dicuntur; si uesperam attigerint longæ; cum tamen horas uix duodecim excederint. Admiramus uitæ longitudinem in musca, quæ duas uiderit æstates: in pulice qui tres menses attigerit, horum tamen quota pars uita, humana est. canes decrepitos dicimus, qui annum duodecimum ingressi fuerint: homo his omnibus longerior est, etiam si in iuuenta moritur. Sed non est hominis uita ab annorum multitudine breuis, aut longa dilenda, omnis enim mortalium uita breuis est, quod morte certissima claudatur, facit uirtus, & gesta, uitam breuem longam esse, ignavia omnem etatem contrahit. Alexander in triginta tribus annis, senex extinctus est, multitudine ac magnitudine rerum gestarum. Argantonius cum centum & uiginti uixerit annos, in iuuenta mortuus dici potest, quod nihil præter eam ætatis raritatem, in rotæ uita dignum memoria sit consecutus. Illud uero animaduersione dignum uideri debet, quod plerique magni viri in iuuenta extincti sunt: Heroum enim nullus ferme ad senectam peruenit, Hercules, Achilles, Castor, Pollux, Ajax, Iason, tum poetæ Lucanus, Catullus, Tibullus, nec Virgilio longæua uita fuit, nec Demostheni, nec Ciceroni, quem uerum est illud nimis poetæ:

Immodicis, breuis est ætas, & rara senectus.

Iulius Cæsar, Setieris Alexader, Probus, Aurelianus, Claudius eius nominis secundus, Carus, in iuuentu extinti sunt. homines puto eo breuioris uitæ esse, quo probioris: quod tales dijs cariores, ab eis accersantur. Vnde illud etiam ex poeta sententia dictum recte, quem ægida gestans Iupiter, atq; Apollio diligunt, ad senectutem non peruenire. Est etiam illud considerandum, optionem in his querendam, ubi uoluntas auxiliū assert; at tuum nō est, aut uitam facere longiore, aut breuorem: quod si potes facias, nulla querelæ causa superest: si non potes non maiore ratione breuitatem uitæ defles, quam mortalitatem: siquidem impossibilium cura solum stultorum est, & inutilis. At modo fac ut iuris tui sit uitam ad senium protrahere, nonne infelicior euadis? tū primo, quod id munus quod solum optimum à Deo Opti. Max. mortalibus ad mortem lenientiam datum est, scilicet temporis ignorantia tollitur. iuuenies enim bono animo uitam agimus, quod procul abesse mortem putemus, at senex quomodo abesse mortem potest existimare, cum iam uitæ finem sit ingressus? Quām uerum est, me morabile illud dictum Beati Augustini, Iuuenis cito mori potest, senex diu uiuere non potest. Nec est quod relucheris, quia si etiam iuueni certa mors incumbere possit: nam cum nulli tempus ultimum notum sit, iuueni omnino nunquam uitæ desperatio adesse debet, seu letali morbo animam agat, seu inter tormenta & uincula destinatus supplicio sit. Ostendunt mortarium casus, & naturæ, & hominum legem fortunæ subiectam esse: ut immerito quidem incerta pro certis lugeantur. Sed fac ut ipsam senectutem ingrediaris, quot mala accedunt: labores, dolores, tristitia, sensuum mors, contemptus, atq; quod omnibus his ferè peius est, ut Cæcius eleganter descriptit, quod uitari ab omnibus se uideant, dicens,

Tum etiam in senecta hoc deputatum serrium
Sentire ea ætate, esse odiosum se alteri.

Ingra

Ingratus est senex etiam filijs, ingratus amicis, contemptus a iuuenibus, odiosus familiaribus: non sensus corpori, non ratio sensibus, non genua toti inserviunt: noctes insomnes, cibi insuues: taedet sumptus, quomodo non tadebit alterius? Legimus Zenonem Cittieum philosophum, cum ob ætatem mori non posset, seipsum strangulasse. Quantum diligentia, quantu*m* industria Cicero adiecit, quo conatu nixus est, ut persuaderet se necitatem esse tolerandam: que si bona fuisset, atque uel ut opes & amici, ac filij, uel eruditio saltem boni speciem præ se ferret: nō erat quo tantum laboraret, ut æquo animo ferenda uidere tur. Ridiculus enim erit qui uel bonam ualetudinem, uel magistratum æquo animo tolerandum docere uelit. At nos tolerandam senectutem dicimus, optandam minime. Quot autem hominibus in iuuenta mortuos fuisse præstisisset? Priamus non pro miraculo, sed pro exemplo in historijs recitatur. Paucos ab hinc annos Baccius Valor filium indolis egregiar*m* iuuenem, ante oculos capite multari uidit, et ipse protinus moriturus. Anno præcedente iam duos alios senes, cōsimili exitu perfunctos uideram. Vnde Theramenis sapientiam admiror, qui cum è ruina domus solus euaseret: gratulantisbus amicis, dixit, O fortuna, ad quam igitur me seruas occasionem: nec errauit. inuidia enim ceterorum tyrannorum excruciatur, & extinctus est paucis post diebus, quam ruinam euaserat. Itaque ea est cōditio mortalium, ut si contingat etiam postquam senex fueris, ad iuuentutem redire: ac, ut de Aesone poeta fabulatur dicens,

Ante quater denos, nunc se reminiscitur annos:

Dissimilemque animum subiit, ætate relicta.

Quis tam es amens, aut uitæ cupidus: ut conditionem eam recipias? Modo cum nihil super sit præter morbos, curas, contemptum, pericula, taedium, cruciatum, cur cupias uiuere non video. Et si in iuuenta, cum omnia florent, uiires, sensus, forma, ingenium, auctoritas: non raro piget uitæ: quid facturus es ea ætate, in qua id solum audis, marcidus senex, delirus senex? Iuuenis

Iuuenis mors minus est semper immatura, quā senis tarda. At si te timor cruciatus exagitat: morbus senectutem singit, quando & in eo paulatim sensus extinguitur. Sin quod tu solus abeas: ne time; ibi plures iuuenies, quam relinquas. at uero qui relicti sunt, quam breui consequentur: etenim,

Longus ad manes properat ordo

Agminis moesti.

Nec sustinent diui quenquam ordinem suum deserere. fati enim omnes urgent, et immota manet lex. quin feliciores sunt quāto citius ab hoc munere absoluunt. Ac ut in damnatis lex eos prius occidit, qui minus noxi sunt, & minus peccauerūt: deteriores, & fortiores animo, spectatores alienæ mortis prius flunt, quam suam experiantur: sic quos diui diligunt, non spectatores relinquunt, sed præcursores faciunt: ubi non alicuius insignis utilitatis causa, aut suis, aut mundo concedantur. Deinde cum nihil in malis, atrocius sit diuturna atq; certa expectatione: senectus utrumq; ferens, cum uenerit: optare facit ut quisq; iam se mortuum in iuventa cupiat. quod igitur sero, & inutiliter tunc queritur, si eueniat, boni consulendum est. Maestrem meam Claram Micheriam, iuuenem uidi, cum admodū puer essem: meminīq; tunc dicere solitam, Utinam si Deo placisset, extincta forem in infancia. Cum causam rogarem iuuenis iam factus (hoc enim semper in ore retinuerat) respondit: iam scire se morituram, & maiore animi periculo: cæterum nihil esse interim, quod si diligenter expendatur, nō maiorem tristitiam afferat, quam hilaritatem. Nam calamitates cum sunt uoluptatum memoria, cum præterierint, offendunt, & iure merito. Quid enim in hac uita est quod delectet? assiduum tedium, uestiendi & nudandi singulo die, inde fames, sitis, somni non maior copia & tranquillitas quam mortuis calor estatis, frigus hyemis, turbines temporum, minae bellorum, parentum imperia, tædia coniugis, filiorum anxia cura, seruorum cōfumacia, soni lites, ac quod his omnibus etiam deterius est: conditio scia-

līce

lacet temporum: in qua probitas, pro fatuitate contemnitur, dolus pro prudentia colitur: artifices non à peritia artium, sed ab ornatu & uanis uulgi vocibus habentur excellentes: ut ferme necessarium sit aut Deo displace: aut ab hominibus contemptos, & vexatos in miseria uiuere. Mitto omnia mala, solum id quod cum mortuis commune habemus, non malum est: cetera omnia quae mala non appellamus, his quæ defuncti patiuntur deteriora sunt. Reliquum est tandem ut de mortis genere aliquid dicamus: consulto enim prætereuendum ante fuerat, quoniam & multiplex est, & consideratione dignum, & pluribz existimatur. Namqz acerba mors, & ob iuuentutem non facile discedente animo, & ob cruciatum, & ob turpitudinem, et quia certa sit, dici solet: omnia tamen hæc, in publicis animaduersis nibus coniunguntur. ibi plerumqz iuuenes, turpi, & crudeli, & certo leto traduntur. Verum cum videamus plerosqz e plesbe, eam satis patienter ferre: non video cur maiore cæteris indigeat consolatione, præsertim cum turpem mortem, non genus eius, sed sceleris culpa efficiat. Namqz si ad genus solum respicias, plures eorum qui sic mortui sunt, & coluit antiquitas, & nostra ætas uieneratur, in tyrannorum potestate, mortis tempus, atqz modus semper fuere: innocentia vero in eius qui moritut arbitrio. Nec potest publica mors esse cum dedecore, si vita omni prorsus flagitio careat, nam mors publica quæ sine scelere est, non solum argumentum est uirtutis, sed experimentum. Primus Christus tropheū tulit ex noua lege, inde innumeri martyres: prophetarū etiā ut quisqz optimus sic pessimo mortis genere multatus est: Esaias em̄ sub Manasse rege serra factus est, Hieremias à populo lapidatus, Amos ueste per tempora transfoſsus, Ioannes Baptista capite multatus, tū deniqz alij plures uiolenter trucidati. Nec melior gentiliū optimorum virorum apud reges, uel ciuitates fortuna, uerum non effugisse, sed optasse eam uidentur, nempe Zeno Eleates, cum siceret in domo sua quiete uiuere: Nearchum tyrañi expugna reagressus

gressus est: sed deprehensa coniuratione, in crucem agebatur; ibi populum uerbis accendit, ut tyrannū lapidibus occiderint. Theodorus Cyrenæus Lysimacho regi minitanti crucem, respondit: Quid refert an cadauer meum in terra, an in sublimi putrescat? Socrati cum liceret uel silentio morte euadere (dam natus enim poena pecuniaria tantum fuerat) eos à quibusdam nabanur, in necem suam accedit. & cum Xantippe uxor quereretur eum, iniuste occidi, respondit, an mallet iustè sentiens non esse malum, præter culpā. Non est igitur turpitudo in morte, sed in mortis causa, si à uicio, & dedecore ortū habuerit. At uero cruciatus, & iuuenilis ætas, & sciētia, nihil addunt: namque scientia eius quod malum non est, mala esse non potest: sola uero mors post cruciatus lenissima est. At uero tormenta uel magna esse non possunt, uel non diuturna, exemplum autem omnium Christus tulit, ut & in exemplum transiret. Cæterum innocenti rarissime morte cum cruciatus contigisse: uixque semel, præterquam in legum mutationibus, in quibus innocentes nocentes contumacia flunt: historijs mandatum est. Rarissimum etiam est omnino exemplum mortis uiolentæ, in innoxio, si ab sit pertinacia: ut qui sic probi uiri occiderint, quasi uoluisse uideantur. At quam leuis res mors sit, etiam & publica, uel cum ferro, exemplis appareret. Iulius Cæsar cum occideretur, postquam animaduertit cunctorum gladios in se districtos, nec defensionem irritam molitus est, nec uocem emisit lugubrem: cædens etiam tunicam inter uerenda deduxit, ut honestius caderet: decoris in morte, & inter uulnera non oblitus. hunc gener apud Lucanū imitatur, si qua poetis fides habenda est: namque Pompej cædem describit his uerbis,
tunc lumina pressit,

Continuitque animam, ne quas effundere uoces
Posset, & æternam fletu corrumpere famam,
At postquam mucrone latus funestus Achilles
Persodit nullo gemitu consensit ad istum:

Dope:

Despexitque nephias, seruatque immobile corpus.

Cato Uticensis cum se destinasset morti, cuncta composuit prudentissime; aliorum saluti consulens, qui suā negligere proposuerat; inde lecto Platonis libro de immortalitate animorum, quieti se dedit, ac dormiuit; tam alto somno ut exaudiret: post expergefactus, se transfodit. cumque ob manus debilitatem alius iuñus non infedisset; obligatumque ab astantibus, salutis spem præbuerit; dilaceratis mox omnibus, etiam intestina effudit, tanta fuerat moriendi sitis: Otho imperator triginta septem natus annos, ac mollis, & effeminatus ab omnibus habitus: cum tribus uictor prælijs, uno uictus a Vitellianis foret: se natu fauente, incredibilique militum amore non sine maxima spe retinendi imperium: ne tamen aut uictus, aut uictor reipublicæ facturæ esset; rētatio duobus pugionibus in uespera, prudenterque cōpositis rebus, diuisis etiam inter amicos pecunijs, somno profundissimo se tradidit: inde solutus, cum libertum monuissest, ut militibus se ostenderet, ne ab eis occideretur, tanquam mortis suæ conscius; se transfodit: atque uno tantum gemitu uitam cum morte commutauit. Cantis Iulius, & Caio Imperator redammatus: dies decem impetravit ad supplicium: quos omnes absque ulla sollicitudine, latrunculis ludes, dormiensque transegit. cum nunciaret centurio horam instare, numeratis calculis, monuit collusorem: ne post mortem uicisse se factaret, cum ipse plures haberet calculos: testemque uoluit centurionem. inde ductus, philosopho comitant, ac roganti quid cogitaret: respondit. Observare proposui, an extremo illo momento, animus meus discessum sentiat; amicis postea renunciaturus. Aratus cum uenenum tabificum a Philippo Macedonum rege accepisse se cognouisset: uno tantum uerbo apud familiarē emisso, reliquum tempus tam leniter transegit usque ad mortem: ut non certus de morte, aut propinati ueneni, sed ex casu languere, ac ex natura uideretur. Septem fratres fuere unus matris filii adolescentesque Machabei uocati; qui uolentes omnes, unus

T post

post alium, diuersis affecti cruciatibus, unde cum matre, Antigono rege iubente occisi sunt, Testamenes ab Ephoris morti damnatus, abibat ridens: cum interrogaretur, an etiam leges cōtemneret: respondit, Non, sed multam soluere me oportet, quam nec peti, nec à quoquam mutuo accepi. Id tamen exemplum est à Cicerone sub ignoti persona relatum, multum laudetur: graui tamen iudicio, vanitatem hominis, potius quam fortitudinem refert. Neque enim naturaliter homo mortem, praeſertim sceleris conuictus, amare potest: nec nostri etiā hoc instituti propositum fuit, ut ostenderemus mortem quādam esse. utq; infidi est, nolle depositum reddere, sic nec amici, nec grati retinere nolle: Vt igitur mors nec fugienda est, nec lamentationib. deploranda, sic nec occupāda, sed ut poeta ait,

Summum nec metuas diem, nec optes.

Verum oratoribus talia referre conuenit: quæ & si ratione careant, plurimam tamen uim propter admirationē apud vulgus retinent. Honestius itaq; Theramenis exemplum, ac coradius dici potest: namq; is cū in iuustè à trīginta tyrannis damnatus, letiferum poculum ebibisset, quod reliquum fuit, in terram elīsit: dicens, Critiq; pulchro propino: uetusto Atheniensis more, qui in coniuirijs pocula ē manib; , amicis tradebant, erat aut̄ Critias, is tyrannorū deterrimus ac Therameni insensor. Clarioris etiā tranquillitatis fuit Phocionis mors: namq; ut minus eo magis: compos enim sui, amico uenenum haurire prius cupienti, cessit: deum cum desiceret, emit: testatus eam tantū uocē quando nec mori Athenis nisl empta nece licet. Sed cur diutius hominum exempla refero: cum liceat integras nationes in testimonium affirre. siquidem Galathæ adeo morte contemnunt, ut nudū pugnent. fuerunt & Romanorum exempla insignia, & Germanorum: ut pudeat in hanc causam in iudicium amplius uocare. Verū melius esse puto breui oratione complecti rationē, cur mortalis homo factus sit, ea triplex est: Prima ut ærumpnarum aliquis finis inueniretur, grauis est h̄c

ut̄

uita, & quanto ad senium producitur, eo molestior est. Vnde bene Gymnosophistam fertur Alexandro respondisse interroganti, quidnam fortius esset, an mors an uita; uitam fortiorum, quae tot calamitosa ferret. Altera causa est, ut boni absq; iniuria celebrentur, malis absq; timore damnentur: opesq; , ac potentia, quorū causa mortales tot admittunt scelera, in nullo prelio sint, recte enim mortalium res si æstimentur, anxia cura, & impia eas damnat, at si mors non esset, homines ad rapinas, & uiolentiam tantum animum intenderent: quandoquidem etiā tam breui eorum uita existente, nihil aliud cogitent. Tertia ratio ad mercedē bonorum, & malorum poenas facit: cum post interitum qui uitam religiosam coluerint; cum amicis, & fratribus, & maioribus suis non tantum, uerum etiam cum honestissimis, ac eruditis uiris conuersentur: supradq; stellas, & in locis amoenioribus iucunditate fruantur sempiterna: contrā impīj, in tenebris & solitudine uexant̄. Quare solis improbis mors mala uideri potest; cū tamen non sit. grauioribus enim eos cruciatibus subtrahit, ac bonos Cygnorū exemplo (qui non aliās, qd cum sunt morituri, suauius occinunt) letari maxime conuenit. Sunt etiā nonnulli tam ambitiosi, ut sepulchri cura eos torreat, qui nō consolandi, sed accusandi tam stulte ineptiæ erunt. Quidem homini corpus est, cū anima secesserit: nec enim hominis amplius pars est cadauer inutile, fetidē, horridū: quod Seneca mandari sepulturę inuentū iure estimat: non mortuorum sed uiuentiū caufa. ne scilicet iacens, & odore, & aspectu homines offendat. inde tot nationes, tot modi condendi cadauera. Gracis em̄ mos fuit terra obruere. Romanis igne cremare, at Nabathei etiā reges suos in sterquilinijs sepeliunt. Aethiopes pī scibis deuorandos in flumen ejiciunt. Magi olim obijciebāt feas, Hircani canibus, at Massagete qd maius est uorant. Aegypti unguentis condīunt. Perse cera obliniunt. tam incerta est ratio, ubi nulla est ratio, stulte nonne audis poetam dicentem:

Faciliſ iactura ſepulchri,

T 2

Quid

Quid iuuat an sis in marmore , an in humo excelsus, aut in uentre terræ: num te sollicitar quod operimento careas: nempe timendum non est, cœlo tegitur qui non habet urnam : dicebat poeta. Quid regibus generosa sepulchra, Pyramides, labyrinthis, colossi, mausolea: hanc foelicitatem ne obulo uno emerit qui sapiat. splendidæ structuræ hæc nomen auctoriibus certe dederunt, at propter putre cadauer condēdum si fiant , quid aliud argumentum est: quam insolentis animi, & eius qui nec in morte inanis ambitionis uelit obliuisci, & despere desinere. At uero solicitude hæc à Sylla coepit, ut etiā de busto curaret: primus que contra mortem Corneliae gentis sepeliri noluit, sed cremari: quod timeret erui, & ludibrio patere, cum id ipse in Marij busto curauisset. At quanto melius Diogenes ille Cynicus, cum morti proximus, et sub arbore facēs rogareetur, ubi sepeliri uellet: respondit, ut sic eum permitterent: dicentibus illis feras eum laniaturas, petiūt baculum: cumq; amici dicerent eum nullo usui futurum, cum sensu esset caritus: non inepte Diogenes eos arguit, dicens . In quo igitur mihi erunt damno nihil sentienti. Accedit huic rationi , quod incertū est quid ab iecta cadauera faciant: sape enim opinionem quandam diuinatatis peperere; ut Cleoni Lacedæmoniorum regi, cum enim ex coriatum cadauer in crucem sublatum esset, apparuit serpens qui abigeret uolucres carnivoras: inde orta religio quasi Deorum custodiæ cōrpus innocētis uiri esset, coepitq; adorari tam stulte, quam etiam erat cruci impositum & ludibrio affectum. Simile quoddam Clearchi cadaueri Ctesias accidisse refert: nata enim sylua super ipso pro Deo coepisse adorari. At nunc etiā supersticio manet eorum qui insepulti iacent, quod manes uagentur, tantum potest memoria iuertisti erroris, & metus solitaria uagantium . Sed iam ista inutilia mittamus, & de luctu, ut ab initio fuerat propositum loquamur . Primoq; parentum, quod eis nō solū amor sed & pietas lachrymas ciere soleat, nec ullos honestiūs lugere uideamur alios, quam eos à quibus pros-

geni

geniti sumus. debemus hoc amori, debemus charitati, debemus pietati: & si quid ad rem suam luctus filiorum facere posset, certe lugendi essent: nunc cum nihil prorsus conducat, uis dendum an saltē honeste, aut nō absq; ratione lugeri possint. In quo primo universalis quædam mihi ratio succurrit omniū eorum, quos per mortem amiserimus. Aut enim ipsorum gratia qui obierint, aut nostrum qui relictū sumus dolendum est. at uero si illorum causa doleamus? uel adhuc superesse animum credimus, aut una omnia interisse: equidem qui una omnia interisse putat, & illius causa dolet sic deploret, Hei mihi quod iam amplius non eris sitibundus, famelicus, frigens, æstuans, dolens, febriens, iniuria & calumniæ expositus, atq; quod magis est non amplius morieris, ut ego. at dices ridiculus ero si sic plorem: tu uero ne cogitas, quanquam id non dicas, tamen omnia hæc sic esse. moriendū est proculdubio, quis dubitat, mors ut putas mala est, cur igitur illum qui euasit deflere uis, & non teipsum qui malū hoc ineuitabile effugere non potes: at si tuā conditionem flere superuacuum est, quod lachrymæ nihil sint profuturæ in re necessaria, quanto minus illius lugebis obitū, qui etiam eo magis necessarius est, quod iam præterierit. At si superesse eum credis: sic instituendus merito luctus erit. hei mihi quoniam ex mortali immortalis, ex laborioso otiosus, ex misero foelix, ex tristi iucundissimus, ex obscurō factus es splendissimus. Quis sic audiens plorantem, etiam si unus sit ex parentibus, aut fratribus risum possit cōtinere? At uero nihil me uides mentiri, quamobrem si adiicias (quod fermè ex animo extiderat) & eius causa lugeo, iam tunc nænia hæc nonne probe sic precio digna est? Itaq; cum nullus ferè sit tam insipiens, ut audeat dicere, se illius causa plorare, qui uita functus sit, seu animus ipse etiā obierit, seu sit superstes: sic omnes propriam solitudinem deflere dicunt, quæ si animum agnoueris esse superstitem, nulla omnino esse potest. namq; & ille tecum est quantum utriq; expedit, & tu prope diem cum illo futurus es. At ue-

T , rō

rō caue ut audeas fateri, etiam si tecum non sit, te tuam calamitatem deflere: impudēs enim omnino es, ac inuidia plenus, qui tantum nolis illi esse beneficij, ob exiguum tuam utilitatem, etcē nūm si filios Regibus libenter tradimus, ob spem futurā ab illis aliquerando gratiæ, cum tamen Principum animus, inconstans sepius sit; aut licorum uero semper infida societas: & omnium qui seruānt generaliter neglecta salus: quanto libentius traditum ei acceptum referre debemus, in cuius aula neq; inuidia, nec odium, nec ambitio, nec negligentia: ipsius autem regis animus nec inconstans, aut cuiusquam rei ignarus esse potest. conditio vacat periculo, societas fraude, præmium ambiguitate, tempus sine. & tu eam illi ob cōmodum tuum inuidere uis: absit. Reliquum igitur est, ut et tui commoda solum metieris, & illius interitum internicinum existimans, iure tibi merito dolere posse uidearis: qui quanq; forte sic moratus, consolatione haud egregia dignus uideri possis: si tamen recte animaduersas, nihil omnino est quod doleas. Nec mireris si tuo animo dignam rationem attulero. atq; in primis, cum tuī causa, hoc rātū iniquo feras animo, aliis certe illi par aut officio, aut rūcunditate, aut necessitate inueniri poterit, sed etiā fac nō possit, aut in promptu non sit: memorare quoties tibi negotiū præbuerit, quoties sua causa in discriumen adductus sis, quoties iacturā feceris, quoties imposuerit immerito tibi: deniq; qualis fuerit erga te uix scire potes, qualis esset futurus nunq; diuinare licebit, quoties à parentibus, à fratribus, à filijs, ab amicis oppugnati fuerunt: qui olim ab eisdem defendebantur. Cassius & D. Brutus Caſarem aduersus patriam pugnantem adiuuerunt, eum Imperatorem factum occiderunt. Stuke admodum Antonius Octauio sua consilia prodidit, amicos patefecit, illius amicitiae fidens, à quo etiā adiutus persepe in dubia fortuna est, cuius tamen timore, postmodum ad uoluntariam necem compulsus est. Alexander suis satellitibus donec uixit amicissimus est uisus, qui eo mortuo, prolem suam, cum affines, alij alios perdidit derunt.

derunt; at ipse in unius eorum morte, luctui haud modum, aut finem ullum inuenierat. Parentum, fratrum, ac filiorum, ab initio semper instituta pietas, ac quasi innata: pluribus tamen quantum ex iro fuerit, paulo post dicam. At nunc rem ipsam prosequamur quid tam rogo inutile est, aut absq; certo fine, inter mortales, quam luctus: qui nec alijs prodest, & ipsis lugentibus etiam nocet: Quamobrem non miror Thracum, & Cæsiorum nationes, in morte propinquorum gaudere, & epulari: quod eos absolutos hic omni molestia sciant: illic felicem uitam ducere opinentur. At contra nascentes lugent, quod ex iucundissima quiete in tam lugubrem uitam inciderint. Quorum mortem quidam ciuis noster (ut audiu) non inelegans, secutus, manu slauit, ut cum saltatorijs tibicinibus efferretur funus. haud tamen scio an testamento paruerint. quanquam quo ad luctum attinet, improbari non possit: quod homines ea lugeant, quæ nec uitari possint, & ab omni incommmodo securos tueantur, alienamq; sortem bonam insipientes fleant, sive autem misericordiæ obliuiscantur. Quid tam frustra est quam nihil lugere, si nihil à morte sensus supereret: aut si uidentur tristitia afficere eos, qui amant: aut ab his irrideri, si contemnantur: Evidenter si eos damnamus qui amantes, & non amati, coram eis lugent, nihil profecturi, sed tantum suam ostensuri stultitiam: quanto magis si nihil putas superesse: an fabularū more (& illæ tamē manes proponunt) Euridycem aliquam nouus Orpheus ad uitam lachrymis reuocare speras: hem putas si in luctu, uel necessitas, uel utilitas aliqua fuisset, naturam quæ tot uarias animantibus instittuções, tot uarias artes, tū solertiā tam multiplicē, moresq; diversos dederit: ut pro catulis pugnent, parentes alant, obseruet in uenere affines, coniugia, vindictam, luctus omnino fuisse oblitus: nullum enim animal post educationē, aliud animal mortuū deflet: quando tamē & formicæ formicas sepeliant. ita in nullo quod necessarium esset munere natura in brutis exemplo fecit. At in educatione necessarius luctus erat, ne prolis parentes

tes obliuiscerentur, & speciem perderent. Similiter & prudenterissimi etiam legum laores, diuinæ quadam mediocritate, & popularis stultitiae, & utilitatis rationem habentes, terminos luctui admodum breues posuerunt. Namque Lycurgus ultra dies undecim plorare necessarios uetus, aut quicquam funebre facere. Solon uero omnia luctus solemnia sustulit: lamentationes, eiulatus, lacerationes. Quis uero dubitat si sapientibus & non uulgo leges codidissent, eos omnem luctum ex toto fuisse prohibituros, quid prohibituros, imo nec rationem ullam eius habituros? Nempe quod existimassent sapientem in hac causa, admonendum non esse: quod etiam per se alios plures fecisse video. Sed iam particulariter de eo dicamus. Quando quis parentum alterum deflet, uelut ut mihi dicat, an cupiat potius illum superuixisse, se autem mortuum? equidem ad hoc uenientium omnino est, ut uel filii ante parentes, aut parentes ante filios, aut una omnes, tanquam in excidio domus moriantur. At uero una omnes interisse, pro summa calamitate, atque maximo infortunio habetur. Sin autem optas te prius uita functu esse, non solum naturæ ordinem peruertis, sed etiam in alteru horum incidis, ut mors sit aut mala, ideoque minus offendat in parentibus, quam in te ipso: aut bona, parentibusque obpietatem praæoptanda: namque malum a se abigere maxime unicusque conuenit; bona autem his optare, quos charissimos habemus, & propter pietatem colimus, quid uero in illis defles, quod a senio sublati sunt, quod neque felicibus attigisse præstat: aut in alijs deploras, quod in teipso fortiter ferendum iudicas. An uero ut uetula illa orbitate luges, sed rem referre libet. Veneratus quisdam ad ostium paupercula, panem petens, atque id subiiciens, se parentibus orbam esse, id cum nos primo quasi uero a toniti haud intelligeremus, unus e socijs interrogauit, quantula aetate esset, cumque respondisset anus, septuagesimam excessisse annum: risimus intellecta re, quamuis miseresceret non parum, mulier septuagenaria, orbam se parentibus conquerens.

queritur. itaq; uide ne tu dum luges risum alij commoueas. Quid uero facturus es si more quadam uetusto Iuliensium ciuium Coi insulę incolarū senes à sexagesimo anno, edito certamine in pompa ex urbis instituto iugularētur, quod inuitiles ultra eam ætatem homines è republica sustulisse magno commodo & utilitati annonæ cessurum uideretur. Namq; lex hæc, et si saeuia esset, prospicit tamen omnis lex utilitati cuidam publicæ, quod etiam Caspios factitasse uideo. cumenim ea regio hominum ferax sit, frugum uero inops: parentes post annum septuagesimum inclusos fame necant: quod ut nimis ferum, ac barbarum, & à nullis beluis imitatum est: sic & mors senibus parentibus superueniens, tam æquo animo toleranda erit: ut intelligamus eos omnem expleuisse infelicitatis cursum, nos in turbulentio certamine curarum relictos esse: tunçq; desississe, cum ipsi reipub. graues, illis sua uita molesta foret. Cur nam putas Babylonios senes illos morti sponte solitos se tradere: nisi quod & seni mortem uita potiorem esse, & senem urbi, mortuo inutiliorem agnoscerent. iam uero non sit senex, quod Melitide stultior sit, qui mortem in senecta lugere uelit: sed siue nis parens, robustus, familiae utilis, consilio necessarius, in ipso gerendarum rerum ardore ereptus: non illud inquam dices prauij filij tecum, cur tantum distulit: uelut quidam qui se ex familia nostra Cardanorum iactabat, qui moriente patre saltauit, omnibus uidentibus: illud etiam adjiciens, quam sero, cum familiares illum animam agere dicerent. At hic impij animi,endum reuoluto anno poenas dedit, longa tabe extinctus: implexusq; illud Mosaicum, Honora patrem & matrem, si uis longeius esse super terram, quod etiā gentiles cognouisse uideo. etenim Homerius in Iliade testatur, eos breuem ætatem agere, quia parentibus munus nutritionis non reddiderint. tantus est ueritatis consensus: acciditq; hoc ut dæmonio agantur: nempe aliter tanti sceleris conscientia esse non possunt. Inde in faustis cunctis luminibus, præcipites corripiuntur à numine, ne quod spreuerint,

tint, possint attingere. est autem hominis natura dæmonia, & quæ tam impia est, ut nepharie in parentes ruat, neq; compos est sui, necq; benignum in se quicquam continet: quo fit ut necesse satio breui consumatur. Sed ut improbi filii est paratum odiſſe uitam: sic sapientis est, illorum mortem et fortiter ferre, & in suum commodum uertere: optimorum exemplo medicorū, qui si non desint medicamenta, haud uenena pro illis subiiciunt: at uero si uenena in manib; sunt, longius uero querenda sunt cæſera auxilia, etiam uenenis ad depellendos morbos utuntur. Ita sapiens quaerunt mala, bene utendo eis prospera efficere solet. inde primū subit administratio rei familiaris. Exemplum prudenter, gloriæ certamen: quæ omnia patris præcipue reuerentia aut obscurat, aut tollit. habet enim patria potestas maius aliquid etiam ipsa seruitute, ad egregias res gerendas impedimentum seu in re bellica, seu literaria, seu etiam reipublicæ administratione; cum omnia male gesta in filium, bene in patrem referantur. quem si colit, haud dissimilare potest, confilio eius cuncta facta esse, etiam si non fecerit. si negligit, uel ipso scelere excedandus est. At qui sponte filiorum glorię cedere uoluerint, tam rari sunt, ut Antiochi regis erga Demetrium filium lenitatis exemplum, pro miraculo sit. Auxit hanc causam, etiam euentus ipse: cum omnes qui illustres armis, aut literis, uel dignitate in republica euaserunt: patrem ab adolescentia amiserint: ut Iulius Cæsar, Octavius Augustus, Alcibiades, Cicero, Galenus, Aristoteles. qualis fuisset Alexander, si Philippus uel quatuor adhuc annis superuixisset: cum enim bellum cum Dario inchoasset Philippus, uictor gloriā, uictus facultatem bene gerendæ rei Alexandro relinquere nō poterat. Ut igitur ignauis, ac perditis, semper paterna mors impedimentum attulit: sic gentes uiris uia est, ut quales sint ostendere se possint. Illud etiam præ oculis perpetuo habendum est, uitam, mortemq; præcipua esse dei dona: quæ semper ex eius pendeant prouidentia. ideo qui mortem, aut uitam damnat, diuinum iudicium facit

sub

subsat, de eoq; cōqueritur, quod utriq; & opportunum, &
 utilē existit. atq; tum maxime, quod ubi eos laſeris, aut non do-
 lendum est, amisſe quos oderis, aut illud potius dolendum, q
 erga eos impius fueris. At uero nunc tuus es, ne uel impie-
 tis flagitio coinquineris, si ab eorū offenditione cauisti, & ne uel
 nolens infortunio tuo efficias tristiores. quantum etenim He-
 ctoři, ac Polyti, expedierat Priamum prius mortuum esse: qui
 illorum misero casu, adeo est contristatus, ut mortem suam cō-
 tempserit, nōne felicior Hector est in morte, ob Astyanactē,
 quam ob Priamum: namq; illius miseriā, ne oculis uideret, mor-
 riendo effugit; hunc miserum morte sua reliquit. Sed haec om̄i-
 na optimorum parentum, lenimenta sunt: At uero quot tales
 fuere, quos quanquam odiſſe sit nepharium, non tamen amasse
 est necessarium, alij enim communem reliquum parentem su-
 stulerunt, uehut Clytemnestra: quæ cum Agamemnonem occi-
 disset, ab Oreste communi filio interfecta proditur. sic & Al-
 meon, matrem Eryphilem, quod in Amphiarai patris nece cō-
 sensisset, necauit. Vulgare hoc est exemplum, neq; tales diligē-
 re parentes conuenit; quod eſi uitam dederint, inuiti tamen ed
 id fecisse uideantur, quod eos sustulerint, per quos in uitam ue-
 neris. unde Lycophron necis maternæ auctorem Periandrum
 patrem nec fame enectus, aut salutare, aut alloqui sustinuit. At
 uero quam pernicioſores sunt, qui filiorum uitæ insidiantur:
 neq; tanti facinoris tam rara sunt forsitan exempla, quam pu-
 tas. Sustulit Mithridates filios, et si per etum licuiffet, uſq; ad
 orbitatem peruenturis. Theseus uero Hippolyto, immoritæ
 mortis causam attulit. referuntq; Medeam filios próprios la-
 niasse, quod certius fertur de Catilina, qui iam puberē filium,
 non alia causa quam impetrandarum nouarum nuptiarum, ue-
 nenos sustulit. Macheus Dux Carthaginis sustinuit, Carthalum si-
 lium in cruce suspendit, ē uictoria redeuntem: quod solum pur-
 puratus, & cum uictorię insignibus, patri exuli obuiam proces-
 sisset. Huic igitur tam crudeli parenti, imo satuæ beluae, aliis

superstes filius in funere lachrymas fundet. at quanto crudelius Laodices Ariaratis regis Capadociae uxoris facinus. quæ cum ex coniuge filios sex suscepisset, quinq; ueneno sustulit, sextum etiam minimum natu conata auferre ex uita, si affinium diligentia subtractus matri non fuisset. quæ nam fera atrox tam nephandæ matri potest conferri? equidem feles, & cuniculi patres, filios nuper natos, ob ingentem libidinem si licet deuorat: at matres quæ in brutorum genere filios occidunt, nec legisse me memini, & si scriptum esset, credere uix auderem. Simili feritate Euergetes Ptolomæus duos filios, alterum iam puberem, alterum impubem ex Cleopatra susceptos sorore crudeliter occidit: etiam addito ludibrio. horum parentum ac similitudinum quam stulta mortis miseratio est. Vidi nobilem foeminam, quam non obscurum est, ob adulterium, coniugem ferro, filium impubem ueneno intra dies quindecim ad nouas impetrandas nuptias sustulisse: sponsaliaque inter funera coniugis, & unici filij celebrauit. At video quid sis dicturus, non talem defleo parentem, sed iustum, bonum, prius, mei amantissimum: qui scis an in posterum talis futurus sit: nempe et si qui filios aut coniugem neceaverunt, ab initio tales statim fuissent, sublati & circumabulsi subito essent: at cum video nullos illorum eo tempore saeuisse, sed post multos annos, indicio est, eam improbitatem, uel tempore accessisse, aut tempore natam occasionem. Quamobrem nihil tam in uniuerso incertum est, quam gratia seu in filios, seu in fratres, seu in coniuges, aut in parentes, uel amicos, aut dominos extendatur. Multa tegit calliditas consilij, alia fortunæ humilitas, alia occasio, alia prudentia: quæ omnia ætas superueniens uelut in arbore cicatrices etiam minimas auget, ac detegit. sic senectus adueniens, aliquando ob potentiam, saepius tamen ob stultitiam, & improbitatem illorum quorum opera necessaria, ob ætatis imbecillitatem utuntur: quorumque consilio regunt, multa indigne in innoxios filios admittere cogit; quorum causa misera perpetuo uitam illi ducant, alijs exhaeredantes, alijs patri

patrimonia suppilantes, alij nouas nuptias, nouercaliaq; odia
 superinducentes. quorum iniuriam auget, insita senectuti mo-
 roritas, ac saevitia: Utq; unius exemplo tot stultorum, sapien-
 tiissimi viri Catonis Censorini satisfaciam; hic filium iam gran-
 dænum habens, furtiuò cōcubitū prius, post etiam infamibus
 nuptijs uilis foeminae, totam ante actæ uitæ prudentiam detur
 pauit: ac coheredem Clientis nepotem, filio iam prætorio virō
 reliquit. Quid igitur mihi necessarium est, aut Lysandrum, aut
 Tyberium, cæteraq; monstra in senectute non solum flagito-
 sa, sed infausta commemorare: quando integritas, ac pruden-
 tia Romana, ætatis uitio, etiam lapsa sit? Quare cum pluribus
 etiam fratum multitudo paupertatem pariat, qui insignes fu-
 turi angusta re familiari prohibentur egregium quicquam fa-
 cere: confiteri debet quisq; in parentum funere pietati plurimū
 luctui omnino nihil debere. Multo uero minus, fratum mors
 anxiū quenquam facere potest, si recte res hominum ex ratio-
 ne astimare uelit: idq; primo, quod etiam cum filiorum interiu-
 tu est præponendū, an ubi solus, & absq; fratribus natus esset,
 non natos fratres etiam lugere uelles? equidem cum nullum
 hoc facere uiderim, uix puto ut quisquam luctu dignum dicat,
 quod absq; fratribus natus sit. At uero etiam si dum infans ex-
 titisti, fratres plurimos amississes, an & nunc illorum luctum re-
 nouare uelles? & illud etiam scio negabis: quippe quod incog-
 nita non diligimus: luctus autem eorum est quos diligimus. Si
 igitur nec non natos, nec natos, sed tibi ignotos deflere dignum
 iudicas: multo minus iure merito qui nati sunt, & adoleuerint,
 deflendi erint. Nam si fratres habere malum est, amississe lætan-
 dum erit, si bonum, cum in cunctis bonis melius sit aliquid ha-
 buisse, quam ex toto caruisse, quis dubitat iam adultos minus
 esse lugendos, si moriantur: quam eos qui uel nunquam sint na-
 ti, uel nunquam cogniti: ea enim est ratio malorum, ut perpetua
 semper sint molestissima: inq; omnibus his quies aliqua iucunda
 existat. Nonne in fame duos panes habere melius est, quam nul-

los: inter assiduos labores nomine requies etiam perbrevis gratio est, quam omnino nulla: nonne in carcere diecula libertatis, minus molestam efficit solitudinem: qui misere uiuunt solantur, si saltet aliquot annis iucunde se uixisse meminerint. melius igitur cum sit fratres habuisse, unaq; cohabitasse, colluxisse, uixisse: quam horum omnium expertum fuisse: at ille qui omnibus his caruit, nec plorat, nec dolet, nec omnino meminit: quid igitur tu illo longe felicior conflictaris? Sed facit hoc falsa imaginatio, ac rerum opinio, qua & illum non solum, sed & te ipsum quasi coeternum tibi fixeras: qua merito fraudatus spe, immerito postmodum fratrem luges. quid si ab initio statim, uel solitudo, uel frater unicus tecum quadraginta annis superuicturus pponatur: an uelles potius solitudinis recipere conditionem: nempe non: nisi fratres habere pro malo duxeris. At uero si iam receperisses solitudinis optionem, non doleres: nunc meliore conditione accepta doles. quid hoc est: nisi quod nunc ad mortem fratris sustinendam es imparatus: tunc uero praemediatus accessisses. mors itaque non damno, sed opinione tam intoleranda uidetur, in qua commodi accepti doles, non accepti (cum nulla sit necessitas) neque memineris. At uero hic unus frater optimus, atque tui amantissimus singitur: non vulgaris, atque ut dici solet,

Fratrum quoque gratia rara est.

Equidem si ad quotidianam experientiam species: plerique sunt morosi, queruli, inuidi, nepotes, discordes, reprehensores, contemptores. Ventos poetae pulcherrime fratres vocauerunt, quod dissides semper inter se sint: non amicos, non socios: quasi quod nullis magis conueniat discordia, quam fratribus: hoc enim proprium illorum est. Primus Chaim, ostendit erga Abel, qualis in posteru fraternus amor futurus esset, inde Jacob decepit Esau: & undecim eius filij, in Ioseph fratris seruitutem consenserunt: cum etiam aliqui occidendum suaderent: non solum pietatis oblitii, sed & communium parentum, & innocentis actus.

etis post Absalon occidit Amnon eius fratrem. Abimelech autem Gedeonis filius, septuaginta peremisit fratres uno ex eis tantum relicto; non sacra lex, non sancta religio, non diuinus cultus & tam nephario scelere deterrete eum potuit. Nec gentiliū multiora exempla. Atreus Thiesti fratri filios tres iugulatos epulandos dedit; at ille eum regno spoliauerat, uxorem adulterio corruperat. excitentur Etheocles, & Polynices Oedipi, aut Simulus, & Rhæsus maximi filij, Romulus, & Remus, lugurtha, cui non sufficit Adherbalem & Hiempsalem fratres, nisi prius excarnificatos occidere. Corbys, & Orsue Hispani, Cambyses, qui unicum Smerdum insontem, & priuatæ uitæ hominem ob somnium occidit: tam leuis causa fratrem, in fratribus necem accendere potest. Quid Caracalla Antoninus, erga Getam? quid Antipater Macedonum Rex? quid Phrahates, qui triginta fratres, atque cum his patrem Herodem etiam & quo Pacoriam mortui loco Rex creatus erat, absq; causa iugulauit? Regina Titiae filia Hiperionem fratrem in coniugem duxerat, ex quo filios duos, Solem masculum, et Lunam foeminam suscepit, communes fratres Hiperionem inuidia morti obtruncant: Solem in Eridanum fluuium submergunt: horum moerore puella extincta est. Cleopatra ut nec foemineum genus, & tam nefario scelere immune esset, Arisnoem sororem, fratremque quintum decimum agem annum, ut Aegypti regno tutius potiretur interfecit. Non sufficiet hic liber, si impia exempla fratrum prosequi uolueris. Num cognoui scelerati parricidiū in fratres bis conscientia: alterum anno præterito ex patricia familia publice capite mulctatum, quem tres occidisse fratres dicebant, cum de duobus satis constaret. nulla Falerni sitis ardenter, quam ea qua scelerati uiiri, germanum cruorem exhaustire cupiunt: Inde tam scelesti uis, ut puto, quæ etiam ipsum nomen persepe inficerit. sed non sit hic tuus frater ex pluribus, sit bonus, moratus, modestus, rarius exempli, quid maius ab illo quam ab alijs potes expectare, nam si bencuolentiam requiris, amicus non cedit,

cedit. si necessitudinem, filius præponitur, si pietatem, præcel-
lunt parentes, si officium, sodales. si obsequium, uincunt serui.
Horum autem omnium cum mors ferenda sit, fratum intoles-
rabilior esse non debet. Idq; huius maxime signum certum ha-
beri potest, quod cum in filiorum obitu parentum constantia
auctores tanquam non vulgaris fortitudinis meminerit: id neq;
in fratribus, nec in parentibus tanquam nullius exempli pro-
secuti sunt. Fratrem unice amauit, unice dilexi, an ille te? sic Isaac
Regi Germanorum frater erat Alexius, quem in regni admini-
stratione recepit: captum a Turcis, ingenti pecunia redemit;
is rediens Isaac regno spoliatus; oculos effudit: in perpetuum car-
cerem trudit, iurare per Deos potes nec fallere, quod amas, no
quod amaris. Domitianum obseruauit Titus, at quot iniurias
Titum affecit Domitianus, ut etiam existimetur ueneno eum
necasse. Quid periculosius præsertim in re ampla, quam filios
fratum curæ committere: uix est possibile & fratres, & filios
perfecte diligere, an ita uelis ut fratres dilexisse, ut filiorum sis
oblitus, quis scit an forsan mala fortuna potius filii tuis erepta
sit, quam tibi bonus frater: nam superstes, aut non sine pericu-
lo curator filii relinqui poterat, aut non sine iniuria præteriri.
memento Childeberti Gallorum regis, qui duos pueros Clodo-
miri fratris filios, per simulationem a Clotilde matre auocatos
(quod non integrum regnum possessurus uidebatur, si regis le-
gitimi hæredes superessent) interfecit. Cum plurimi deteriora
in nepotes admittant. uulgare tamē est patrimonium illorum
expilare, at sublata est simul & periculi, & iniuriae occasio. De-
nique illud obseruandum est, naturam ut in hæreditate, sic & in
uirtute inter fratres cuncta partiri. Si unus est optimus, alter est
teterimus. Si unus splendidus, alter sordidus. Si unus est uigi-
lans, alter est ignavius. Si fratrem oderis, cur putas te amari: si
amas, amor iudicium eripit: uerisimileq; est tam singulari pro-
bitati tuæ, non minorem improbitatem in fratre respondere.
At non uides, occasio deest; fraterna hereditas aut administra-
tio

tio obseruabatur: quid obseruabatur: aucupabatur potius. At quod fieri non potest fiat, ut scias illum tui esse amantissimum. tu sis orbus, filios reliquerit ille: eos amplexare, fratris loco erunt; in educandis maior charitas, in conuersatione maior erit reverentia. at nec illi, nec tibi sint filii: sit etiam unicus frater qui mortuus est: si filios fuscipias, quam meliori loco fratribus erunt; argentum perdideras, aurum reparasti. At uero nec huius potestas ulla sit, citius quam uoles, immo nolens fratrem comitabere, quod reliquum est uitae, in moerore consumes. At ille si superfuisset, uix lachrymam emisisset: quod si facturus erat, non te ipso prudentior ille fuit. Si ante illum mori noluisti, cur de fles eum ante te mortuum esse? supererant amici, affines, socii, quot mortales fratres ac paretes relinquit, ut in claustris Deo seruiant. at frater tuus ad Deum accessit, & doles in liberam et beatam uitam migrasse. Ferenda omnis luctus occasio est, quam doquidem & naturae necessitas, & lex præteriti, & rerum humarum uaria conditio hoc suadet. neque cum hominibus acerbior luctus filiorum morte superuenire possit, is quanquam etiam relicta orbitate, sublataque omni prolixi alterius spe durior sit: non tamen aut moerore, aut lachrymis, uel gemitu dignus est. Vtque paululum altius repetam, uidendum arbitror: an orbis, an eius qui filios habet, beatior uita sit. orbus hoc unum tantum habet, ut ex se progenitum post se non relinquat: id si ad perpetuitatem stulte speras: e tot millibus miriadum hominum, sobolem tuam inuiolatam permanes, etiam si mundus ipse finem nullum esset habituris. At uero quod non solum leges finem aliquem mundi posuere, sed philosophorum penè quicunque illustiores omnes, præter Aristotelē, haud obscurum est. Non continuita autem usque in perpetuum serie, quid ad te attinet, ubi finiatur: at etiam si semper maneat hac proles, beatus ne ea causa esse potes: cum statuat Peripathetici, patris semen nullam esse portionem corporis filii, sed totum ex sanguine matris generari. Galenus existimet uenas, & nervos, & arterias solum.

ex patre semine fieri; cætera quæ reparari possunt, ex sanguine materno. Vtrumvis fiat, non est aut portio uilla nepos. tam teruis est haec propagationis utilitas, ut nihil omnino dici possit. post paucos annos omnis memoria at auorum aboleat. quis inquam est qui ab aurum suum ferme cognoscatur? At certi eam paruæ uoluptati quam ingens moeror opponitur: hinc pericula uitæ, illinc educationis dispendia, fame metus, erudiendi sollicitudo, adolescentium luxuria, temeritas iuuenium, contumacia, inobedientia, tandem etiam contemptus. haecque in diuersis hominibus, & felicibus temporibus, tam uulgaria sunt, ut ferme pro necessarijs habeantur incommodis. At nunc quæ lis spes in sobole, quæ oneri tantu ac timori esse potest? Populi opprimuntur, Reges pugnant: Turcaru princeps orania uastat; ferro, flamma; omnium malorum foeda seruitus. mitissimus est, cōpegit nos in angulū; urget undiq latera; mali nō probantur, ciues boni affliguntur. An nō putas sat in tanta temporu calamitate, tibi ipsi soli timere, nisi & necessariorum tuorum miseria superaddas? Quid em̄ tristius hac nostra ætate est: cum Cicero amissæ Tulliolæ filiæ (quæ illi charissima erat) doloris maximam consolationis partem, in dominatione Cæsaris colloquauerit; in qua tamen mitissimus princeps, reru domina urbs, ipse Cicero carus Cæsari, amicus potentissimis uiris, amplissimas facultates cum dignitate retinebat, confer modo tum tempora temporibus; securitatem illā, cum præsenti periculo: opes, dignitatem, amicos Ciceronis, cum tuis: lenitatem Cæsaris, cum Principum nostrorum iracundia: illudque expende, an optandi sint filii, cū non doleat Cicero amississe. Est orbi uita plena quietis, plena uoluptatis, plena libertatis, plena securitatis: non habet de quorum aut iniuria, aut seruitute, aut ludibrio, aut cruciatu, aut periculo timeat. in pace liber est, in bello non anxius. crede mihi nulla sollicitudo maior est quam parentum in communis calamitate; seu pestis urgeat, & nō habes quo fugias; seu bellum ingruat, & abscedere non potes: aut si fame laboratur,

debet.

deestq; quo alas . has cogita infelicitates , & vide , an haec cum
orbitatis solitudine sint comparanda . Sed iam ad principale
propositum reuertamur . Cur orbum factum te doles ? cum nec
propter ipsum filium dolendum sit , qui aut nihil patitur , aut ex-
tiam iucundus est ; necq; propter te , cuius optima conditio est
filii caruisse : ex periculo in securitatem , ex tædio in quietem , ex
seruitute in libertatem euanisti , & conquereris . Nudiustertius
quasdam mulierculas pauperes complorantes , filiorumq; morte
optantes audiebam : an nō longe melius esset illis caruisse , quia
eo miseria peruenisse , ut filiorum mors optanda sit uota pau-
perum expende , illorum negligentiam circa salutem inspice ,
intelliges me nō mentiri . At diues es , nemo nisi in repub . diues
esse potest : & si regem habeas , tyrannus successor expectat . una
nox hanc facit permutationem . Sed & in repub . dum unum nō
times , innumerabiles cauere oportet . Nulla uoluptas esse po-
test in filii si opibus careas : pauperes esse nos certo scire licet ,
diuitiem nequaquam . ubi nō est securitas , quomodo felix esse
potes ? Sed mortalium conditio haec una est certissima , ut cum
pluribus principibus bellorum incommodis subiaceas : sub uno
omnia patent illius arbitrio . memineris Heliogabalum Impes-
ratorem , tota Italia pueros conquisiisse , patrimos , & matrimos
decoros ; quorum uiuentium exta inspiceret . Quid in Harpa-
gum admiserit Astyages , quid etiam in Persas Cambyses , præ-
cipue in Prexaspem . Ea est conditio hominum , ut malum plus
esse principes cum bellorum metu , quam unū , cuius libidi-
ni pateant omnia . Fuit unus Octauitus Augustus bonus , quod
fatis in bellis ciuilibus sanguinis Romani hauiisset : at quot
beluae continua serie successerunt ? Tyberius , Caligula , Nero ,
Claudius , quid his monstris fuit portentosius ? At fac ut etiam
foelicibus temporibus uiuas ; non enim ex ipsis ullum capio ar-
gumentum , quod quanquā haec mihi ipsi propter casus difficil-
les conscriplerim , non solum pppter uanam querundā de mor-
talium successibus opinionem , verum ad inopinatos eveni-

cus facilis ferendus, qui quanquam præsentibus detersores non erunt, nihilominus ex repente aduentu, homines turbare solent. Ad posteros tamen etiam me nolente liber hic peruenire possit, atque circa culpari, quod unius temporis calamitati, aut nimis tribuerim, aut de permutatione desperauerim? quapropter temporum querelam suo loco relinquamus: atque ut decet ratio consolandi ex propria iterum contemplatione queratur. mortuus est filius, quid facilis recuperari potest? nulla ætas nisi extrema, nullus morbus nisi omnino letifer filiorum generationi obstat. quæ si ingravant, iam non de filijs magis, quam de nobis conuenit esse sollicitos: namque ex statibus Aristoteles finem procreationi sexagesimum, aut septuagesimum annum decrevit. Quamuis nobis non obscurum sit, etiam ultra octuagesimum quosdam generasse. quanquam & forma & viribus senium redolentibus: ex morbis autem etiæ tabes, & podagra, generationem admittunt: Hi uero tantum prohiberi creduntur, quibus aut genitalia defuerint, aut eorum virtus ex toto uitata est, uel quibus post aures uenæ ambiæ sunt præcisæ: tales enim Hipocrates steriles esse putat. Quam bene igitur natura prouidit, ut ubi hominum uota maxime urgent, illuc reparandi facillima occasio esset. nihil enim facilis aut celerius homini euenire potest, quod pater parat diuitias, namque, aut gloria uel amicitias parati, longo tempore opus est: at filius momento gignitur. Qualis igitur iactura esse potest filij amissio, que & si maxima esset, quod tam celeriter, & ab omnibus instaurari queat, nihil facienda est. At diuitias reparare, pauperi iam facto arduum est, quoniam ut dicit solet:

Dantur opes nullis, nunc nihil diuitibus.

At uero videbis hominem famorbum, ac senem, quem cum resalutas diuitem factum audis, si membrum præcidatur non renascitur; si pater moritur, recuperari nequit, si frater; si fama perit, rara est restitutio: cum filiorum tam facilis, tam breuis, tam absolutus sit iactura instauranda modus: uel hoc solatio unico

unico digna luctu non est, etiam si certus admodum sis eum si-
lum tuum esse. Sed quam dij boni hoc nobis incomptum est,
ut nihil incertius; fide agitur, fide opus est; sola uxorum pudici-
tia requirenda est, nil amplius sperari potest securitatis. At si
contingat cuiquam alienum deflere (etenim suppositum hi sunt
qui maxime pereunt, quod per nimias illecebras animisq; ue-
hementer timore perculsis cocepti sint) uide qualem risum his
qui cæsilena probe nouerint excitabit, sed iam tuus, quod sie-
ti tamen minime potest, nō minus quam matri certus sit: quid
nam iam tuum est, an animus? nec quenquam tam impium in-
ueni qui dicat: an corpus? quomodo cum ex semine gignatur.
est autem semen tertiaræ concoctionis alimentum superfluum,
ut sterlus primæ, & urina secundæ. si igitur quæ ex superfluis
nascuntur, nostra sunt, erunt etiam uermes, & pediculi nostri,
atq; amore digni, cogita quantum seminis olim incassum effu-
deris, uel cum meretricibus concubendo, uel etiam cum uxo-
re iam prægnante: totum id perire, & non doles, quid amplius
est in filio, quam quod semel effuderis. tam uslem igitur & con-
temptam rem, tam grandi luctu dignam censes, cuius totiens
omnino nullam rationem habueris. Si ad initia mentem reuoluas,
uidebis te non aliud lugere quam modicum infelix excre-
mentum: quod si per somnum, ut quandoq; solet, effusum esset,
non omnino curasses; at modo quid interest, qualiter id pereat?
quamobrem minus miror Aristippum philosophum, filium
omnino sic contempssisse, ut eum à se abiiceret. alios uero etiam
exposuisse, ut Laius Oepidum, Priamus Paridem. Nec uero pa-
tes eum morem à regibus solum obseruatum, cum passim à pri-
uatis etiam exponerentur. quam legem Romulus infelicitis or-
tus memor, felici successu, in Italia primus abrogauit. inde Xe-
nobia esse cooperunt, quæ in urbe non feris amplius expositos
alerent. At illud uideo dicturus es: similis iam mihi factus est,
plurimū laboris, plurimū pecunie impendi, consuetudine, atq;
educatione carus euaserat; hæc querelæ matrib. iam magis con-

ueniunt. quod si iacturam pecuniaꝝ defles, non de filio, sed de avaritia solandus es. At uero illud non te fallat, morū similitus dinē non à parentibus, sed à cōsuetudine cōtrahi, remoue filios & parentibus, nullius non magis mores quam illorū imitabun̄tur. quo sit ut in omnībus pauperū filiī, parentibus assimilentur, magis quam diuitū: quoniam pauperū idem sunt parentes, & magistri uitæ: diuitū nequaquam. Quid igitur prohibet ne alium instituas filium? is enim probe persimilis est moribus, qui & te singitur. unde Quintilianus refert, Alexandrum Magnum Leonidæ pēdagogi uitia quædam, adulta etiā ætate retinuſe. quanquā etiā in uitīs refugiamus imitationē, in uirtutibus æmulari conemur. Quare si ob uirtutem is, qui iam mortuus est diligebatur: propositum certe laudamus: sed hic Dñs boni, quam grata, quam iucūda, quā felix uita, in quā ex hoc obſcu-ro turbine migrauit filius tuus: quam suave iter ei cōtigit: neq; enim fas puto, ea animorū gaudia, eos apparatus, quibus hoc relicto careere fruuntur explicare. Nam cum eo pondere pres ſus etiā animus, mortalia quæc, pariter atq; immortalia compræhendat. uix est facile dictu, quantum liber uirium, & dignitatis, illustrisq; gloriæ habeat. ad quam percipiendā, non docendam dico, quamvis in hac uita alſiſtissimus habeatur (cum non ipſe, sed homo totus sit, qui intelligat, quippe quod corpori nimiris arcto hic uinculo alligatus, ne tam celebri expectatio-ne defugiat) insufficiēs omnino eſt. Quāobrē tam lente, tamq; operose, ex hac catasta animum diſſolui quid mirum? ſic enim matri ex utero, magno cum labore, magnisq; difficultatib; atenebris in lucem hanc prodit. his tamen tanto mortis atrocitate minoribus, quanto interuallum gloriæ, qua nunc filius tuus gaudet, & uitæ prioris splendidioris iuuenilis interuallū, et tenebroſe illius in alio matria foetus moræ, antecellit. Naturā em illud comparatiſt, ut ad omnia ingentia felicitatū incrementa, pariter arduis laboribus ascendamus: eadem certe reratio confortabit, ſi infanculus tibi filius, ac etiā unicus. excepit ſic

fit (mitto enim quid qualis futurus esset neficias) metam attigit propter quam natus erat. nonne alia est nascendi causa quam mors: ut corpus propter animam, & somnus ob uigiliam, sic uita propter mortem data est nobis. Quamobrem ut omnibus necessarius est somnus: his quidem exiguis, illis plurimis, sic & animis uita. quod si gignendi alium facultas negatur: alienum aut ex affinibus quemquā instrue: eruditione enim docti, disciplina honesti, non tales à parentib. pueri flunt, quēcunq; sic institueris. Deo cuius omnes uerē filii sumus, & patriæ quæ omnium communis est mater, & tibi gratiā reddit; neq; em de obsequio alienos filijs cedere cōperies. Non est presentis instituti, ut doceam optandam filiorum mortem, sed ferendā: nec ut alius, filio præponatur. sed ut filius sic instituatur, ut alienis sit præponēdus. Sed si successus respicimus: generosi magistri, in clytos habuere discipulos: patres illustres, filios ignauos. utq; cæteros omnes taceam, Socrates sordebat in filijs, in Platone discipulo fertur ad astra. nonne Aristotele Theophrastus plus quam Nicomachus extollit? non solum digniores discipulos, sed & gratiores filijs, uetus exempla ostendunt. Quis enim unquam filius tantum patri fauit, ut & gloriam ipsam quemadmodum Socrati Plato concedere uelit. Quin quid etiam uiri spectatae virtutis, non tantum filijs caruerunt, sed suscipere neglexerunt. ut Thales, Zeno, Plato, Apelles, Diogenes, Galenus, Virgilius, Homerus: quibusdā uero ut nolentibus contigerunt, uelut Alexandro, & Iulio Cæsari. nec mirum. illud enim spectabant: *αἰσθῶ ἕρων τεκνά πίματα* (i.e. Herorum filij noxe.) & certe magnocōlilio actū esse puto, ut à generosissimis quibusq; parentibus, filijs secordes pcrent. id quod tam bene & eleganter Spartiano testatū uideo, ut uerba eius subiungere statuerim, ea sunt: Reputanti mihi Diocletiane Auguste, nemine prope magnorū uirorum optimū & utilissimum filium reliquisse. Satis claret deniq; aut sine liberis uiri interierunt, aut tales habuerunt pleniq; ut mediū fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere

credere ut ordiantur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompillus quod utile posset esse reipublicæ: quid Cæmillus? num sui similes liberos habuit? quid Scipio? quid Catones qui magni fuerunt? iam uero quid de Homero, Demosthenе, Virgilio, Crispo, & Terentio, Plauto, ceterisq; alijs loquar: quid de Cæsare, quid de Tullio, cui soli melius erat liberos non habere: quid de Augusto, qui nec adoptium bonum filium habuit, cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. falsus etiam est Traianus in suo municipi, ac nepote deligēdo. Sed ut omittamus adoptios, ne nobis Antonini, Pius, & Marcus nimirum Reipublicæ occurrant, ueniamus ad genitos. quid Marco felicius fuisset, si commodum non reliquisset hæredem? quid Seuero Septimiō, si Bassianum non genuisset? quid aliud his docemur exemplis, quam non filios à parentibus animum contraxisse, sed à Deo: essent enim illis similes, necq; nostros eos esse sed communis parentis Dei: eosq; ob uitatem, non uitatem ob illos amplectendam, id si homines in rebus humanis consulerent, diuis similes efficerentur: & beatam uitam degerent. At uero natura admodū in eorum amore conata est nos fallere, scilicet ut unicuiq; tantum curæ ingereret, ut nostri, ut reipub. ut Dei, quodq; plus etiam est his omnibus, illorum ipsorum obliuisceremur. Nam stulte enim liberos diligimus, ut odiſſe potius videamur. illos non ad uitatem, sed ad iniuriam: non ad eruditionem, sed ad luxum: non ad Dei cultum, sed ad facultatem explendæ libidinis: non ad uitæ diutinitatem, sed ad lenocinia uoluptatum educamus. Hanc tamen immodi ci amoris, stultæq; solitudinis iniuriam natura non dedit: sed quemadmodum & famem & siti, & somnum homini ac brutis quantum satis erat largita est: animi tamen uitio solus homo absq; fame edit, bibit absq; siti, omniq; genere uoluptatis præter necessitatem uititur: sic & filios tam stulte amat, ut eos & ad uicia illabí permittat, & ipse illorū causa nefaria multa perpetret: illosq; suum opus existimet. At non illius opus sunt, sed Dei is-

animam

animum, uitam, formam, robur, mores, ingenium, augmen-
tumque largitur; nihil horum pater. Deinde igitur, quod alienum
est, tanquam tuum deplorare: qui fecit, ille ad se uocauit, filius
imperio parere iustum, ac sanctum est. At uero si deprehenderes
re cupis, an hic anterior naturalis sit, an ut plerique aliae libidines a-
nimis uitium; cetera animantia specta; quorum nullum ab edu-
catione filios proprios agnoscit, nedium ut amet: Si natura hoc
minus foret, potius filii erga parentes, quam parentibus erga
filios, & ob pietatem, & ob necessitatem cogruiebat. Vnde nec
huius exempli oblita in brutis natura uidetur: cum inter aues
eiconiae, inter quadrupedes glires sessos parentes alant. at post
primam educationem, parentum erga filios, nullum amoris ue-
stigium extat, uincit igitur οὐλοπρεψία quædā in hominibus, aut
potius οὐλοπονία. (i. Laboris studium.) ipso hominis uitio nimium
sibi blandiente. At brutorum miseria est, cum idem sit finis edu-
candi & amoris, in quo tempore parentes insomnes, laboriosi,
macilenti, solliciti, miseri, omnibus apparent. Hanc curam non
necessariam, & propaganda speciei causa ementitam, perpe-
titio sibi uelut aculeos quosdam infligere stultissimum est. tum
tamen nec rationale hoc sit desiderium; nec naturale, iure merito
forsitan quis admirabitur, cur tam commune sit? Sed non
dubia est responsio, si mihi prius ostendas, cur tot homines au-
ari, cur tot iracundi, cur tot libidinosi euadant: At haec cum non
sunt naturalia uitia, nec rationalia, etiam sunt in honesta: solus
amor filiorum post educationem, quanquam nec à natura, nec
a ratione proficiscatur: honestus tamen est. Sed nimis forsitan
tanquam ad sapientes, Stoicis quidem & ueris rationibus, non
tamen secus atque spinosis, in tam copiosa materia, & firma cau-
sa usus sum, quamobrem ad pinguiorem orationem, & argu-
menta simpliciora ueniamus; ne forte tam offendere, quam fal-
lere uelle uideamur. Igitur si mortuus est filius, primo illud co-
gitandum est, an male audiret, & improbus esset: nam & frequen-
ter bonus parenti filius, malus uidetur: cum domestica labes,

magis nobis ignota sit, quam externa, tum etiam quodam amor
iudicium eripit. Inde fabula nata est, olim circulū vocasse Phis-
Iomenæ filios, cum suis in canendi certamen; tum alium iudi-
cem dierasse, se nescire quis suauius cecinerit: filios tamen cu-
culi, non tam obscure, nec tam inæqualiter, sic non solum uni-
cuique sui gnati, sed & malorum & malis probantur. In quo euentu,
quod & plerique etiam mediocris integratatis uiri faciunt, non tan-
tum non lugere, sed & latari etiam conuenit: Maiora enim etiam
his faciebat antiquitas: nam & Manlius Torquatus aduersus
Decium Sylanum filium repetundarum reum, tam crudelē senten-
tiā dixit, ut laqueo se suspenderit. & M. Scaurus filium inter
multos fugientē ab hostib. solius timoris reū, reuerti ad hostes
ac mori compulit, sic Lacæna mulier redeūtem filium ē bello
ob ignauiam occidit: cuius etiam est hoc insigne distichon:

Hunc timidum mater Damatrimon ipsa peruenit,
Nec dignum matre, nec Lacedæmonium.

Tales inquam ac deteriores erepti, nec amplius parentibus,
nec affinibus negotium facessunt; & seipso à maiore dedecore
subtrahunt: quin etiam quidam illorum, parentibus mortem
moliti sunt, uelut Blandenius Zeusides, qui matrem interfecit,
& Euander qui Nicostratæ matris suauis, patrem occidit, quae
causa ei fuit ut in Italia exularet. Tullij quoque Annalis filius,
percussores, ut patrimonium lucri faceret, ad latitantem pa-
trem in proscriptiōnibus triumvirorum perduxit. talia mon-
stra, ut rara sunt, sic plerique multorum malorum superstites
filii causæ sunt. Sic Priamo Paris incolumis, domum & patriam
euertit, hunc tamen morientem defleuisset ille: tam stulta sunt
hominum studia, ut optent quod nesciant; & Deos consilio
uiuēcere sperent: arguantque si quid eis nescientibus bonum pro-
curauerint. Quod si prudens, bonus, pius, ingentisque animi sit,
nec debet spes propagandæ prolis, & seniūtū sustentandi per
eum: quid nepotibus relicts in pietate deest; & si nulli sint, iam
temerarium erat sperare, quod noluit, aut non potuit. Verū ut
liber

Habet de ipso statue, maius est periculum eorum quæ morte deteriora sunt, quam spes eorum quæ his, quæ iam habet sunt meliora. At morte deteriora sunt miseria, turpitudo, flagitium, perpetius cruciatus, contemptus: mors enim communis est: haec paucos habent; & illos etiam mors non effugit. An uero melius est etiam si haec omnia euadat, in infortuniorum sedem peruenisse; quodque tumet nolis tam caro optare. Namque necesse est qui senectutem uult ingredi, multa tristia experiri; nemo enim mortalium est fermè, qui diu uiuat, quem non aliquando contingat, ante mortem, ipsam odisse uitam, addere quod & poeta dixit:

Aedepol, senectus si nihil quicquam aliud uitij

Apportet secum, cum aduenerit, unum id est satis,

Quod diu uiuendo, multa, quæ non uult uidet.

Equidem si te illius desiderium tenet, cum senex iam sis, proximum tempus est, ut illum comiteris: si iuuenis, larga est spes alios procreandi. Denique luctus foeminea res, non uirilis est: unde Lycij recte eos qui lugere uellent, foemineam uestem induere cogebant: ut animo uestis ipsa congrueret. neque uero absconsatione, Siquidem inter omnes, ut uiores sunt, luctum improbiorem praeseferint: atque in primis mulieres, dein pueri: ex his etiam barbari, atque horum maxime effeminati: at contra uiri, eo quod generosiores, & luctum comprimunt, & dolorem a se repellunt. Est uero huic inferno luctui Deo, ut etiam alijs plenis mos, ut ad eos maxime accedat, qui eum colant: at si ab initio eum repuleris, neque animu permittas fauciari, quam longe semper a te aberit. At uero uide quam decorum, quam uerbonestum, hominem grandarium ac qui ab alijs merito consulitur, lugubri in ueste plorare, queri, sordide eiulare, lametari, O generosam indolem. Sed nec minus animo decet perturbari, haec enim prætermittere, intus autem dolore & tristitia se conficer, nec sapientis uiri est, neque constantis, sed eius qui aliorum potius reprehensionem uereatur, quam quod debeat sequi: non uerit, Melius igitur est illud secundum saepius communisci, σκέψεων

ενθεως (i. umbra somnum homo.) quid melius dici potuit, adeo hominum uita futilis est, atq; exilis: ut cum temuissimum omniū sit umbra, fallacissimum & inconstans somnium, somnium umbrae quid erit? at hoc tamen hominis non solum uita, sed etiam gloria est. alius uero οὐτως φύλαξεν γενέ, τι μη λαμπρόν. (i. Qualis foliorum generatio, talis etiam hominum.) nam quid absumile, illa cadunt sole, imbribus, uento, uredine: & si nihil inueniant, per se defluunt; sic hominum uita. crede mihi iniuriam nullam accipisti, mors enim Deorum donum est. Dij neminem iniuria afficiunt, si ex magistratu suffragijs uictus decessisset, aequo animo etiam tolerandum duceres, quamuis repulsa, suspicione nec inuidiae, nec contumeliae, nec dolii carere possit: At nunc, cum nihil horum metuas, Deorum suffragia damnare audebis? Illud ne in mentem uenit, qd Leontius Neapoleos Episcopus in uita Ioannis patriarchae Alexandrini accidisse narrat. Cum enim quidam obrulisset illi auri libras septem, ut Deum rogaret pro naui onusta, & filio, qui ei unicus erat, intra mensē cum prius filius excessisset ē uita, nauis etiam fluctibus obruta est. inde patre eius ob utramq; iacturam tristissima cogitante, Patriarchae precibus paucis post diebus impetratum est: ut nocte quadam pater Patriarcham uidere se existimat diceret, Oraisti ut filius tuus saluus esset; ecce nunc saluus est; cum obierit; qui si uixisset sceleratus in uita post mortem uero damnatus, seruari non poterat. Soli diui sciunt, quid nobis expediat, quando nos qui sumus ipsi ignoremus, ne dum quid optandum sit sciamus. Solari igitur non tantum, sed etiam latari nos conuenit, in propinorum omnium morte, quorum si memoriam obseruare cuperimus (quoniam etiam non illorum cōversationem frequenter, ne somnus ipse deneget) posteris & tibi nominis, & consitudinis referunt: genera, sepulcha, imagines, statuae, carmina, orationes, dedications, institutiones perpetuorum, tum faciiorum, tum gymnasiorum. His solatijs nonne honestius, ac iucundius, te ipsum confirmare? illius uero gloria mortalibus

com-

cōmendare? quām planctu & eiulatibus fēmet cōscere? Quod ut modo his qui uirtute p̄aditi sunt, & animorum agnoscunt beatitudinem, superfluum est: ita infirmioribus morib⁹, tale solati⁹ genus, haud turpe est: Nanc⁹ & Augustus imaginem nepotis puerascentis, quem unice diligebat, in cubiculo reposuit: quotienscumq; īgredere tur̄ eam exēsculans. Alexander Ephelitioni sacra constituit, & delubra, Fabius Quintilianus non luctu, sed oratione, quæ filij laudes contineret, quasi honestatem eius laudis & dolore mutua retur, obitum filij celebrauit. Quid Ioannes Melue, qui libri titulum patris nomine mentitus est. Sic Zoar, sic Aristoteles filio libros inscribens, sic Cicer⁹, sic Plato in disputationem fratres, & amicos uocantes omnes: non lugubri ueste, & mœrore, sed æternis monumentis charissimos quosq; ē suis posteritat⁹ consecrauerunt. Iam uero rationibus satis ostensum puto, mortem filiorum neq; lugēdam, neq; malam esse, nunc uero q; fortiter eam tulerint antiqui exemplis prosequamur. Octavianus Augustus, cum duos nepotes Caium & Lucium, intra menses uiginti amississet, adeo non commotus est, ut nec a senatu abstinuerit. Demosthenes uero cum una ei tantum filia esset: septimo & mortis eius die, procedens in publicum candida ueste induitus, & coronatus, bouem immolauit: fortius etiam se gessit Dion, de re publica enim inter amicos consulens, intellecto quod filius qui ei unicus erat, ē tecto se p̄cipitasset, mandans familiaribus sepulturā, negotium quod coepera perfecit. Perfimile Antigoni factum. cum enim in acie filius cecidisset, nullum aliud luctus signum dedit: sed dixit, O Alcioneu serius quām debuisti, mortuus es, tam cōstanter in hostes irruens, nec monita mea, nec tui salutem plurimi faciens. Periclis uero constantia nulli inferior esse potest. cum enim Paralum, & Xantippum, quos solos habebat filios, indolis egregiæ adolescentes, intra dies octo amississet, candida ueste coronatus, Atheniensibus concionabatur, consiliaq; ac bellū rationes, magna animi tranquillitate ē funesta domo pro-

fectus explicabat. nec tamen absq; imitatione, siquidem Anaxagoras eius præceptor, cum aliquando disputanti, mors filij renunciaretur; paululum substitit, dein testatus se scire mortalem genuisse, in disputatione perseuerauit. Paulus Emylius cū Perseum bellum suscepturnus Deos rogasset, ut si pro rebus gerendis calamitas ulla ciuitati Romanae immineret, eam potius in dominum suam conuerterent: id seu uoto, seu casu acciderit, q̄tōd rogauerat impetravit. Cum em̄ ex quatuor liberis duos per adoptionē, in Scipionū familiā translatisset: reliquos quos apud se retinuerat intra paucos dies amisit. nec minus leniter tulit casum hunc quam fortiter optauerat. Tynnichus etiam Spartanus, clarissimi exempli monumentum reliquit posteris: cum enim Traſybulus eius filius, in bello contra Argiuos occubisset, hoc epigrammate animi constantiam declarauit:

Flere dēcet timidos, oculis te nate sepulchro
Condo meum fccis, ac Lacedæmonium.

Hic nanc; ut mihi uidetur Papinianum illud est imitatus,
Vigor inde animis & mortis honestæ,
Dulce sacrum gaudent natorum in fata parentes.

At uero non tantum constantiam tenuisse, sed etiam illorū necēm procurasse, magnam utilitatem præstitit. sic Brutus filijs duobus publico supplicio mulctatis. quem terrorēm putas incussisset ciuib; quam desperationem hostib; quam admirationē uiuinis urbibus: ut non solum tam fortis animi exemplum magnam ad augendum imperium, sed ad retinendum etiam libertatem quadringentorum annorum occasionem deserit: non tantum timore poenæ, sed etiam emulatione uirtutis. Quid aliud per Abraam in Isaac exemplum ostēditur, quam eos qui ita filios diligunt, ut sciant non in his spem suam collaudam, sed Deum ita colendum, ut liberorum obliuiscamur, magna mercede dignos esse. quare & multarum gentium extam diligēti obsequio pater factus est. nec unquam semen eius delebitur. Maius hoc est quam Bruti fortitudinis argumentū,

ille

ille fontes occidendo, alios reliquit filios, hic innoxium fugulando, sine sobole fiebat. ille aliena manu hostes iubebat occidi, hic manibus suis obsequentem occisuris erat. Sed ad exempla tolerantiae reuertamur, in quibus (proh pudor) teder foeminas referre tam fortes, ut uincí non queant à viris. inter quas Tomyris Massagetarum regina, occiso astu bellico eius filio, morte Cyri hostis, non luctu, inferias illi paréauit; uniuerso eius etiā cælo exercitu. Tum Cornelia Grachorum mater, ex numerosa prole, duos tantū egregios iuuenes C. & T. crudeliter per seditiones occisos, tam leniter tulit: ut illorum tantum & patris Africani facta cōmemorans, nullum doloris, ne luctus dicām signum ediderit. Argileon uero Brasidae Regis Lacedæmonij mater, cum filium in acie mortuum accepisset, non luctu & gemitu omnia compleuit, sed interrogauit, an honeste, & è dignitate viri occupuisset. Girtyas autē Lacena & ipsa mulier, cum nepos tanquam mortuus domum delatus à familiaribus defleretur: dixit, Non silebitis inquam, declarauit ex quo sit sanguine genitus; puer enim in puerorum pugna conciderat: cum tandem reuixisset, & iuuenis factus in bello cecidisset, eadem, respondit nuncianti, Nonne cum ad hostes ferit, occidere aut occidi debuit? at mihi gratius est eum audire mortuum ex dignitate mea, maiorumq; & urbis, quam si ignavius superuixisset. Alia etiā, casum filij cum in acie periret, fortius tulit, dicens, Timidi lugeant, ego uero te fili, sine lachrymis ac læta sepelio. Alia itidem Lacena mulier, cum quinque filios ad bellum emisisset, in suburbis Spartæ stabat, euētum pugnæ expectans, cum uero quendam uenientem interrogasset, quid ageretur, ille existimans de filijs interrogari, omnes obijisse respondit, tunc indignata mulier, Non hoc inquit rogo malum mancipiū, sed quid agat patria; cum ille uicisse diceret, tunc mulier, libens igit inquit filiorum mortem accipio. Tales fuere uirorum, ac mulierum ingentes animi spiritus quondam, gloria non minus quam consilio clari. Sed iam ut puto de his nimis superc̄, atq; quod ad

ad mortem attinet dilucide explicatum est: ut non sit necessarium hic neque amicos, aut affines, uel coniuges referre: illorum enim copia multa, instabilis conditio, necessitas parua. At uxorem molestia, & contumacia sole ferme vindicant a fletu. Neque tamen si non essent morosae ulli uxor deest, cum una alteri succedat: At quantumcunq; sint uxores optimae, amici fideles, affines cari, indignum puto si frater, si filius, si pater luctu non sunt prosequendi, hos in hac causa in iudicium uocare. Sed illud potius tecum statue, mortem stultis malorum finem esse, sapientibus autem honorum initium: ut qd Menander ait, ὃς γὰρ οὐ λέπειος, εἰ μόλις οὐκ είναιος. (i. Quem enim amat Deus, moritur immensus.)

HIERONYMI CARDANI MEDICI MEDIO-

ilanensis de Consolatione, Liber
Tertius..

Dutius certe quam destinaueram, atque copiosius, genus id consolationis quod ad luctum pertinet, ac mortem sum prosecutus. Non solum quod tristitia causa, quae morte seu propria, seu amicoru contrahitur, exilis est ac per exigua: sed etiam quod homines hac aetate opes, ac potentiam tantum diligunt: ut non nisi cum imminent, mortis recordentur. Longa quisque spacia uita sibi decernens; mortemque non huius mundi sed cuiusdam alterius quasi rem contemnunt. At uero diuitias, ac magistratus presentia, ac certa uixque unquam desitura obseruant, neque hoc contenti, eos homines qui non ut ipsis tam ingenti rabi horum uexantur: illorum inuidentes quieti, damnant, oderunt, persequantur, Namque id illorum studium est, ut sapientissimi etiam, ac beati

ac beati iudicentur; quorum neutrum iudicio illorum qui hæc
quasi spreuerint, confirmari potest: cum autem & hoc illi indi-
gnè ferre non uideantur, odiſſe incipiunt; ac demum persequi.
ut si mediocritatem illam libenter ferant, pulsi tamen ab ea, &
in necessitatem aliquam, seu calamitatem eiecti; dolere, ac con-
queri apud homines incipient; ut illorum institutum, qui tam
ardenter opibus inhíant, horum confessione, tanquam pru-
dentissimū laudetur. Verum cum nō eadem tempora, rerumq;
uices semper maneāt; non de illa calamitate, quæ apud hos po-
tentia cupidos grauissima habetur, sed illa quę liere est: longio
rem sermonem habuimus. Nam quod & in mortis tempora,
hanc suam beatitudinem producere nitantur, uelut Poeta in
uiri fœlicis sepulchro mortuum inducit dicentem:

Sparge mero cineres, & odore perluo nardo

Hospes, & adde roſis balsama puniceis,
Perpetuum mihi uer, agit illachrymabilis urna.

Et commutauit ſacula, non obij.

Nulla mihi ueteris perierunt gaudia uitæ,
Felix ſeu memini, ſiue nihil memini.

O lepidum caput, quam belle nihil dixit, nancy fœlicitatem
hanc, etiam post obitum extendere audere. res eſt omnino ridi-
cula, & ab ipſis met huius rei authorib. derelicta; Nempe quod
uideamus post mortem breuissimo tempore, hanc gloriam di-
uitiarum euancere: multitudine non ſolum mortalium in
eam laudem ſuccreſcente in dies, ſed quod etiā res ipſa gloria
indigna ſit. uixq; ē tot millibus millium hominum, qui ſua æta-
te diuitijs inclauerunt, pauci admiodum hi ad noſtram memo-
riam peruenere, Gilias, Croesus, Midas, Pythius, Meander, E-
richthonius, Syliphus, Tantalus: ex Romanorum libertis, Ama-
phion, Menecrates, Heron, Demetruis, Pallas, Calistus, Nar-
cifus, ex ingenuis, C. Caecilius, Sylla, Lucullus, Liuinus, Drusus,
M. Crassus, tum uero Salomonis, & Ptolomæorum regum
ingentes celebrantur opes. Sed Gilliam liberalitas posteris cō-

Z menda

mendauit. Croesum & Crassum infortunia, Syllam & Lucullum
victoriae, Midam, Silenus libertos abusus, & Romana luxuria.
Salomonem sapientia, Tantalum scelera, Meandrum & Py-
thium in Persarū reges munificentia, C. Cęciliū testamentū,
Ptolemaeos regia maiestas, Erichonium & Sylphum, Poeti-
ca licentia, L. Drusum ingens magniscentia, nullum penē so-
lae diuitiæ præclarum reddiderunt. quanquam etiam tales fue-
rint, ut facilius omni uirtutis genere, quam tantis opibus glo-
ria possit comparari. cui uero sint usui ab interitu opes, nemo
uel fingere potest. At et si gloriām tibi & usum à morte alijs pre-
starent, nihil ad te. illud potius cogitare expedīt, in eas conce-
dendum oras, in quas solum animi uictia, & uirtutes perferre
possis, tum uero cum morieris, non diuītiarū, sed scelerum: non
potentia, sed spei memoriam succurrere. Inde quod illo tempo-
ris momento (nam anteriores prætero cruciatus) omnia sur-
sum deorsumq; uertuntur: tanquam tibi dissoluta orbis machi-
na, in chaos antiquum redeat. ac uelut in nauī stantibus ripæ
procedere uidentur, cum tamen illæ quiescat, tu autem mouea-
ris: Sic in mortis hora, subuerti uniuersus mundus uidetur, in-
de perpetuo hac luce cariturus excedis: nunquam has tuas dimi-
tias aut affines, aut cariora hæc usq; in eternum inuisirius. Cur
igitur, si sensum à morte ultum credis, non uirtuti operam das?
Si nullum, saltē quieti, ac tranquillitatí: cum non amplius aliū
uitam experiri, nec in hanc quam nunchabes redire cōtingat.
Sed suauis tamē est hic dolor, ut qui seabiem scalpunt, iuvat di-
tescere, eminere, laudari, alios premere: quando hic est uniuer-
sus humanæ felicitatis terminus. O stultam cogitationem! sed
facescat, maneat, modo ne alios meliora sentientes, uelis argue-
re. Si tamē licet interrogarem: cur puerorū more, iuvat do-
minus protinus ruituram ædificare? cur tot labores incassum
perdere? cur non tantū corpus, sed animum frustra uexare? Sed
iam alio me rapit oratio, namq; multa sunt in quaꝝ præter qual-
intentum, diuertere cogor; atq; illud primo ostendere debo,
quare

quare liber hic præcedens longior euaserit: Similq; una omniū calamitatum (si quæ forte intolerabiles videbuntur) metula docenda est. Itaq; elaborandum diligenter fuit, ut istud ostenderemus, mortem in malis ponendam non esse: quo sit ut cum ad eam cuilibet aditus pateat, nemo miser nisi uolens dici possit. Quamobrem cum aliquando Tyberius captiuorum custodias inuiseret, cuidam roganti, ut quād p̄mum mori liceset: respondit: Nondum tecum redij in gratiam. uera vox, si ad rem aspicias, tyrannica si ad mētem. Hæc igitur altera causa fuit, ut paulo prolixior in præcedenti libro fuerim. Omnis ēm aliorum tria sunt auxilia, mors, sapientia, & fortuna: morte equidem utuntur hi, quibus his alijs duobus uti non licet: cum in eas molestias inciderint, quæ grauissimæ uideantur. Quæ propter mihi Damidas Spartanus prudēter cuidā respondisse uidetur dicenti, en Lacedæmonijs periclitantur, O Damida, nisi in gratiam cum Philippo redeant. hostes enim regis Lace ðemonijs fuerant, & tunc Rex Peloponessum occupauerat. cui Damidas, O semiuir inquit, quid nam graue pati possumus mortem contemnentes? Sic puer Lacon cum captus ab Antigono, ac uenditus, in officijs ingenuis hero gratissime inseruit: postquam animaduertit indigna opera iniungi, atq; inter cetera ut matulam deferret: negauit se facturum. assurgēte domino, ac comminante, puer tegulas concidens dixit, Videbis quē emeris, & continuo se præcipitauit. Sic Crassus cum capit uereret ne ludibrio esset, uirga qua equum regebat oculum barbari effodit: quo ira percito ab eo occisus est. Frequens erat exemplū antiquo tempore; morte, mortem aut longā, aut ignominiosam effugere. Inde qui sub Tyberio, Caligula, Nero ne, mortem sibi consciuerint, si uelim numerare, prorsus ascribens nomina, quā longissimam historiā conficiam: si numerum tantum, nemo credet. Nuper etiam dum hæc nos scriberemus, quidam pigmentarius Venetijs, damnatus sceleris, colloquio cū fratre impetrato, cum ille osculum dedisset, uenenu in cor-

Z 2 tice

tice auelanę latēs ex ore accepit, indeq; horis paucis extinctus & cruciatu & dedecore se subtraxit. Legimus & quosdam morborum tædio uitam uoluntarie finisse; e quorum numero Pon ponius ille Atticus uir clarissimus, ani doloribus nimirum uexatus, cum quieuisserent, inedia tamen ne amplius in eam poenā incideret mori perseuerauit. Eodem mortis genere ob podagram Corellius Rufus obire uoluīt. At uero lex nostra quenquam sibi ipsi manus inferre prohibet: & merito. Nam nihil homini Christiano intolerabile esse debet, præsertim exclusu uehementi cruciatu, quo in casu lex quanquam haud probet, indulget tamen. Itaq; non obscurum est iam cur præcedentem librum tantum extenderimus: Nunc illud iam, proponendum uidetur, nihil esse miseriarum præter cruciatum (& nec ipsum siue excipio) quod hominem cōtristare merito possit. omnesq; homines, si recte sapiant, & equaliter fermè, & beatos, & infolesces esse, ut illud cum Socrate sentiam, si omnes homines suas curas, ac mala in cumulum unum equis diuisuri portionibus con ferrent: postquam eius magnitudinem, ac cæteros mortales, unumquenq; sua onera portantem inspexissent, singulos potius denso quod attulerint libentius resumpturos, quam eam diuisiōnem probaturos. Quod enim unusquisq; propria mala nouit, aliorum nesciat, id in causa est, ut se inter alios miseriorem putet. In qua peroranda parte, duo illa mihi obiici posse sentio, alterum quod hic liber eruditis tantum proficere possit: atq; iam sine eo qui literis operam dederunt, cum Tullij preci pue libros De honorū finibus, ac Tusculanas questiones, Paradoxa, de Senectute, ac Plutarchi opuscula, & Petrarchę remedia, tum Boetij, atq; aliorum etiam reuoluerint, nō minimam calamitatum medicinam inuentiros. At hi qui literarum cognitione carēt, tota penē plebs, tum rustici, & ex patritijs pars maxima: quo nam auxilio suarum ærumnarum damna pensabunt: Inde aliud periculis genus, ne aut nimirum audax, aut superfluus esse uidear, in qua accusatione forsitan reprehendi timerem,

merem, aut defensionem molirer, nisi quod ab initio testatum est, cæteros quidem libros alijs, hunc unum mihi composuisse, docuisse. Qui quanquam nec Ciceronis eloquentiā, nec Plutarchi grauitatem, aut Petrarchæ acumen, vel Boetij philosophiam æquare possit: nihil minus nobis pergratus est; ea ratione, quam ab initio in illis memorauimus, suam unicuique operam, charam esse. At erramus? quis nescit? ferendus error certe est, qui & innoxius alijs est, & à natura propria proficiscitur. Alterum quod etiam mihi excusandum uidetur, ut ne quis nobis illud dicat, facile cum ualemus ipsi, dolorem tolerandum alicj suademus: idq; est uerbis inanibus alijs persuadere, quod opera ipsa non præstes: atq; oratione sola, uirtutes uelle mentiri. In quo genere quanquam Cicero, atq; Plutarchus, tum Petrarcha, & Aristoteles me excusent: quod ex his alij minime, quam tantum extulerint fortitudinem in aduersis ostenderint, ut Cicero: neq; enim in infortunij homo ullus abiectior fuit. alij ex his aduersam fortunam non sint experti: præter leue exilium. prædiuitates enim & regibus grati, atq; merito fuerint. Tum quod non necesse sit omnes bonos, etiam si ex animo sentiant, in re ipsa periculum sui facere. hoc enim fortunæ est, illud uirtutis. Nec etiam admodum necessarium, ut qui recte dicunt, recte etiam uiuant. ueritas enim etiam ab improbis persepe defenditur. At ego quanquam his omnibus dissimulare possem, ac subterfugere, tamē cum eius laboris causam diceremus esse, ut nobis satisfaceret, uix cuiquam persuaderi debet, hominem in summa felicitate existentem, ad consolationis rationes animum intendere posse, quod si faciat, uix est uerisimile, ut quicquam magnū assequatur. Quod sit, ut etiam hic liber, si ad alios perueniat, ampliorem fidem sit consecuturus, & quāquam cuiuscunq; ut diximus, uirtutem laudare liceat, non tamen propriū est ingenui uiri, uitam à uerbis absimilem habere. Similem aut uitam, aut in fortitudine, aut in patientia, quonam pacto habere possumus, aut cæteris ostendere mortalibus, si omnia secund-

Z 3 da

da fuerint. Iḡitur quōd diuino factum puto esse aliquo cōſilio, ut scilicet genitus, natus, educatusq; in maximis calamitatibus non meliore fortuna, ad hanc usq; diem peruererim; si silentio transigerem, magnam partem ac necessariam huius propositi prætermittere arbitrarer. Nanq; ut qui res difficiles alijs persuadent, si ipsimet eas aggrediantur, & fidem & auctoritatem dictis adjiciunt. Sic enim Aristidem, Phocionem, Socratem, Platonem, Catonem, tum Prophetas, & Sanctos uiros, atq; omnium honorum auctore & conditorem Christū Iesum, fecisse video. Non tamen hēc subiungere hic uolui, ut illos mīrātū, sed ut īstituto uīta imitari uiderer: atq; quanto ob humilitatem natalium, cāteris sum inferior, tanto facilis modo uelint, hāc nostram ī aduersis patientiam superare sperent. Iḡitur ut ab initio exordiar in pestilentia conceptus, matrem nondū natus, ut puto, mearum calamitatū participem profugam habui. Inde octauo calendas octobris, anni primi supra millesimum ac quingentesimum in hanc lucem semimortuus editus, cum spes omnes reliquisset, uini balneo recreatus sum: tum iam tristis duos fratres & unam sororem perdidī: grassante in ciuitate nostra pestilentia. Inde cum etiam in Ticinio ſeruaret, repente eo morbo nutritium amisi: tunc audaci, & pio facto Iſiodori Restae nobilis uiri, & amici paterni, manibus eius inter funera exceptus, morbū eum paucis post diebus contraxi: inde idros pē, epatisq; fluxū, Deorū an ira, an misericordia seruatus sim, non sat scio. Nullum īterim morborum genus intestinatum reliqui annum usq; ad octauum. Inde loco serui patrē usq; ad decimū nonum annū perpetuo comitabar: Dij boni florem hunc uniuersum ætatis, & sine uoluptate, & sine studijs trāsegi. Cum uerō neq; patrem cogere possem, nec fraudare honestum ducerem, nec precibus impetrare ualerem; religioni tandem amore studiorum tradere me uolui. Inde metuentis matris orbitatē precibus exoratus pater, in Gymnasium dimisit. ibi temporis amissi memoriam revolutus, famulc uīta hominum breuitatem

tem considerans, studijs assiduis me tradidi: Illud etiam timēs, ne si pater malum de me nunciū accepisset, denuo reuocaret. Ibi difficultate latīna linguae, ut qui nunquam uel semel schoolas intrissem, non parum laborabam, inter tamen tot mala pater iam ante cōcesserat, ut Geometriæ, & Dialecticæ operā dassem, in quo (quoniam prēter paucas admonitiones, librosq; ac licentiam, nullum aliud auxilium præbuerit) eas tamen ego succisius temporibus studeras, interim fœliciter sum affectus. Inde desiderium augente absentia, mortuus est, saeuiente peste: cum primum me diligere coepisset, tunc bella illa internicina in patria initium habuerunt, ipse inops, ac auxilio omni destitutus, diligentia, & solitudine matriis incredibili sustentabar. cumq; patrimoniu quod minimu erat, nō sufficeret, spe & alie no consilio fraudatus, et studentium Rector creatus, nihil prius cum haberem, totum tamen illud nihil consumpsi. Nec ullum mihi erat reliquum auxilium, nisi latrunculorum ludus: tandem ex infortunio in infortunium euadens, in oppidū Succense me contuli. Quo in loco totus medicinę intentus, familiam sustentabam industria, egrè tamen, ut cui prēter id quod nihil esset, etiam alienum æs non paruum prius, bello illo magistratu, simulatū erat. Inde matris literis in patriam reuocatus, integrū nihil inueni. nemo amicus, consanguinei aduersum me litigabant: medicorum collegium suspitione oborta, quod tam male & patre tractatus spurius esset, repellebat. At nec (quod penè exciderat) medicorum Patalinorū consensus mitior erga me fuerat: cum lauream, quæ mihi iure debebatur, bis iniuste denegauerit. uixq; pertinacia prætoris, ultimo concessit. Facionis certe detestandū, si non mea fortuna potius, quam illorū sceleris, eos ad hanc iniuriam impulisset. Desperans igitur, tabis quadam genere corruptus sum, quod medici putant incurabile: seu igitur uoto celebri, seu quia ad maiora seruarer, nec ullo medicinæ tentato auxilio, post septem menses præter omnem spē euasi. Interim uero cogita, quæ curæ, quæ tristitia animum

mūm meū uexare debuissent. Hinc paupertas maxima, illinc
mater flens orbitatem, & suam miseram senectutem, tum me-
moria contumaciae affinium, iniuria ut rebar medicorum, mis-
næ potentis, desperatio salutis, nullus amicus: quiescens indige-
bam necessarijs, laborare non poteram: mendicare turpissem
erat. In tot difficultatibus constitutus, in quas & fortuna mea,
& patris acerbitas, & affinium odium, & temporum miseria
me compegerant: Confilio hoc adiutus sum, ut effugarem ma-
lorum saltem præsentiam, atq; in oppidum reuersus sum: ubi
amici complices me solabantur, & iuuabant: ibi diuino auxi-
lio repente una hora, morbo in uniuersum liber euaſi. Tunc ue-
rd coepi aduersus ualetudinis detrimenta opponere abstinen-
tiam, fortunæ patientiam, paupertati parsimoniam, litibus so-
licitudinem, repulſis studium literarum. Semper autem, & ab
initio, & usq; nunc, primus hic liber (qui quanquam tunc a me
non esſet editus, mente tamen concepſus) solabatur. Inde in pa-
triam denuo reuersus, ſospitem matrem inueni. Cumq; multa
mala, atq; alijs intolerabilia, usq; ad hanc diem paſſus ſim: om-
nia contemnens, omnia peruci, Primum quidem auxilio Re-
uerendi Episcopi Philippi Archinti, uirtutum & disciplinarum
quantum quisq; alius pro uiribus, optimi patroni defensus &
adiutus non parum fui: demum motu illuſtrissimi principis Al-
phonſi Auali Iſtonij Marchionis, cuius nomini libru De æter-
nitatis archanis dedicauimus: pro illius inclyta humanitate ac
liberalitate, cum rem tractaret Franciscus Sfondratus Sena-
tor iſtuſtris, non sine optimi cuiusq; collegæ uoluptate, in eum
ordinem ascriptus ſum: cum iam quadragesimum annum fer-
mè attigissem. ea fuit uitæ noſtræ ratio: pluribus, & affiduis, ac
ingentibus pulsata incōmodis, cui quantum hoc profuerit stu-
dium, ſatis intelligis, maiora uero fortunæ ornamenta, eo ani-
mo ſpreui, quo iniurias illatas etiam tolerabam. Quamobrem
& ad præſentem uitam, & ad animi tranquillitatē, nihil melius
a Deo patientia ſum conſectus. Nam & illa injer tot rerum
angustias.

angustias, mira mihi acciderunt ut ab his iuuarer quos nullo beneficio affeceram. Nam & Franciscus Bonafides medicus, uir tum optimus, tum simplicissimus; tam fortiter Patauino-
rum medicorum iniurię resistebat; quamuis & ipse ciuiis, ut nō
& fratre frater diligentius defendi potuerit. & in Mediolanensi
causa, Franciscus Cruceius iureconsultus integerimus ma-
gno nobis fuit auxilio: tum etiam ut diligentem operam, ali-
quot in disciplinis impenderim; scribens, docens, atq; inueniens.
At uero cum cætera sereno animo melius fiant: hoc unum ta-
men tranquillitatis animi præmium est inuentio: quæ qualis
fuerit, his non obscurum est, qui librum Arithmeticae, nondū
æditum, cuius titulus est (opus perfectum) legere uelint: aut
Geometriam nostram, aut librum De medicorum discordia,
in quorum primo capitula sexaginta Algebræ uniuersalia in-
uenimus; ætate omni quæ ante nos fuit, in septem explicatio-
ne consumpta, cum hæc solum ob difficultatem inueniri posse
speraret, tum uero & numerorum uires supra quingentas ad-
iecimus. In secundo non pauciores propositiones Euclide fa-
bricauimus, fatemur inquam nos ab illo utilitate longo antece-
di interuallo, de inuentorum tamen subtilitate, alij iudicabūt.
In tertio Græcorum, Arabum, & Latinorum medicorum sena-
tentias contrarias, quotquot ad manus peruenire potuerunt,
disputauimus, distinximus, conciliauimus. Maximam uero cō-
geriem librorum, ut uel legere pidgeat ad hanc usq; æratem scri-
psimus, omnium tamen emendationē absoluere despero. Quo-
rum etiam aliqui quamvis minimi, & si in lucem minus casti-
gati prodierint, uitium in nobis quidem fuit: aliorum uero cul-
pa: qui per inuidiam nos coegerunt, immatuos fortis ædere.
Nancq; nec cum his sati commode, nec sine his ullo modo uiue-
re poteram, illorum igitur calumniæ quicquid erratum est im-
puretur. Itaq; hac pertinacia, si uel publice profiteri uoluisssem:
(quod omnes nouerint admissum aliquando renuisse) uel op-
ibus comparandis operam dare: poteram patientia, uel aliorū.

Aa fortu-

fortunam, aut naturæ munera æquasse. Sed iam de nobis nimis non ad laudē, sed ad exemplū dicta sint. quæ enim laus esse potest natalium humilitas? Pater, Patria, affines infensi, ualeudo infirma, fortuna aduersa, paupertas mendicitati proxima. Iam me stupidum prorsus credet, qui paret hæc gloriandi causa dicta, quæ ad summum dedecus penè attingunt: ubi à nostro recedentes instituto, vulgarem sententiam aliorum prosequamur. Verum hæc tria uno exemplo docere uoluimus: primum neminem miserum esse, absq; sceleris conscientia; alterum fortitudinem animi, non solum ad eius tranquillitatem, uerum etiam ad fortune mutationem plurimum conducere. Ultimum lectionem huius libri, non tantum miseris, ut æquo animo aduersa ferant, sed beatis opinione sua, ad continentiam uilem fore. At uero quod reliquum obijci posse docuimus, si cui omnino librum hunc, aut persimilem legere non liceat: hic ne in miserijs suis omni solatio erit destitutus: certe non. nobis enim qd propè diuinum est ascriberemus. neq; enim aliud necessarium est ut non sis miser, quam quod miserum te non credas: hoc uero uel uno uerbo docere & discere cuicunq; fas est. Ut uero rationem huius percipiat, quæ soli sapienti utilis ad persuadendum, si quis forsitan sit pertinax, liber hic uel similis, necessarius est. Igitur neq; rustici, neq; plebs, modo uelint credere, his rationibus indigent. Quandoquidem & idem omnino etiam lex nostra suadet. At qui alios docere uoluerint, hoc ex libro fructum aliquem percipere poterunt, mihi tamen ipsi hæc scripsieram, quod nullum docentem haberem, assuetus autem demonstrationibus, fidem quidem habebam eorum quæ post mortem sunt. At uero quod hic neq; foelicitas illa esset, neq; miseria ex solis antiquorum rationibus confirmari perfecte non potui. Operæ premium igitur esse duxi, ut non tantum illorum dicta in unum, sed si quid ego addere possem, in ordinem digererem. Itaq; ut à paupertatis molestijs initium faciamus: quan doquidem gravissimum uisum sit aliquibus eius onus: uelut Menan-

Menāder ait, οὐδὲ ταῦτα, βαρύνπερ εἴσι φόροι (i. Nullum paupertate
grauis est onus.) At contra diuitias in honore semper fuerunt; nec
unquam illud mutatum est Poetæ:

In precio precium nunc est; dat census honores,
Census amicitias, pauper ubiq̄ iacet.

Visum est ut non tumultuarie (quod res ipsa plurima conti-
neret capita) sed ordine quam possem diligenti, rem aggreden-
ter. Itaq; primum uidetur illud ostendendum, pauperem non
minus felicem esse, quam diuitem: secundum, paupertatem
gloriae non obesse: tertium, nihil grauius fore pauperi, quam
ut ditescere uelit; quartum, diuitias post mortem neq; prodes-
se illi qui mortuus sit, neq; posteris suis. Itaq; ut ab initio rem
hanc exordiar, in repub. paupere, felicitas maior est, quam in
opulenta: minora odia, minor ambitio, minores seditiones:
Vnde & Ljuius illud refert, quod cum Romana respublica plu-
ribus ab initio seditionibus laborauerit, nunquam tamen ultra
uerba in tam feroci populo uentum est: ut sine iudicio quisquam
condemnaretur. Primus Tyberius Gracchus iam opulenta ur-
be, absq; legibus occisus est; anno urbis sexcentesimo ac uige-
simo primo, tum ante Romanos à legatis Carthaginensium hos-
tium, benignitatis inter se maximā laudem meruisse, Plinius
testis est. At contra cum diuitijs polleret, nihil tutum, nihil tran-
quillū fuit: populus absq; cōcordia, senatus absq; autoritate,
cædes absq; discriminē, magistratus sine lege, facinorosi absq;
timore, plebs sine reverentia, iuuentus absq; pudore, senes sine
grauitate; Profana omnia, & colluiae gentium, ac seruorū mi-
xta; inde malorum omnium seges, ut non obscurum sit opuma
publicarum pedissequas esse infolicitates: paupertatis trāquil-
litatem. Similiter & Lacedæmonij cum essent penè mendici, ui-
tam & gloriam, & beatam ducebant: cuius illud maximum
testimonium referre libet. cum Persarum rex legatos Lacedæ-
monem misisset, tumultu populi ferocis uiolati sunt: atq; occi-
si. erat autem Sparta templum Talthybiū praconis Agamem-
nonis

nonis, legatis tutelare, id sacrificantibus, cum exta læta nō redet, in religionem uersum: pertæsos Lacedæmonas impulit, ut pro legatis totidem, duo scilicet, se deuouerent: sponte autē Sperthius Aneristi, Bulis Nicolai, filij se obtulerunt: inde Sparta discedentes, cum antequam ad Xersem Darij filium qui legatos olim miserat Susas peruenissent, Hydarnem præfectum Regis conueniunt, qui eos benigne fouens hospitio: postquam & causam itineris & animi illorum magnitudinem cognouis-
ser: hortatus, ut regis amicitiam potius, quam mortem uellēt eligere: Xersem facturum ut Græcia toti imperarent: se umerum ex eis Satrapis esse, conditionem eius inspicerent: hanc benevolentiam si suo consilio acquiescerent, haud aspernatos. tunc illi, Ne tu scis Hydarnes quam iucunda sit libertatis uoluptas, ut qui eius, semper regi seruiens, expers fueris: quam si licuisse degustare, uniuerso eam Persarum regno, iure merito sis propositurus. Itaq; tantam fœlicitatem, in repub. hi uel ex pauperate, uel certe cum paupertate habuerunt: & erat tamen uita Laconum ut aliás diximus difficilis, ob institutionem artis bellicæ: paupertatis tamen beneficio (ut qui nullos omnino habarent nummos) tam grata conditio libertatis omnibus erat, ut etiam regno præponeretur. Et si ex republica discedere liceat, priuatum statim inquiramus: in quo etiam maior est uoluptas, maior quies, quam in regno: nec enim rex amicos certos habet, nec in uenereis illecebris dulcedinem aliquam capere potest, cum nesciat se amari: est autem eius uoluptatis prima pars, atq; maxima, ut ames, & ameris: at quomodo amari te senties, si nolentes metus potentia, uolentes præmiorum spes in suspicionem adducit. quod si contingat plures erga principes esse ingratos, nimirum. namq; eos amicos nō dicimus, qui uel metu, aut spe, aut præmijs assiduis continentur. Ea enim in ratione Alexandrum pater Philippus coarguit, cum putaret largitionibus sibi benevolentiam comparare. Clara sit illustris quantumuis principum uita, cum amore & amicitia careat,
felix

felix nullo modo esse potest : pereuntibus his muneribus, quæ
 beatitudini hominum sunt proximiora. At uideamus si et in his
 pares essent pauperibus, quæ nam iucundior sit, regum uita ne,
 an pauperum: Hic quidem diluculo surgens postquam se lauit
 operi suo se accommodat; inde pridiana abstinentia, & labore
 matutino incitatus, mensæ accumbit, atq; ibi uxor secum filio-
 b; uel si his careat, laboris socius, suauie obsonium simul fame
 blandiente una edit: quicquid apponitur lautum est, ac precio
 sum: miscet prandium gratos sermones, spesq; iucundas com-
 memorat; non tumultus, non sacietas, non indignatio, non su-
 spicio uagatur: inde disceditur, paulumq; moratus ad pristinū
 laborem redit. excipit famelicum denuo coena: ibi ioci lenes,
 ac sales non iniucundi, pro accumbentium qualitate: hinc ad
 lectum itur: interim syderum lux suadet, ut oculos attollat, re-
 cordetur aliquando futurum, ut in eas sedes beatissimas conce-
 dat; si quid tetricum admiserit, piget: atq; in posterum emenda-
 turum mente pollicetur. lassus diurno labore, ut primum lecto
 se dedit, profundissimum somnum capit. Inde salubris status,
 uitaq; plerūq; diuturna, nec præteriti poenitentia, nec futuri tem-
 poris timor hominem exagitat. excipiunt interim festi dies fel-
 sum: tunc uagatur quo libet; si quid palchrum est in ciuitate
 spectat, suburbia, uiridaria, prata cum socijs inuisit, ludit inno-
 cue, nihil omnino triste meditatur: nec uitæ perturbus, ad mor-
 temq; paratus. quod si & huic literarum cognitio accedat, ali-
 quantulo etiā dici foeliciar potest. At uero Principis uita huic
 ex toto aduersatur, surgit quamprimum à discussa crapula: ne-
 dum tamen ore syncero: sed hinc spiritus graue quiddam sibi
 ipsi olens, hinc sapor tristis obuersatur. interim atrium satelliti
 bus, siccarijs, rabulis, adulatoribus competitoribusq; repletur:
 serui undicq; discurrunt, clamatur, iurgijscq; inter eos agitur, qd
 nihil integrum sit. Hinc ostiarij importunos arcent, alios quam
 breui admissuros pollicentur: Atqui si princeps illustris mori-
 bus sit, rationes suas secreto recognoscit, atq; ubi tantarum re-

Aa 3 rum

rum memoria subit, piget uitæ. Alia enim nec posse perficere sperat; in alijs sollicitus admodum est: quorundam fidem secum criminatur: quorundam ignauiam accusat: aliorum etiā queritur auariciam, ubi quæ necessaria sunt percurrit: solennia sacra audit: demum rogant ibus operam præstat: ibi quanto melior, tanto atrocius discrutiatur: remittit tandem ad consilium. hucusq; ut uides si nihil etiam triste sit, nihil tamen cum uoluptate agitur. succedit prandium, ibi lances, scyphi, apparatus, fercula, uina, omnia rege digna: At conuiuæ aut nulli, aut seorsum positi, hilari quidem fronte, uerum altissimis curis obseruti, ac ut Poeta dicit:

In quorum facie misere, magneq; sedebat,
Pallor amicitiae.

Sed ad regem ipsum redeamus, qui tam opulentis dapibus, & splendido apparatu etiam hesterna ciborum uarietate faciatus, nec gustum habet, nec præsentia cum uoluptate aspicit. Sed potius natus abundus præ pudore quodam recumbit, inde huic modo illuc aspiciens, tandem aliquid feligit quod minus displaceat. Sed fac per oportuno desiderio ciborum teneatur, atq; hic unus ē multis sit illi dies candidus: num tunc uoluptatem satem capit: certe non: imo nunquam minus, nanc; dubia omnia habet, cibū, potum, scyphos, mappas, sedilia, ne ueneno infecta sit: qualis certe iucunditas hæc timentis: an non præstat coenare sigulinis, betam, & sarpedam, quam auratis, & murinis, claudum boletos, & statyram rhintacem? quid haec suis spitione tristius, in qua periculum uix abesse potest, timor nunquam: id illud Dionysius exēplo quā pulchro edocuit. Adulabatur ei Democles, ut tyrannis parasiti solent, eum solum beatum ac foelicē dictitans inter mortales: cum sapientis negaret: id Dionysius, tandem ut experimētum sua felicitatis faceret per suast, inde uestis aurata Democli induit, sedes regia, mensa preciosa, omnia deniq; Syracusanā opulentiam, Tyrannicumq; luxum redolentia exhibentur, inter tam ingentes apparatus, gladium

dius percutus ac fulgens, super accumbentis caput tenuissimo
filo suspenditur. tum Democles ut hoc percepit, non attollere
oculos, non manus porrigit, non quicquam penitus degus-
tare audebat, intentus in tanti discrimine periculi, anxie Ty-
rannū rogabat, ut eū à lauris illis epulis liberaret. Hac coena tā
illustri, Democles probè edoctus est, ut uitam regum amplius
non optaret. Tandem ut ad ordinē regiae uitę reuertar, ē men-
sa tolluntur omnia; scurrēq; mimi, ac musici prodeunt: hi hinc
uel ihū, ut quisq; optimus est facetijs asperis irrident: in alios
pbra, in alios maledicta iaciunt. his risus excitatur, illi impuris
motibus obscenam exercēt corporis formam, illi inter lanciū
& uasorum tumultus tibia canunt; in his omnibus ut quisq; de-
terius agit, eo magis probatur. interim regis animus molestis
plurimis agitat, uultu dissimilante: ut autem multa & maxi-
ma, ac etiam tristia ex literis præfectorum recognouit: in con-
siliū pergit: curis pressus ibi multa recitantur, quæ nec audi-
tu iucunda, nec factu bona sunt; iniusta, mala, pleraq; etiam pe-
riculosa: his principis animus distringitur, ibi offendæ graues,
proditiones, ingratitudines, suspitiones, errores, scelerāq; tum
ministrorum, tum aliorum principum damnat: concutit, inte-
rim animus accenditur, flagrat, hinc discedēti uenatio, aut obe-
quitatio, aut spectaculum equorum placet: ubiq; aut tumultus
est, illinc redeentes cogitationes multæ, plurimāq; colloquia
ad coenam usq; pertrahunt, eadem à coena mala, quæ in pran-
dio. tandem itur cubitum, tunc plurima ante somnium obuer-
santr. tot hominum cædes, etiā quāmuis fermè necessaria, nō
tamen iustæ, insidiæ, metus, odia, iniuriæ, bella, strages, direc-
tiones & urbium incendia, memoria mortis, idq; præcipue,
aut non esse, aut tamdiu discruciar oportere, demum ab his in
hæc reuertitur, nihil tutum, nihil syncerum inuenit (omnia ut
uidet, sic confusa) somnum optat. Sed & hic difficilis illis est pu-
gnante coena, adueniens autem nec altus, nec quietus, formido-
losas imagines plerumq; affert, dormit in aureis stragulis,

alta

alta pluma, sed subtili, atq; interrupto somno. Quænam igitur hæc est uita, nisi ærumnis & mentis æstibus plena, atq; ut Antigonus Demetrio filio, liberius quam deceret erga subditos se gerente, dixit: ignoras ô fili, regnum nil aliud esse q; seruituē gloriosam. sic Timoleon omnium ducum Græcorū, quotquot in historijs leguntur, fœlicissimus, aiebat, principes multorum ministros, ac seruos esse. Tyrannorum autem cōditio, quanto his etiam deterior, incestus, rapinæ, innoxiorū cœdes, uenena, minæ, uiolentia, cruciatus, sacrilegia, omnia animo reuolutur. undiq; metus, & suspicio habitat: tot habent quos timeant, quot habent à quibus timeantur: quam bene eis congruit Læberianus uersus, in Cæsarem dictatorem iactatus:

Necesse est ut multos timeat, quem multi timent.

Quis custodes ipsos custodiet? timetur uxor, filij, concubinae, pocillator, tonsor, miseria nec inimicissimis, nisi pessimis uiris, optanda. Sed iam ut video de fœlicitate plurima quidē, sed confuse diximus, denuo igitur unūquodq; genus diligentius est inquirendum, atq; in primis, uita hæc, in paupere longior, incoluimior, ac robustior est, quam in diuite: nec quenquam tam huic causæ infensum puto, qui hoc negare audeat. ter mis hi homines centesimum annum prætergressos uidere contigit, omnes penè mendicos, horum unus faber lignarius, alter pigmetarius, tertius rusticus erat. Quomodo longa uita, cū ocio, curis, luxu, ac crapula esse potest, horum uix uel unum opulentis effugint. At in corporis salubritate, quam dispar etiam ratio, hic abstinenſ, exercensq; ſe, at ille uarijs epulis, libidine inexplebilis, quies aut præposterus labor, noctes peruigiles, somnus diurnus. inde calculi, idropes, tabes, podagræ tam frequentes diuitiis, cui pauperi hæc contingunt: color etiam faciei id ostendit, plerunq; splendidior pauperibus ſubit proles, nec in hac diuites fortunatores, orbi pleriq; enim ſunt, aut tenui cum ſobole, pauperi nunquā deefit, imo ad onus uſq;, nec huius etiā cauſa occulta eſt, conſtat proles ſemine, hoc & ſpiritu uiuacem,

cem, & substantiam densam postulat : utrumque labor præstat. In principiis uiris si modica inter parentes ad rationem desit differentia , multa quidem siboles procreatur, sed inuialida : si plurima intersit, nulla . at in pauperibus, si cōueniat, multa proles gignitur: si non, pauca: robusta tamē semper. Ob id Licurgi optimum, institutum, ut Lacæna mulieres etiam dum foetum gestarent exercent. Succedit huic libertas, hui quām principibus parua hēc est, ut nullis minor, primo multis rebus eos interesse non licet: pauperi omnibus illis autē quibus licet, quantis indiget apparatus, ut diu omnia ante sint: præmeditanda. seruorum ignauiae, contumaciae, erroribusque seruire cogitur: æstate inter custodias puluere completur, hyeme eques frigus nec fert, nec uitare potest. At ille æstate per semitas umbrosas exercet. hyeme frigus labore pellit. At nec de uoluptate cedit. Diues aliquot uiridaria magna tuerur sollicitudine, pauper omnia inspicit, eoꝝ huic iucundior aspectus, ut rarior, & uarietae elegantior. Nec putes me aliter sentire quām dicā: hac enim ratione persuasis, omnia potius optauit, quām hortos in suburbijs, quodd aliena ad uoluptatem satisfaceret longe melius, cum plura sint, & nouitate delectent: in his uero utilitatis ratio non exigitur, cum nulla res minore reddat sconore. Est uictus post modum delectatio, hanc pauperi comparat labor, natura robusta, corpus mundum, diuitiars omnis popinaria. an uero tu uelis artem naturæ præponere: iudicio tuo permitto. Acedit quodd naturam in paupere etiam ars aliqua et si non tam exquisita inuitat: at artibus coqui diuitis natura reluctat. Illud etiam spectare licet, quodd pauperibus uilia, preciosa etiam sunt apud diuites, ut laetucæ, cardui, asparagi, pomæ, fungi, caules, raponeoli, raphani. at contra perdices, lepores, pauones, uilia sunt diuitibus, preciosa pauperibus: quidigitur interest inter hos et illos, cum permutatio sit in rebus non differentiæ: Meminit Cæcero (cum apud Lentulum coenasset) beræ sua uitæ ita deceputum, ut dialego & eum corripuerit, Somni cum cibis par ratio-

Bb

pau

pauperi, qualis dici consuevit,
 Celipes Tyrio mollior ostro,
 Solet impauidos ducere somnos.
 At diuitibus ex aduerso,
 Aurea rumpunt tecta quietem :
 Vigilesq; trahit purpura noctes.

Ex hoc in animi curas transitur : hic solum querit pauper
 arte sua quo uiuat. Diuitis anceps & multisida solicitude serua
 re, tueri, distribuere, rationes cum dispensatoribus habere, pau
 per se tantum obseruat: diues etiam alienos alere cogit. hinc
 præterea magnarum calamitatum sensus, ut nō pauperes, sed
 diuites semetip̄sos, & dolore confecisse, & occidisse legamus.
 pauperi neq; ex amissa suppellec̄tile tantus dolor accedit ut es
 necet; nec tanta desperatio, ut hominem ad manus sibi inferen
 dum impellat. Sunt pericula. unum in paupere, ne desit quo ui
 uat; huic quām pluribus etiam occursum est auxilijs, amici, affi
 nes, viri probi, xenobia manum dant: nec cuiquā ferē præter
 improbitatem, alimenta defuerūt. non quodcunq; parat̄ arte,
 in dies, in dies etiā absumendum est; sed aliquid in futurū serua
 ri oportet: id si fit, nullo in periculo egestatis homines uersan
 tur. Atq; id utinam nostri ciues intelligerēt, melius em̄ consul
 tum rebus suis esset, sed ciuitas laboriosa quidem, gulae nō par
 cit, ob id sit, ut paupertatem, & annoneq; caritatem nulla alia ce
 lerius sentiat exhausta uitiosa consuetudine: quodcunq; habet in
 laboris patientia, cæteris urbibus præstantius amittit intem
 perantia: & quanto in contemnenda virtute alijs cedit ciuitati
 bus, eō misericordia nobilior est. Itaq; ut ad institutam oratio
 nem reuertamur, est hoc periculum pauperis, pluribus emen
 datum auxilijs, inter quæ etiam plurimi diuitibus in tempore
 famis seruiunt, at huius loco plurima incumbunt diuitibus, &
 quæ nullo modo queant auxilio instaurari: hæc sunt insidiae &
 principib; ab seruis, ab harredibus, ab hostibus, ab incognitis
 etiam; unde Satyricus,

Sed

Sed plures nimia congesta pecunia cura

Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia census;

At uero quisquam hoc tanquam rem confictam putet, cum
fam diuersis modis centum viros propter opes suas perisse trididerim, & eos absq; culpa: alios quidem a domesticis ueneno,
alios ferro, alios stragulatos, complures a latronibus in uia, a
lios ab exteris, ut Curtius in urbe nostra, & Aluisius Donatus
in Saccensi oppido, at qui fame perierint, uix quatuor in tota uita
uidere liceat, nec eos absq; culpa, ut etiam historias referre
superuacuum sit, in his qua singulis diebus apparent: itaq; cū
ex tam paucis diuitiis, tot male ex eis propter diuitias pes-
reant, ex tanta pauperum turba tam pauci fame. nonne & in
hac causa longe deterior est diutum quam pauperū conditio:
his uestes succedunt explorandæ, tum supplex, quæ ut nō ne-
cessaria est, est etiam onerosa, indiget cura, indiget custodia, in-
diget reparatione. nec tamen auro, melius quam uitro bibitur;
nec argento mundius, quam figurinis editi. nec tutius ære quam
lapide, aut terra coquunt. at uestes, quanto simpliciores eò salu-
briores, & minus onerosæ homo em nuditus nascit. indiget ue-
stimento nō onere. Tam utili Romani ab initio & Lacedemoni
semper usi sunt indumento, ut regibus parerent admirationē,
de reliquo ornatus genere, quid aliud dicam quam quod Socra-
tes dum esset in nundinis: quam multis non indigeo: aiebat au-
tem illos Dijs esse simillimos, qui paucissimis indigerent. Dijs
enim nullis opis habent, ut uero in omnibus superflua magno
sunt impedimento, tum maxime in supplexile puluis exedit,
aqua corrumpit, fur subtrahit, familiares disperdunt, mures ro-
dunt, usus atterit, uicinus petit, raroq; reddit quale acceperit:
quid aliud est hic ornatus quam onerosa & damnosa luxuria? Si
ad pulchritudinem referas, uincunt depictæ uiles cartulæ: si ad
ambitionē iam & de hoc suo loco dicetur. uocatur amor in iu-
diciū, hic semper pauperi fauet: illum aut timet, aut obseruat,
hunc solum uere amat, quod etiam si quisquam ametur diuies,

B b a buius.

huius nunquam certus esse potest . At ab iniurijs saltem tutior est diues; nihil minuscule index melior est pauper , cui nec quod amittat est, & nihil est quod amittere timeat. at diues: & de uita, & de opibus sollicitus, multas iniurias patitur. non faciunt quenquam ab iniuria securum opes, sed animi fortitudo. At diues: Diues offendere potest tutius. quo nam modo tutius, cum pauperi uertere solum noxiun non sit, diuiti in patria remanere sit iactura, nam & si nihil aliud surcedat aduersi, habet & conscientias sceleris, & quibus detegi timeat: habet & ministros quibus pro præclara illa opera, debeat, id uero & poetam haud dubie animaduertisse video cum dixerit de Domitiano, quem Nero-nem & crudelitate appellat, loquens:

Atque utinam his potius nugis, tota illa dedisset
Tempora saevitiae, claras quibus abstulit urbi
Illustresque animas, impune & uindice nullo,
Sed perire, postquam ceteronibus esse timendus
Cooperat, hoc nocuit lamiartum cæde madenti.

Quid igitur iam non habet melius pauper quam diues? uitiam, ualeutudinem, prolem, cibum, somnum, amicos, libertatem, securitatem, uolupratem, tranquillitatem, uestimenta, suppelle, etilem, amorem, quietem, omnia iucundiora. quamobrem non mirum est Horatium dixisse:

Bene est, cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu.

Optimum enim statum affectus est, qui tantum habet ut uiuere possit. hunc dicit Aristoteles esse, ut tantum ei sit quantum & se & ancillam alere queat. id etiam testatur Prophetæ dicens. Ne dederas domine paupertatem, nec diuitias, at si des clinandum sit, periculosiores sunt diuitiae paupertate: nam inopia arte & industria redimitur, diuitiarum incommodis nulla est medela: diuitiarum etiam lapsus admodum immensus est, nec finis eius patet. paupertatis ab eo qui se potest alere, discriminem exiguum est. In paupertate etiam corpus pericitur: in diuitiis

diuitijs animus una cū corpore . Deniq; si paupertas abscedat, omnia mala quæ cum ipsa aduenierunt effugient: at diuitijs di- labentibus, nec uitia animi, nec corporis imbecillitas discedit. Fœlicior igitur atq; securior paupertas opibus absq; dubio est, sed & ad gloriam paratior. namq; quis artes inuenit nisi pauper-
tas, ut Theocritus inquit,

Ατενία μοίχαρτες πέχυας ἵγειρα
Λύτα τῷ μόχθῳ οἰδάσκαλος.

(i. Paupertas o Diophantes sola artes exciscitat
Ipsa Laboris magistr.)

Huius' ni fallor) nusquam laudis participes diuites esse pos-
sunt. at inuentis his, qui nam eas excoluerunt, certe etiam pau-
peres, atq; ut in primis ab ea quæ cæterarum est ornamentum,
philosophia exordiar: principes eius pauperes fuere: Socrates,
Plato, Aristoteles, Cleanthes, hic nocte aquæ hauriendæ opera-
locabat, die philosophabatur: sed hoc minus mirū, Stoicorum
instituto Socrates (ut Seneca autor est) cum in foro esset palliū
uidit: cumq; discessisset amicis dixit, pallium emissem libēter,
si pecuniam habuisssem . encomium etiam mortis , & qui eius
gloriæ inuidebant, mendicum penè fuisse testantur . Plato di-
tatus est in Sicilia, cum secundam nauigationem lucri causa fe-
cisset. Aristoteles, & ipse ab initio tenuis ab Alexandro quasi se-
nex ditatus est. nō opus referre arbitror ceteros. At Poetarū lu-
mina Homerus ac Virgilius, mēdicus alter, alter pauper fuit.
Grammaticorum & Oratorum turba sequitur insigniū, Pom-
pilius Andronicus, Orbilius, Valerius, Cato, Loencus, Iulius,
Higinus: Quintilianum angusta re familiari fuisse, docet epi-
stola Pliniij Cæciliij munifica: Statuum poetam mendicasse, Iu-
uenalis irridens docet, eo carmine :

Esurit intactam Paridi, nisi uendat Agauem.

Sed iam in literaria palæstra, concessuros lauream diuines-
ponte, nō dubito. lis est in armis. quanquam nec in his fœlicio-
res sint, quam in literis, concedant nobis Paulum Aemyliū, qui

B b 3 mor-

mortuis non reliquit unde dos redderetur uxori: Marium & Sertorium, insimae sortis homines Romanos, in cuius alterius salute spes Romana, in alterius periculum positum aliquando fuit, tum Camillum bellum fulmen, Africanum Scipionem, cuius frater ob multam, quam persolueret non poterat, si Gracchus non obstitisset, carceri macipabatur. Arator Cincinnatus, Calatinus Fabritius Pyrrhi oppugnator, Valerius Publicola, Menenius Agrippa, Q. Aemilius, tum Aristides Phocion, Miltiades Cimon, Spartacus, Viriatus, totus Lacedemonij Duces, inter quos Lysander clarissimus extat, ab inferis reuocantur. his quos oppones praecepit Alexandru, aut Caesarē patriæ euersorem, aut Syllam cum suis prescriptionibus, non est quo temere in tam claro iudicio, diuites cum pauperibus congregantur, at nunc temporū uitio, reges ab adulatoriis persuasi, duces non eligunt, sed emunt: maximaq; omnium fundamenta, uitam ac regnum non uitutibus, ac peritie, sed diuitijs & generi commendant. inde magistratus & quæstores, archiatros, praefectos, non ex virtutum eminentia, sed ex conspiratione nobilium & potentum sumunt. & si ne quicquam illis eveniat boni: id saltē lucrificat, ut consuetudine & paucitate adiunt, omnes habeant dignates: uerū non fallunt purpurati in iudicio, atq; utinam non magis in cōfilio príncipes, illud enim animaduertere eos decet, nobilitatem certe præponendā: at nobilem esse qui & uitute digna nobilitate facit. hoc tamē ferendum est, illud intolerabile: cum ab obsequio non a genere aut potentia electio sumitur, at tales care omni non solum eruditione, sed probitate necesse est. Et nisi nos à proposito discessisse agnosceremus, longior oratio auocasset: sed festinandum ad huius libri finem est, atq; denuo gloria occasio quaerenda est: quæ cum in militia, in literis, apud pauperes sit, atq; in inuentione artium: num in artibus ipsis gloria diuitiis concedetur? cum nec eas attingant. At uero sint diuitiae paupertate præstantiores, quid nam miserius homini & Diis imprecari possimus, quam cupidinem dirādi: que ea maior

maior semper fit, quo magis augētur opes, labor inexhaustus,
& indefessus saxo Sisypheo perfamilis : quem poetæ reuelantē
archana Deorum , singunt in inferno gestare ab ima montis
rādice, ad uerticem prægraue, at cum appropinquauerit, dilas-
plum denuo excipiendum humeris. sic non est aliud parare di-
uitias, quām corpori perpetuum laborem , menti curas innu-
merabiles iniūcere. at uero alea lucrī, quotiens sinistre cadit, quę
etiam si semper faueat, ac supra spem cedat, quid fœlix in uita
ea esse potest, in qua partis, non magis q̄ his quae non habes
ut non licet. hoc enim unum est quasi congregantium diuitias
& iōμα(.i. Pronunciatum.) Horatianum,

Qui nummos aurumq; recondit, nescius uti
Compositis, metuensq; uelut contingere sacrum.

Sed si liberaliter ac splendide uti uelis , quis furor est, simul
maximo labore querere, ac simul effundere : nō alia poena Da-
nioides mulieres damnatae singuntur in inferno, ob ingens sce-
lus parricidij, quām ut cribro exhaustant aquam: Sed libeat cō-
gregare, en tibi aut posteris tuis, atq; interim non otium , non
quietem, non uoluptatem capere, studijs interdicere, uitam red-
dere breuiorem, ac ualitudinem infirmare , cui uero usui ut uel
in morte sepulchrum marmoreum extruas, sumus habeas am-
plum, parentalia magnifica, ac solennia, ut quosdam fecisse ui-
deo relinquas. Stultam hanc curam & superuaciam irrisit mo-
riens Socrates, cum pallium preciosum offeret Apollodonis.
equidem nulla est mortalium cura tam inanis, quām pompa
funebris: id scio fateberis , & ad hæredum cōmoda configies.
relinquatur diuīs filius, qui gratior h̄eres queri potest: interim
tamen labores, curæ, uigilæ, infamia, iniuria, scelerumq; con-
scientia tua sunt, ut relinquas quod filius helluat, scortetur, pro-
digat, cōsumat, perdat. ipsum uero uerordē, inertē, amentem,
ac in summa deteriorem faciat: sed hei quot inimicis labores
hi parant. plerūq; deest filius, aut talis est, ut natū esse pœnitentia
vel etiam odiosus, quot etiā filijs locuples h̄ereditas exitio fuit,
idq;

Idq; præcipue regum liberis accidit , dum imbelles relinquuntur, ab ipsis enim met tutoribus spoliantur regno, ac uita, quas lis Tryphon , qui tutelq; Antiochi relicitus , cū fraude eum Tryphon tollere uellet, simulauit puerum ægrum, medicosq; induxit, qui eum calculo uesicae laborare diceret : atq; iccirco secan dum puerum decreuerunt, quo uulnere cum uesicam ipsam consueto incidissent, miser mortuis est annos decem natus. Cicero in oratione pro Sexto Roscio, ostendit quantas procellas locuples patrimonium eius illi inferret, ut etiam de parricidio quod maximum est scelerum, condemnari postula retur. Quid tandem in re tam uulgari est , cur de summis nunc loquor opibus, quotidianum experimentum desideretur, cum patres filios, filij parentes, fratres fratres, uita exuerint, ut regno spoliarent, est quidem illud poetæ uerissimum,

Non intrat unquam, regium limen fides.

At quorsum hæc posterorum potentia, etiam si non fraudeatur? Quam uoluptatem quis capit , ingētem habens seruorum numerum, tum familiarium, quos hostes gratuito alat, quibusq; seruire cogatur, atq; illud egregium libertatis munus, pro ambitione commutet. Nec enim aliud est homo diues, quā Deus Peripateticus, scilicet legibus suis circumscriptus, seruus, ac in utili seruus. Ó stolidam hominum cogitationem, quæ tot labores subit, tot curis angitur, tot sceleribus se mancipat, tot iucundos amittit dies, ut filium relinquat, mulis procerum non absi milem, hæ pingues & ornatæ, absq; sensu frenis & habenis cohibitæ, inertes etiam muscarum iniurijs subiectiuntur. At pauperum filij indole, uirtuteq; ac robore insignes, ea gaudent, quo uolunt pergunt, omni soluti cura: iam uero adulti uenantur, praescantur, aucupantur, ludunt, uagantur. nonne libertas hæc uel Croesi diuitijs anteponenda est? Sed ex his qui tam ingētes operæ hæreditate acceperunt, maxima pars etiam eas consumit ; nec aliud poenæ genus illorum parentibus & morte traditum putet: quam ut uideant tanto tempore, ac guttati m collectas diuitias ab

ab impuro & prodigo filio effundi, scortis, alea, parasitis, foro, adulatoribus. Noui quendā, cur auus ac pater annorū quinqua ginta spacio, octuagies festiū congregauerant, tribus annis cuncta prodegisse. Filius Ruini cum locupletē hæreditatē a patre accepisset, in eam animi intemperiem peruenit, ut uitam etiā cum facultatibus amiserit. Quot rei sunt legibus, quot per duelliones, quot criminis lēsa maiestatis, qui si intra mediocrē stetissent fortunam, tanta mala euālissent. adde quothomini bus necessariū hæres deest, non frater, non filius, non fratri sūlius, non ullus talis, qui uel quadrante te redimat: his tamen infanīa hominū laborat, non nocte, non die requiem habens. Quamobrem cum nec felicitati, aut gloriæ, aut posteris, diuitiæ conferant: nihil uero deterius sit, quam aut optare non habentem, aut conari ut habeas. genus atræ bilis quoddam esse puto paupertate discriutari, uerum cum non Rhetorum more quicquam persuadere decreuerimus, sed philosophorum instituto, bona fide utrancq; partem diligenter in examen ducere, usi deamus etiam quæ aduersus hæc possint. Atcq; primo illud occurrere uideo, quod pauperes omnes diuitias querunt: diuites nulli unquam paupertatem: & quanquam hoc eludere multis possem modis, atcq; non falso esset, forsitan, nihil tamen hoc in opere charius est simplicitate animi, cum non ex uoluntate iudicium, sed ex iudicio uoluntatem oriri uelim. Ita q; ut ad rem reuertar, omnibus in rebus quæ aut animalib. essent utiles, aut necessariae, desiderium earum natura largita est: in quo bruta solitus sensus arbitrio, recta legem necessitatis non prætereunt: at homo liber cum in se rationem contineat, sensuum, quibus alligatur, persuasione, plus edit, bibit, dormit, quā uel utilitas, aut necessitas præcipiat: sicq; ut edere, bibere, ac dormire, cum naturalia sint, usū superfluo, apud hominem naturæ contraria euadūt: itaq; & in hoc genere opes sunt: tantum enim optare, quantum uitæ ducendæ sufficiat: naturale est, at quod ultra experitur, non solum bonum non est, sed etiam nature contrarium.

Cc quo-

quomodo enim quod naturæ contrarium est, bonum esse potest: proficiscitur igitur hæc diuinitarum sitis & uitio non à natura. ob id omnes homines opes optant uelut & cibum, & potū: non quod excessus ille naturalis sit, sed quoniam aliquid est in eo genere quod naturale existat: scilicet desiderium eius quod ad uitam ducendam est necessarium: hoc uero uel industria habetur, ut qui artes callent aut redditibus, ut nobiles, aut consensu, ut Franciscani, aut aliorum uoluntate, ut aulici; & mendicantes, non igitur ut nec non edere, non dormire, ita opes optare possumus. contrariū em̄ naturæ est nihil habere, nec posse habere. Ut tamē & satietas & ebrietas non tantum sunt mala, sed etiam iniucunda, sic & diuinitæ ac potētia. Illud etiam obiecti merito quis dicat, quod ea bona quæ nos pauperi tribuimus, utpote labore, exercitatione, industria, patientia, abstinentia, nemo si uelit diuini negare potest. Sola itaq; horū licentia beatū diuitem efficere debet, cum em̄ ex uoluntatis consensu, uoluptate caremus, carere ea uel non malū est, uel quod careamus uere dici non potest. Sed fallūtur qui sic existimant. ab initio em̄ inter opes educatis, animus effluens delitijs, corpus molle & ad labores impatiens efficitur: nec multis cibis ac leuisbus assuetâ natura, dura alimenta & tenacia concoquere potest. unde ex his, qui in uitam pauperum iam delitijs assueti transire uoluerunt, in dolores, & tabem, & obstructionem incurrebat: qui uero in labores seu coacti, seu ambitione ducti inciderunt, extenuati confractiq; sunt primo, ac demū correpti febribus mortui sunt. At qui literarum studiū ex his ingenti ardore prosecuti sunt, omnes in iuuentu obiere: uelut Ioannes Picus Mirandula, impossibile est enim omnino natum diuitem in doctrina præclarum euadere, nisi uel ab initio pauperum uitam imitetur, uel in iuuentutis flore decidat in insaniam, aut mortem forsitan. & illud contra paupertatis encornium dicent, quod serme Aristippo Dionysius, scilicet pauperes à diuinitibus rogare, petere, eorum limina obsidere; at contra diuites nihil cum horum

rum agant, etiam pauperibus imperare. At uero si ad operæ necessitatem aspicis, pauperum diuitiis longe magis necessaria est, quam diuitium pauperibus. rogat diues medicum, cognitorem, tonsorem, mulionem, colonum, coquum; & nullis penè rogatur. uerum cum id ambitiose, & cum fastu (ut pote alienorum cura) exigat, imperium in pauperes habere uidetur. æmulatio etiam ipsa pauperum, ac contemptus huius inanis gloriae, facit ut magis diuitiis pauperes, quam pauperibus diuites indigere uideantur. at si pro necessitate res agetur, diuites singulis horis ad pauperum domos discursare uidet res, pauperes ad diuitū nunquam. neq; istud dubiū esse deber, pauperum industriam quotidie diuitiis necessariam; diuitū opes pauperibus etiam si necessariae forent, uix uel in anno semel. At uero ex re etiam diuitium esse uidebitur, atq; illorum causæ fauere, quod opulenti honoribus, magistratibus, & gloria digni soli uidentur: at non sic in Venetorum repub. nō sic etiam Romæ donec prosperæ res fuerunt: non sic inter Lacedæmonios, inter quos paupertas laudi maxima erat: non sic Athenis, ubi Phocion, Aristides, Cimon, Miltiades, pauperissimi maximos in repub. magistratus tam diu gesserunt, ut diceret pudeat. Quod uero in male institutis ciuitatibus, ubi potentia pro lege, uirtus pro ludibrio, pro iuribus opes, habentur, diuites non ingenui pudoris elegantur, neq; è repub. est, quoniam necessario breui permutatur: neq; desiderandus est ulli pauperi, quantumuis optimo magistratus: nempe ut Socrates dicebat: nunquid est cuius te pœnitentia? Sed si uellem magistratum incommoda referre, non dubito quin & hoc pauperum felicitati tanquam egregium quoddam munus adjiciendum esset: uerum cum assumpta præpositio, in bene instituta repub. ex toto falsa sit, utile non existimauit, tam absurdam suppositionem prætermittere. Huc usq; igitur ueris sed subtilibus rationibus, aduersus diuitarum cupiditatem differimus, uerum ex initio causam hanc mihi repetenti, non amplius spi

Cc 2 culis

culis & acutis disputationibus, sed plena oratione, liquidoque
sensu agendum arbitror. Atque in primis monendos eos duco,
naturam humanam tanquam ignem quendam, è terra prode
untem, in excelsum ferri; hanc quidem magis, illam autem mi
nus: ceterum ut ad summum peruenit, euanscere: sic omniū
hominum ut stirpes ad summum gloriæ, uel regiæ dignitatis
peruenere: paululum in eo cacumine cōsistentes extincte sunt.
Ecquam enim Alexandri, Darij, Antiochi, Ptolemæi, Daris
dis, Cæsarum, Antigoni, Mithridatis, ac ceterorum antiquorū
regum stirpem ostēdes? itaque cum eō perueneris, ne gratulare,
sed dic, ecce exitus rerum humanarum instat. tum uero his con
sistentibus (Dominis boni) qui casus, qui dolores superueniunt? Ca
rolum hunc Quintum Cæsarem, uirum à Justiniano potentissi
mum, ac fœlicissimum, qui ab Indiæ extremis partibus ac Aethio
piæ, per Hispanias & Italiam usque ad Dacos, & incognitas anti
quis regiones, longe lateque dominatur: cuius auspicijs sæpius
plura acta, quam sperata sunt: qui consilio ingēti tantam natio
num regumque discordiam mulcit: tam ancipitem fidem conti
net: inspice & ne beatum dixeris: cum cogitat quantis copijs
Solimanus rex imperij finibus immineat, quā solicite ab Afri
ca turbentur Baleares insulæ Hispaniæque, quam inconstantes
sint Italorum Principum animi, quam facile Sicilia ac Apulia
Turcarum uiolentiæ subiaceat, quam dissideant Germaniæ
Principes: Sororius non admodum cōcors, nuper aduerso Ne
ptuno disiecta classis, clades accepta in Pannonia, alia in Illyri
co: bunc ne fœlicissimum dices: cuius tam ingentes curæ, tan
ta pericula, tam grauis dolor iacturæ sit: dispeream, si ad fœli
citatem respicio, nisi uelim me potius esse Carthusianum mo
nachum, eumque gregarium: quanquam & illi parum diffe
rent ab his, qui in carceribus sunt. iam canos, uix quadragena
rius, undique misit. At uero quid in alijs statues, si hic talis, ac tan
tus, tam longe à fœlicitate abest? Nunquid Franciscus Gallorum
Rex fœlix dici potest? num Solimanus? quis non metuit? quis
aduersus

aduersam fortunam non expertus est: qui & si nihil triste ad hanc usq; diem tulissent, grauiora formidarent, cum meminerint aliorum qui fortunę casibus iactati sunt. nihil enim Polycrates infelix expertus in tota uita, à Persarum rege in crucem auctus est. Darius Rex regno spoliatus miserrime occubuit, qui imperium dñs aequale habere existimabatur. uide Syphacem, uide Perseū, Mithridatem, Pyrrhū, uide Cambysem, stultus sim si reges uelim numerare qui fortunę ludibrio fuere. Nostra etas quatuor regna extincta uidit: Pannonicum, Aegypti, Insubrū (postquam Galliē Cisalpinā partem sic appellare libet) & Apulia, sublati prorsus regibus illorum. ea sunt tempora, ut uel in fœlicem esse oporteat regem, uel miserum: miser si regnū uult retinere, infelix si non possit. ô quam bene Lucanus dixit:

O uitæ tuta facultas,
Pauperis angusticq; lares, ô munera nondum
Intellecta Deum.

At tu modo non interiora Principum inspiciens, sed uelut in sepulchrīs externas picturas, statuas, ornamenta cq; tantum beatos illos iudicas, qui sint omnium mortalium infelicissimi. At uero illud etiā spectandum est, cum de sola paupertate con quereris, quot alijs longe sis fœlicior, quot ægri, quot surdi, quot ceci, quot in carceribus, in exilio, in servitute, obfessi, damnati, ad militiam coacti, quibus omnibus absq; dubio fœliciores. At etiam si de sola paupertate cōtendas, nec equidem nisi te, uel regem esse cupias: mōrere decet, aspice quot in ciuitate miseri, quot in suburbij mendici, quot in uillis imo penè omnes nihil habentes, familia onerati, tributa cq; singulis mēsibus pendere ex laboribus suis coacti. Sed hei Christianam gentem: in eos sermones incidi, quos nec unquam cogitaueram. ita fit, ut cum dolorem aliorum lettare cupiam, ego fermē in eum inciderim: sed ualeant quæ à me argui possunt, corrigi nequeunt. ueruntamen neq; id absq; proposito occurrit. nancq; uis aper te intelligere, nullam in opibus fœlicitatem, nullam in pauper-

Cc 3 rate

tate esse miseriam, inspice eos, qui in uillis habitat, minitmis opibus gloriari, & se beatos existimare, quod nullos eius loci in colas tantum possidere cernant: quamuis nec ipsis tamen sint diuitiae. At iudicem, si ad urbem se conferant, ut alios opulentiores uiderint, statim dolent, & se pauperes putant. quid igitur, est ne haec paupertas? equidem non, sed iniuria. quis est, qui decies festertiū possidens, pauper dici merito possit, & si ruri degat, Principem se non existimet; si tamen in aula se contulerit, ubi nemo tricies festertiū non habeat, illico pauperem se prædicat, & credit. An putas si (quod ferunt diluuij tempore accidisse) homines cōmodis omnibus carerent, non pecunias, non armata habentes, aut uestes. quenq[ue] omnino iniuriā paupertatis ægre ferre, haud credendum est: quid igitur plura. etiam nunc habes & conquereris, manifeste deprehensus non paupertate urgere sed æmulationē. At quid, hoc etiā deterius: cur non Indicæ & Sabeorū & Regū diuitiae te torquent, nisi quod illi plurimum absunt à te. miser igitur non tuo commodo, sed aliena potius, atq[ue] ea, quam & optare, & diligere deberes, fœlicitate reris. At quantum populis paupertas libertatis custos fuit, ac imperandi magistra. Scythæ aliquando Asia dominabantur: inde Assyrī, Medi, Persæ, & hi omnes ab initio pauperes: inde Alexander, cui nihil praeter arma, & corpora esset, Asiam subegit: post Romani inclita paupertate, superbos uicere Gallos: fortes Italos, dolosos Græcos, locupletem Assiam, fallaces Pœnas, cōtumaces Iudeos, omnia hęc superat paupertas. Parthos uero ac Persas, & Germanos, quoniam & ipsis paupertate tuerent, totis imperii uiribus subigere non potuerunt: inde uelut Sole glaciei adueniente, quam primū: diuitiae sub Sylla urbem ingressæ sunt, uires dissoluebantur, ac liquefiebant: primo igit seditiones, inde bella ciuilia, atq[ue] cum his excidium familiariū, quibus imperiū coaluerat: hinc seruitus post amissa dominatio undiq[ue] barbaris irrumpentibus, tandemq[ue] breui etiā ciuitas di repta ac euersa: nec quidē priuatissimi utiliores diuitiae sunt, quæ homi

homines rudes, ambitiosos, inertes, & anxios facere consueuerunt: hinc miserum Poeta lepide Midam cum impetrasset, Baccho ut cuncta in aurum uerterentur, descripsit dicens:

Attonitos nouitate mali diuesq; miserq;

Effugere optat opes, & quæ modo uouerat odit:

Copia nulla famem releuat; sitis arida gutturr

Vrit, & inuiso meritus torquetur ab auro.

Tanta est opulēti miseria, ut inter opes earum desiderio consumatur, nihil legitimū est apud eum, qui opibus inhiat, quod ab auaricia sua dissentiat: inde fidē, amore, pietatē, iusticiāq;, soluit: quis iure credit uitam, aut opes, aut gloriam, diuitiarū studio, quæ cum inutiles sint, non diu etiam pleruncq; apud eosdem manent. etenim raro est, ut nepotem locupletis uiuere diuitem uideamus: rarissimum uero ut moriatur. quid igitur mirum est, tot egregios uiros, opes aut habere neglexisse; aut habētes spreuissle, atq; in primis à Thebanō Crate initium faciente's (ut Christianos quorum numerus notulis Indicis solum ostendi poterat, etiam nunc perseverantes relinquamus) hic uniuersis bonis uenditīs, ut liberius philosophiæ operam dare, redemptam uniuersam pecuniam, præcipitauit in mare. Sapientius Apollonius, Tyaneus & Peregrinus philosophus cum etas opes, & erat sanè ingens, patrimonium ciuibus suis distribuerunt nihil sibi seruantes. Zeno Cittieus cum diues olim ex naufragio philosophiæ operam in maxima paupertate darebat: dicere solebat, tunc secūdis uentis nauigauit cum naufragiū feci. sic Diogenes utraq; laude dignior est. nam paupertatē non solum bene tulit & constanter, glorioseq; uixit in ea; uerū cum ab Alexandro rogaretur, an quicquam uellet, negauit: cum lisceret à splendidissimo Rege ditescere, quamobrem Alexander dicebat: si Alexander non essem, Diogenes esse uelle. agnouit Rex animi illius ingentem felicitatem, qui diuitias sperneret. nulli libertate Phocion, sed etiā certiore, Alexandri primo tales ta centum, post etiā plura recipere noluit, qui tamē tam inopere erat

erat, ut aquam sibi lauandis pedibus hauriret, uxore pinsente, ut non ancilla, non serius ei esset: eodem animo Socrates & ipse Alcibiadis dona accipere noluit, ut longe minus mirū sit, quod cum Artaxerxes Hypocrate ad curandos morbos & Epidemias ad amicitiam vocaret, missis utriusq; ingentibus donis, non impetrasse: uerum illos maiore animo regis munera aspernatos, quam ille dedisset. Sic Fabritij constas fides, Pyrrhi auro corrumpi non potuit: mansitq; grata illi paupertas, regum opibus longe dulcior, ut nihil illis animis generosius posset existimari, aut esse felicius, quos etiam quamquam indignos Christiana pietate memores, tamen sui candoris aliquo ingenii solatio frui crediderim: itaque ne dole pauperem te esse, sed illud Platonicum saepius memora: qui ditari uult, minuat desiderium opum, non opes augeat. diues enim opum multitudine, aut sceleratus est, aut scelerati est haeres, ut beatus Hieronymus scriptum reliquit.

Proxima huic exiliū querela est, in qua illud mirum cerni potest, solam imaginationem, iucundā rem, acerbam efficere: namq; si mentem adueretas, quamplurimi extra patriam plures annos consumpsere, uelut Plato, & Berolius, et Galenus, & Diocles; alij uitā uniuersam uelut Zeno Cittieus & Crator Eolensis, & tamen his iucunda fuit hac peregrina habiratio: quoniam uoluntaria fuerit. Simileq; id mihi uidetur, hoc desiderium cuiusdam senis, nostri concius, historiae: is namq; cum annos natus sexaginta suburbia ciuitatis non excessisset, pro miraculo delatus ad Principem, cum preceptum sibi intellexit, ne uel in posterrum exiret, cum ante non cogitasset, nixus est (ut dicit solet) in uetitum, rogabat itaque Principem, ut permetteret peregrinari iam senem, qui iuuenis tam diu neglexerat. cum Princeps negasset, ferunt dolore confessum mortem obiisse. Quid tam stultum est quam uel bona negligere, uel mala optare? non est aut malum peregrinatio, quam tot Reges, tot Imperatores, tot uiiri illustres excoluere, quid igitur dolendum est, si etiam coacta sit. equidem

equidem nullum bonum, quanquam inuitum malum esse potest. At uero quot bona peregrinatio praefat: prudentiam in agnoscendis moribus, in uitandis periculis, tum scientiam multarum rerum, spectacula inde urbium, maris, montium, fluminum, syluarum, coeli uarietatem, animalium naturam: tot artes, tot ingenia, tot miracula, ut nisi mirer, inclitos quosque uiros, atque in primis Alexandrum, perpetua fuisse in peregrinatione: in quo magis suum æmulum Traianus æquare nitebatur, quam ut orbem totum uideret, provincias omnes aut in fidem acciperet, aut subigeret. Antonino (ut erat mansuetus natura) spectasse non uicisse gentes propositū fuit. Cæterum ut ad priuatos homines me cōferā, ne regius fastus mihi impedimento occurrat, omnes qui aliquid penè diuinum excogitarunt, in secessibus mansere: amicum suū Vlyssem, Homerus quam maiore laude quam à peregrinatione prosequit? Nonne in exilio clarissimi ferè omnes fuerūt uiri, Demosthenes, Cicero, Aristides, Thucidides, Themistocles, Alcibiades, Codrus, Theseus, Eumolpus, Thrax Græcorū origo, Aristoteles, Camillus, Corolianus, Marius, Datamis, Thrasybulus, Dion, Annibal, Demetrius Phalereus, at uero sponte etiā plures uelut, Conon Atheniensis in Cypro uitā dicens, Iphicrates in Thracia, Chares in Sigaro, Timotheus Lesbi, Xenophon in Scilliæ Heliæ, quid plura, Socraticum illud dic, sapientis patria est mundus, exul est sapiens, cum extra mundum est; hoc autē fieri nequit. Omnis ingentis sp̄ritus proprium est sibi parere mortem, aut carcerem, aut exsilium: horum trūm, quid minus molestum esse potest exilio: uerum cum mors ipsa mala non sit, quid esse dicimus exsilium? unam urbem amittis, omnes alii patent, cum quidam Diogeni dixisset, Sinopenses exilio te damnarunt: respondit Diogenes, ego illos ut perpetuo in Ponto ac extremis Euxini littoribus maneant damno; adde quot uiris cesserit forciter exsilium: unde Themistocles dicere solebat: perieramus nisi periſsemus, Euagoræ exsilium & Pelopidae patriæ libertatem.

tem: huic quidem Thebarum, illi Salaminis Cypri peperere. quid Camillus ex Ardeis, nonne occasionē accepit tam inclita uictoriæ? At uero sapientum libri, ubi magis quam in exilio conditi, pulcherrima operum Nasonis de Tristibus, de Pon to, in Ibin, triumphus Cæsaris, & de illius laudibus. Fastorum, item ac de Piscibus, in exilio condita sunt: ut appareat octo in annis exsiliū plus præstissime, quam quinquaginta quatuor cæteros priores, quibus Romæ uixerat. Nam & Transformationum libri communes etiā exilio fuere, indicant id carmina superba fini operis adiecta, ut absolutum ibi uideat, quid Homerī operibus præstantius est, quæ ipse omnia si non exul, uagus tamen à patria scripsit. Plato in epistolis testatum reliquit, prius consenuisse quam in patriam rediret: existimandumque est, cum eius Lysidem Socrates audierit, damnaueritque nimia illius erga se pietatem, Platonem maximam librorum suorum partem extra patriam condidisse: nam uigesimum septimum annum agebat Plato, cum Socrates excessit ē uita. Hercule quid bonum affer patrī, si quid coneris preter inuidiam, & eo præsertim, si humiles natales sint. ubi deterius Christus acceptus est, quam Nazareth, ubi erat educatus ubi uexatus, oppugnat, demum occisus, nisi Hierosolymis in patria sua: nonne eius filius dictus est: Non est Propheta acceptus in patria sua. Exsiliū igit̄ non solum malum nō esse, sed etiam bonum, ac gloriosum fatis conuicimus: idque præcipue uiro sapienti ac studioso, nemini uero infensum esse debet, cum plerisque magna ornamenti afferat, quid enim nocuit Leoni Decimo, ne ex eo in Pontificiā postatem emerget: atque utinam tam multi intelligerent, quantum omnibus præstaret diutius peregrinari. pluribus uero à patria etiam semper abesse, si uel ibi, pro legibus colantur diutia, ut pro iure potentia sit, uel omnino tyrannidis genus aliquod dominetur. Quare exsiliū nec inter mala, nec inter ea, quæ mali umbram referunt reponi debet.

Vehementius etiam aliquos iniuria torquere solet, quam exsiliū

exsiliū: & Laconicum illud in medium afferunt, ueterem ferendo iniuriam, irritas nouam: sed quām planè à scopo aberrant, si putant iniuriam ultione dignam. nam sīc agentibus conuenit, ut iniuriarum nullus finis inueniatur: cum iniuria, sit iniuria ulciscenda, nonne & qui priorem intulit iniuriā, secundam ulcisci uolet? alia igitur iniuria inferenda, ac denuo illa ulciscenda: quis tandem finis erit iniuriarum? pes simē igitur agit, qui primam infert iniuriā, post eum qui ulci scitur, nanc̄p tertia fieri oportet iniuriā: quonam modo ēm iniuriā patietur, qui ultro non laceſſitus iam intulerit? quid igitur melius, quām omnino à prima conuiescere? Illud etiam intelligere conuenit, quōd ut Plato dicebat, tantum differt sapiens à uulgari homine, quantum uulgaris homo à puero. Solent autem pueri omnem, quantum licet iniuriā, vindicare, etiā non ultro illatas: uelut etiam beluae, quarum si pedes, uel caudam iniuitus presseris, illlico mordent: illud non quærentes, an uolens intuleris iniuriā. at homines non sīc, sed uoluntarias tantum, & sponte illatas ulcisci consueuerunt. Si igitur sapiehs solum casu illatas vindicare negligat, in quo erit hic præstans uulgori homine, & ab omni philosophia remoto? Quanto sanctius igitur erit illud seruante diuinum præceptum, Mihi uin dictam & ego retribuam? Sic autem egisse sapientes, quis dubitat: inter quos Socrates cum quidam eum calce percussisset, hortantibus amicis, ut eum in iudiciū uocaret, respondit: quid si me asinus calce percusserit, quām ridiculus ero, si eum in iudicium uocem? cum uero Xantippe uxor irata pallium detraxisset, hortantibus amicis ut manibus se ulciseretur, respondit Socrates: ut uobis hoc spectaculum ædam, atq; ut dicatis eia Xantippe, eia Socrates. Diogenes autem colapho accepto nil aliud dixit, q; nesciebam quando mihi cum galea ē domo sit perdeundū. quin etiā Crates pugno percussus à Nicodromo Citharoedo, nomē percussoris super plagā posuit: sīcq; per urbē ibat, illud ostendēs maius esse, longe dedecus immerito iniuriā

Dd 2 info

inferentis quam eius qui recipit: ille enim paruum & sceleratius eo facinore planè se confitetur: illum nullius omnino culpæ coarguit. At leges omnes ultrices inferentium iniurias, quanquam & potentibus constitutæ sunt, nullæ plectentes eum qui iniuriā passus sit. Antisthenè cum diceretur, Platonē ei maledicere, quod probatum succurrerit responsum, hoc regium est inquiens, cum benefeceris male audire. At Plato cūdam dicenti, Xenocrate eum uerbis infectari, primo negauit id uerum credere: cum ille instaret, iuraretque, respondit Plato, se non existimare illum hæc dicturum, nisi expediret. quid tranquillus, aut sapientius dici potest? Sit uero propositum, te nec sapientē esse, nec Christianum, quandoquidem ueritas consulat, ut percutiēti dextrā maxillam, sinistram etiam offeras. Paulus uero dicat, quod si benefeceris malefacenti tibi, carbones super illius caput convergis. nec enim maius est scelus ingratitudine, nec crudelius facinus, quam innocentem opprimere: quorum utrumque facit, qui in benefactorē suā iniuriā intulerit. Legem naturæ nunc tantū imitemur, illudque videamus, quādo ulciscēda est iniuria, an cum tuto potes, an cū non potes: equidē quid aliud hoc stultius excogitari queat, quam cum non tuto possis ulcisci, tunc uelle? Sic enim Pausanias Philippum ultus est: sed poenas dedit in cruce: sic Andreas Lampugnanus Galeazium Sfortiā ultus: Sed sibi, & filio, & fratri, mortem peperit: patriæ etiam incommoda plurima. At uero quot fuerunt, quibus ante ultionem, pro iniuria mors, & cruciatus successerunt? uelut his qui Phalarim occidere destinauerant, Pisonique ac complicibus coniurationis, in Neronem, exemplorum multitudo facit, ut non referam. Periculosam igitur uindictam quis etiā mentis inops, laudet? quae uel patrata tibi sit deterior, quam illi, & non peracta nihilominus te tuosque perdat. Reliquum est igitur, ut cum possis tuto tunc ulciscaris. at uero id nullo modo tunc faciēdū, quis dubitat, primo quod hinc est iucunditas ultiōnis, illinc magnitudo animi, generosumque facinus ostenditur; atque ut Poeta dicit,

Par-

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Ideo Ariston mihi iure laudandus uidetur. nam cum Cleomenes dixisset, amicis benefaciēdum esse, inimicis autem male: suscepit Ariston uerbum, dicens: amicis equidem benefaciēdum: uerum inimicos esse reconciliandos. maius est utiqz præmīum gloriæ, cum ignoueris inimicis, quos perdere potueris; quam uoluptas uindictæ. homo qui benefacit, his etiam qui eum persequuntur, similis est Deo: namqz & ipse tot maledicentes, impios, sacrilegos alit, fouet, tuetur: ut non obscurum sit, nihil proximus Deo accedere, etiam præter legis nostræ instituptionem, quam obliuionem uindictæ. At uero quam generosi animi sit, poluisse ulcisci, restantur antiqua exempla: inter quæ diuinam illam laudem C. Iulius Cæsar, tam sibi ascripsit: ut à nemine uinci patiatur; is enim cum Pompeium superasset, ius sit parci omnibus ciuibus, qui extra aciem essent: M. Marcello hosti acerrimo indulxit: Petreium ducem aduersæ partis, atqz Afranium, ac Varronem, in deditioñem acceptos, tum Corfinium, L. Lentulum, L. Domitium, captos dimisit: filio Catonis singularis inimici ignouit: Sextum Pompeiū filiū Magni Pompejū, natu minorē persequi destitit: in morte patris illius, quæ regnum Cæsaris firmabat illachrymauit. Q. Ligarium multorum criminum reum, & hostem, supplicantibus fratrib. absoluít: Ciceroni omnibusqz aduersæ partis principibus, qui in acie Pharsalica fuerant, liberaliter pepercit: statuas Pompejū erexit: deniqz tam egregia clementiæ monumenta prodidit: ut Cicero & ante Cæsaris uictoriā, & post illius necem non semel fassus sit, causam deteriorem Cæsarem humanitate sua meliorem effecisse: iustiusqz damnatus est Pompeius patriæ defensor, ob crudelitatem in hostes, quā Cæsar euersor ob clementiam, hunc nepos Octauius aliquando etiam imitatus est: cum enim Lüvium Historicum plus æquo Pompeianis fauisse partibus accepisset, satis duxit, pro ea iniuria Pompeianum eum appellare: cunctqz Asinum Pollionē libris æditis commendat.

Dd 3 mendas.

mendasse Cassium, ac Brutum, tum Afranium ac Scipionem in tellexisset: quodq; Timaginem historicum, qui Octauij Liuia ac etiam filię existimationem uiolauerat, domo receperisset, non aliter ultus est, q; his uerbis: fruere mi Pollio fruere. At quam pulchre Hadrianus Cæsar iniuriaz & potentiaz moderationem expressit: cum enim Imperator factus inimicū in priuata uita obuiū habuisset, dixit euasisti: illud ostendens iam prius defuisse potestatem, atq; ideo metu eum noluisse liberare: cum primū potestas ultiōnis adesset, non solum uindictā nolle, sed etiā eum à metu liberare, quod iam reconciliatio timori impurari nequiret. Est etiam considerandum nihil magis ad augendam potentiam facere, quam uindictæ obliuionem: quamobrē Perlecrus Lacedæmonius, cum apud eum frater quereretur, quod nō à ciuibus ut ipse colebatur, respondit hoc esse, quia iniurias pati nesciret. Illud igitur maxime obseruandum est, quod quis cunq; uiri magnam potentiam, aut auctoritatem desiderauerunt, ultiōnem semper contempserit: quod inteligerent iniuria rum uindictam Praxitelis fabulae esse perfidilem, serunt enim eum speculum inuenisse, cum uero aliquando fratus in eum inspiceret, uidisse imaginem ut par erat, etiam tristem: inde turbatus minari coepit, at illa rursus minas reddebat, quid plura? speculum frangit, cadunt frusta illius: ex unoq; eorū effigies una minitans referebatur; sic Praxiteles dum unam incosulto hostilem imaginem euertere studet, plurimas suscitavit. Idem in ultiōne, si unum occidas, amicos illius, affinesq; hostes efficis: atq; pro uno plures, ac meliore causa: nomen etiam prurientq; populare inuidiosum facis, malum te hominem ostendis, deniq; assuescens ultiōni, nil aliud cogitas. At ubi intenderis ingenium, ualeat: id uero sic esse non solum ratio, sed experientia, & exempla docent: atq; in primis Alexander ille, in cuius cubiculo fortuna quoad uixit latuit: cū Athenienses cæterosq; Græciae populos non ignoraret, quam hostili erga eum animo essent, ut etiā triginta millia Græcorū cum Dario militarent,

uindica

et indicare tamen neglexit:qua animi magnitudine deuicto Da-
rio,quos hostes expertus erat,supplices habuit:at si contra ul-
cisci conatus,singulas urbes Græciæ oppugnasset,totam illam
egregiam iumentutem,in qua etiam Indiam usq; penetravit,
depopulando Peloponesso consumpsisset:ut ex Magno Ale-
xandro,ignotus regulus euaderet.nec Thebas ad iniuriæ uin-
dicta sed ad terrorem inconstantium Græcorū euerit.at contra
Pyrrhus,dum iniurias persequitur,alioquin dux inclitus,ne-
gocia omnia infecta reliquit:miserabiliter moriens.Iulius Cæ-
sar cū in priuata uita à Caio Caluo famolis ac contumeliosis
carminibus esset laceratus,tum etiam à Catullo,agentibus de
recōciliatione amicis,Caluo prior scripsit,Catullum coenæ ad
adhibuit,quisnam maior rogo hostis,¶ uxoris moechus Clo-
dius:quem tamē deprehensum damnari nō curauit,etiam periu-
rio illum turatus.At contra Marius dum hostium sanguinē si-
tit,dum se totum uictioni tradit,in felici fine cōsumptus est:sicq;
ac suos omnes perdidit.Quid Fabij Maximi facto generosius,
cum ei Minutius magister equitum,aduersus omnes leges &
populo æquaretur in imperio,multa contra Fabij fidē,ac pru-
dentiam eo etiam iactante:ubi tamen temere Minutius Han-
nibali occurrit,oblitus iniuriæ Fabius,illum cum exercitu
liberauit,unoq; facto fidem suam ac peritiam testatus est:&
quam indigne populus Minutiūm ei æquasset,remq; publicā
defendit,Minutiūm supplicem ante genua habuit,& Imperiū
cum auctoritate recepit.hæc sunt offensas obliuiscientium præ-
mia.at contra Cicerο,dum Clodium uerbis uxoris,hostem fa-
ctum persequi pergit,ipse in exsilium actus est.cum uero An-
tonium infensum ē republiça ejcere studet,semet cum omnib.
suis,tum omnes bonos,ac patrīam sūræ fidei commissam,fundi-
tus sic euerit,ut nunquā aliās recuperari potuerit.Nonne & il-
lud memoria dignum est,quod brutorum iniurias spernimus,
hominum ulciscimur? sic etiam temporum damna æquo ani-
mo toleramus,hominum ferre non possumus:at in uno de-
est am-

est ambitio, in altero facultas uindictæ: fateor inquam, sed etiā
in hominis iniuria, illud considerandum est: quod homo est,
ac natura, uelis nolis' ue tibi coniunctus, plerunq; etiam à te &
si non intelligas irritatus. Deniq; quid té in iniuria urget: offen-
sa ne an iactura: si iactura, illa ultione nō redimitur: si offensa,
iam te doles probum esse, ac uideri. siquidem malorum pro-
prium est, inferre damna, at bonorum pedissequa iniuria est.
Illud igitur cum quis aut calumniatur, aut contemnit, aut per-
cutit, aut uulnerat, te cogitare decet, an primo uolens feces-
rit; nam non uoluntaria offensio, damnum afferre potest, iniur-
iam afferre non potest: laudaturq; Croesus quod Adrasto pe-
percerit, cum filium eius occidisset. constabat enim aprum
non filium Adraustum telo petuisse: sic Augustus cum à Diome
de dispensatore apro expositus esset, satis habuit timidum illum
appellare, quod satis constaret fraudem abesse. At si uolens os-
fendit, illud cogita, an causam dederis, nam nō iniuriā dices,
sed emeritam poenam, at fac insonti illatam iacturam, cogita
an tu si licuisset idem facturus es. nam non iniuria hęc est, sed
pugna, est autem omnis pugnæ finis, inter duos, cum alter sus-
cubuerit: quapropter puer Lacon cum ab altero uulneratus
esset ad mortem, solantibus socijs spondentibusq; quamprimū
illis occurreret, is qui eum percusserat, illū occisiuros: at inquit
ille, nequaquam, non enim merito, cum id ego facturus fuissim
illi, quod nunc ab eo patior, si mihi uincere licuisset. at non sit
mens mala, absit odium, absit omnis causa, uidę qualis sit uir,
qualiscq; offensa: nam uel adeo tenuis esse potest, ut per se sit ne-
gligenda, aut uir ille uilis, aut mentis non satis compos, ut &
turpe, & impium sit in hos animaduertere. sed age nullum ho-
rum occurrat, nonne primum illud intelligis, bonoru hoc esse
uerum argumentum, quod iniuriā & quo animo ferunt, non
ob timorem, sed ob fortitudinem: sic Phocion cum damnatus
esset ab Atheniensibus ad mortem, querētibus amicis, an quic
quā ueller filio renūciari, respondit, dicate ut huius iniurię haud
uelit

uelit reminisci. Aristides quoq; in exsilio iniusto existens , ro-
gabat Deos, ut Athenienses tam prospera fortuna iterentur,
ut Aristidis memoria illis nulla esset. Post etiam illud contem-
plare, quod iniuriarum tria sunt remedia, ultio, obliuio, & con-
temptus : horum quis iure ambigere potest, præstantius esse,
contemptum atq; securius? nam contemptus, neq; ut obliuio,
propter animi secum coniunctam magnitudinem turpis est,
nec obnoxius reparandæ denuo iniuriæ : ultiō uero super-
rat, quod & securiorem habet exitum , & pœnitentiam nunq;
adducit , & quod interim hominem desiderium non torquet :
sed quam simillimus diuis efficitur. sunt enim illi beatissimi, ex
hoc maxime, quod mortalium contemnunt iniurias : tales eos
deceresse, imo necesse est , qui fœlices esse uelint : nam cū nul-
lus homo iniuria carere possit: uerum quanto potentior, tanto
& pluribus , & maledictis & improbis etiam factis expetitur,
neq; ulli mortalium cunctos fas est ulcisci. Namq; quibus plu-
res fuere calumniatores, quam regibus & imperatoribus ? quo-
rum potentia erat maxima , non naturæ, non Deo defuit . hic
autem potens, non uindicat. Homo igitur ursi moræ apes per-
sequentis, ac insanientis, de iniurijs ultiō experat: absit: nam
et si omnes sui temporis iniurias liceret uindicare , quid post mor-
tem faciet: nunquid & de illis erit sollicitus? at par est ratio, siue
post mortem, seu uiuens, iniurijs, aut famosis laceretur libellis.
Qui igitur cōtempisse in uita has uisus est, eodem etiā auxi-
lio post mortem securus est. At in uindicta non licet: nihil itaq;
melius quam ingenti animo , uelut si supra altissimam turrem
consistens, lapidibus ab imo expetaris , omnis expers periculi,
non solum spernere, sed irridere illorum conatus irritos. Ultio
nis autem uoluptas, ut Satyricus optime ait, fœminis propria
est: ut uiris contemptus iniuriæ. Neq; enim (ut fœminæ) ea a-
nimæ magnitudo contingere non potest, ut offensas spernat: sic
& uiro (ut uir est) ut uelit ulcisci . Vide ergo cui nam te magis
similem esse uelis . Verum dices, aliqui inquam egregij uiri, in-
Ee iuriæ.

āurias ultī sunt. nam & Cæsar Faustum Syllam , & Afraniū iussit interfici: & Antonius Ciceronem; & Alexander Calisthe nem etiam acerbius ultus est, circumducens eum exoculatum, atq; in cauea cum cane conclusum . sed eia homo bone, nulla harum ultiō fuit: quanquā de Antonio dicatur, q̄tqd uir fuerit fœmina mollior, atq; animi corrupti, in reliquis non debemus esse solliciti: nempe & parem moribus finem est consecutus : at quantum ad hos pertinet, nihil minus quam vindictam in causa fuisse credendum est: sed securitatis potius studium quo in casu etiam à lege nostra permittitur . Namq; Afranius iam semel dimissus necq; fidē, neq; quietem seruaturus videbatur: legi; obnoxius erat Faustus Sylla , populo Romano ob patris crudelitatem odiosus : & simul Pompej necessarius: quieturus haud credi poterat: etiā si ei Cæsar pepercisset: namq; si patris odio necare uoluit, maius hoc in Catone fuerat, quem constat postq; Cæsar Germanos uicerat, suasisse Senatui, ut quoniam aduersus foedera pugnasisset, illum hostib; traderent . At Sylla cum potuisset occidere, noluit . sic & Alexander Calisthenem eius imperium inter barbaros infirmantem, non ob iniuriam, sed utilitatē damnauerat: parum enim absuit, ne simil ob eius uerba Persæ ab eo desciscerent: & Macedones in contemptū haberent. Antonius sciebat Ciceronē si euassisset, nunquam quietum: quod iam cum semel dimisisset, odio tamen irreconciliabili eum persequeretur: etenim si mors Ciceronis ad vindictam procurata est, uiuus capi potuit: aut crudeliter occidi. Iam uero & illud nobis occurrit, quod plerunq; iniuria hominibus conduxerint, atq; ut Ouidius dicit,

Vtilis interdum est, ipsis iniuria passis.

Plerunq; enim quem non amamus, aut commiseratione tuerimur, aut odio illius qui iniuriam infert, aut quoniam credimus potius atrocitate inimici, lq; proprio scelere condemnari. atq; eo modo plures euassissem pericula compertū est: inter quos Valerius Maximus narrat, Gabiniū ex cōtumelia Sisennæ & Q.

Fla-

Flauium ex iniuria C. Valerij, Cottam uero sola iniuria & suspi-
 cione fuisse liberatos: quibus absq; iniuria, absolutionis nulla
 amplius spes supererat. Accedit quod tam frequens est huc co-
 tumeliae causa, ut totis diebus nil aliud meditari oporteat. tul-
 gus carpit eruditos: at hi contra paruifacient imperitos & im-
 probos damnant iusti: bonos irrident scelesti, potentes poten-
 tibus, ac regibus sunt obnoxij, hos contra lacescunt domestici,
 probris, maledictis, furtis, dilapidationibus, mala fide. An uer-
 o decet perpetuo his discruciaru homines: an potius animo for-
 ti negligere? laudat, L. Murena, quod ambitus a Catone pau-
 loante accusatus, Catonem ne occideretur in seditione, toga
 protexerit, quanquam nec ipse existes absq; periculo, & Publius
 Pulcher, quod damnatus a tribus Lentulis fratribus deinceps, u-
 nū ex his ambitus postulatum, patrocinio defenderit, at Mar-
 cellus a Siculis grauiter accusatus, ac absolutus, nō tantū igno-
 uit, sed & eos in clientelam accepit, sic Menedemus Alexinū
 fouit beneficijs, a quo multis erat iniurijs lacesitus. Quām be-
 ne dixit Beatus Gregorius. qui malos non fert, ipse sibi per im-
 patientiam testis est, quod bonus non est. Rex Archelaus cum
 aliquando eum quispiam aqua respersisset, suadentibus amicis
 ut ulcisceretur, respondit: non me quidem respurgere uoluit,
 sed alium: sic & illū a periculo, & se ab amicorū importunitate
 liberauit. Memoria cōmendatū uidimus ingens exemplum,
 ferendarū iniuriarum in seruo Antij Restionis, qui per suspi-
 cionem a domino in carceribus uexatus, & stigmatibus etiam
 inustus, cum in triumurali proscriptione dominum sequeret,
 seruauit magno periculo, quem cum præmio ulcisci poterat.
 Nec sola hæc priuatorum sapientia extitit, sed ciuitatum: nam
 & Dionysius iunior, & Corinthi dum ludum aperuisset, & an-
 tequam in exilium iret, a Syracusanis occidi potuit, cum illos
 crudeliter uexasset, neglexerunt tamen . & Romani Syllam in
 priuata uita, cum dictaturam sponte depoluisset, quanquam
 nem o ante acerbius plebem offenderit, illæsum esse uoluerunt,

E 2 Arbi-

Arbitrantes uindictam , dum potentia utitur, fortium esse uis
rorum, tanquam rem arduam , in iam profligatos uero, aut il-
los qui uel sponte, uel legibus, & magistratu se abdicarunt , hu-
manitate & clementia uti, opus diuinum fore . Ideoq; nullum
est hominibus maius ad felicitatem argumentū, nulla ad glo-
riam uia paratior, nihil ad uitæ tranquillitatem opportunius,
quam iniuriarū contemptus . Vide canes, qui cum inutiles ho-
minibus sint, maiore tamē charitate fouetur, quam uel boves,
aut equi : quoniam à dominis iniurias omnes æquo animo pa-
tiuntur: percussi blandiuntur, eieci reuertuntur, obiurgati ar-
tident. quid plura? feris omnibus deterior est , qui contumeliam
non potest contemnere. nullum enim brutum animal, memor
est offendæ: Quare homo non est prudentiæ particeps , Deo
non carus, non diu fœlix, qui uindex est. Paululū uero si te con-
tinueris, uidebis iniuriam tuam, modo à natura ipsa, modo ca-
su, aut ab alijs hominibus reposci, uindicariq; & quem inge-
ni negocio, maioriq; periculo perditū cupiebas , absq; labore,
abscq; scelere tuo, miserum, aut extinctum miraberis. malorum
enim & iniuste bonos uexantium , perbreuis semper uita fuit:
aut non diuturna felicitas. Si igitur sumpta uindicta nemo ab
iniuria miser est, præstat autem omnibus , uel si potuerint, uel
si non possint, non ulcisci quam ulcisci, manifestum est, nullum
ex iniuria ante ultiōrem , miserum esse posse. Est etiam genus
offendæ nostris temporibus existimatione maximū , cum uxor
est impudica; de quo ut in turpi causa auribus bonorum par-
cendum est, illud tantū admonentes , Pompeium Metiam, C.
Cæsarem Pompeiam ob adulterium repudiasse . qui uero Ro-
mani aut auctoritate, uel gestis, aut prudentia æquari his pote-
runt: quorum tamen thorū , uel importunitas adulteri, uel mu-
liebris lascivia fœdauit. Septimius Seuerus, & Antoninus Phi-
losophus, moechas coniuges habuere, his tamē necq; feliciores,
neq; præstantiores , nec reipub. meliores facile inuenies . cum
itaq; hortaretur Antoninum amici, ut dimitteret eam, respon-
dit

dit, licet equidem, modo reddamus & dotem: erat autem dos ipsa Romanum imperium, quod Faustina P̄j Antonini imperatoris filia fuisset. Nec igitur Antonino quod non repudiae-
rit sciens, nec Seuero Septimio quod nesciuerit, criminī aut da-
tum est, aut uirtutē eorum obstitit, uel felicitati. Nec solū tam
claris uiris alienum scelus maculam inurere nequiuīt, uerum &
priuati eam ignominiam, ad se non pertinere putauerunt. In-
de Spartanus uir, cum adulterum cum uxore admodum defor-
mi deprehendisset, dixit, in foelix quae te necessitas ad hoc impu-
lit. Nimiris crudele est, si quod nulla sapientia tueri potest, stulti-
tię tribuatur, aut si alieno criminē uirtus immaculata, possit fö-
dari. sed tamen tribuunt, foedatamq; putant temporum no-
strorum homines. Non sic Salethus, is Crotone princeps, legē
tulit etiam Iulia saeuiores: ut moechi uiui cremarentur. nihil
maiis hoc criminē existimans. Verum cū fratri uxorem ipse
polluisset, deprehensus, orationem tam luculentam habuit, ut
ciues remittere poenam uellent, ac exilio solum eum damnare.
At ille culpæ intelligens magnitudinem, in ignem sponte insi-
lēt, crematusq; sic est. Perorauerat apte, non ut absolueretur:
quid enim stultius, cum sponte perierit iam absolutus: sed ut do-
ceret nullam esse posse causam, qua quis absolutione dignus ul-
deri beat. Itaque id non coniugis, sed ætatis nostræ uitium est.
In qua mulierotū existentes, flagitiū in homines perfidię in Deū
poenas merito luunt: nec cessabit hæc pestis, donec uelut Poli-
pus membra sua exedat, inde Mahumetanis uiires additę, in im-
mensum nobis opprobrio cessit. Sed de iniuria satis nunc, de
reliquis dicamus calamitatibus, inter quas carcer primo no-
bis occurrit.

Hic sordes, tenebras, solitudinem, catenas, miseriā deniq;
Omnum, secum ferre uidetur: cogit hic Boetium exclamare,
Ecce mihi laceræ dictant scribenda camœnae,
Et ueris elegi, fletibus ora rigant.
Sed ò generose, quid est hæc uita, nisi carcer animi: deterior
Ee 3 longe

longe quam corporis? atq; utinam quies hec grata mihi succederet, quam omnes uiri incliti optauere, inter quos Demosthenes ille orator eximius, dimidium barbae sibi detondebatur, ut congeretur domo non exire. Vbi enim uerior contemplatio quam in solitudine? ubi studiū solidius quam in quiete? neq; enim ille Boetius quicq; elegantius scripsit, quā quod in uinculis excogitauit, nonne & Aesopus diu latuit in sepulchro? & Democritus in arcis mortuorum sponte habitauit, scribentes interim, et tanto lucidius animo perspicientes, quanto obscurius oculis. Resert Plato Anaxagoram dum in custodia haberetur, librū de Circuli quadratura scripsisse. Quid acerbius Socratis carcer? cuius finis mors certa erat, tempus uero dīuturnum, atq; indefinitum; ille tamen suauiter dormiebat, philosophabat, scripsitq; carmina: ut longe maius lumē Socrates carceribus attulerit, quam cancer Socrati tenebras. Paulus ille gētium doctor, magnam epistolarū partem ex uinculis traxit: ut ad Ephesios, & ad Timotheum secundam, & ad Philemonem.

Simili ratione seruitus toleranda aequo animo est, in qua natura nihil dominis liberalius induxit: nec enim ingenui uernaculis, aut fortiores sunt, aut formosiores, aut incolumiores, atq; (ut uno uerbo dicam) nihil aut corpore, aut mente differt seruus a libero: at uero tranquillitate plurimum distant, cum seruus unum habeat quod obseruet, Domini scilicet mandatum, præter id alimenta, uestes, cæteraq; necessaria parata habet: at dominus non solum de se ipso, sed de alijs etiam cogitur esse sollicitus. omnis iactura domini periculo, non serui fieri: ut si homines se in seruitutem tradere hodie uelint, (cum lege nostra seruitus exoluerit) plures inuenire possis qui se tradant ultiro in eam, quam qui recipiant. Omnes si recte animaduertimus, durioribus dominis seruimus, cum liberos nos esse credamus, Principi equidē Deo, totq; naturæ necessitatibus, legibus, uoluptatibus, communia hec cum seruis sunt, & alimenta tamen, aut uestes, aut domum, minime nobis, ut seruis domini. tradūt.

Quid.

Quid igitur mirum est, multos seruos noluisse liberari: uelut Melissus Spoletinus Grammaticus: pulchrū enim est aliena uitare quadra, atq; utinā tam honestum. Asseclas Principū, an aliud esse putas, quād seruos quos ambitio decepit? cæterū & periculosores, & infeliciores. uerum nec ad gloriam cuiquā fraudi seruitus fuit: nam & Plato & Xenocrates Chalcedonius & Diogenes, Phædrusq; & Epictetus, Aesopusq; fabularū cōditor, scrutitatem seruierunt: inclyticq; Grammatici cōplures: Scribonius, Aphrodīsus, & Taberius Crotus, ac Antonius Gniphō, tum Plotius in scēna clarus, & Manlius in Astronomia poeta insignis. Quid uero de opibus dicā? an ego illa deuino monstra Romanarū luxuriarē referam, Drusilānum, Menesratē, atq; alios, ut nec seruituti regia maiestas defuerit? celebratur inquam Seruilius Tullius, ex Romanis regib; uetus, unus: talis fuit & aliquando Oedipus, nostris temporib; Syriae, & Palestinæ reges omnes, ex hoc genere creabantur: sed factant diuitiæ, potentiaq; illa immensa: uulgata sequamur exempla: quantum eidem plurimis conduxit seruitus, boniq; heri patrocínio, nihil fuit melius. ut autem bonus sit, maxima pars in seruī ingenio posita est: inde plurimis non solum libertas contigit, sed hæredes etiam dominorū fieri meruerunt: nec nunc frequentiora uestigia sepulchrorum antiquorū, quā quæ uel pietatem libertorum in dominos, aut dominorū testem̄ charitatem in libertos: ut hæc uxorum, parentum, fratrum, ac filiorum, exemplis sint numerosiora.

Eadem ratione si inglorius uixeris, consolaberis te ipsum: multo enim melior cum seruo sis, eam conditionem patienter ferre recusabis, in quam ut Plato ait, Vlysses uitæ præteritæ pertulit, sponte se transtulit: nulla enim felicitas homini maior contingere potest, quā ut gloriam nec querat nec habeat. altero em in summa tranquilitate animi, altero in maxima securitate uiuit. Quid em est humana gloria: aliud quā dulce uenit hominibus, & speciosus sumus, in quē cū ingrederis obca-
ris

ris, & suffocaris: cætera quæ desiderantur, aliquid habent utilitatis secum: hæc sola plurimum uanitatis, laboris, periculi, anxietatis, paricq; onere premimur retinendo, & acquirendo: amici opes: potentia ornamenti plurimum, inuidia parum trubunt: sola gloria inuidiam uelut umbram splendor comitem inuiduum habet, ea sola momento perit. & uita reliqua difficiens, quam multi generosa facta in alios transtulerunt, è quisbus Socrates, cum uictor esset in prælio, opera sua laudem & dona tribuit Alcibiadi. Sed quis in hoc Platonē poterit superare, qui uniuersa quæ nouierat, his à quibus didicerat tribuit: hinc Socrates & Timeus & Parmenides disputantes, docentesq; introducuntur, nulla est hercle maior gloria, quam gloria contemptus: gloria cares, si ambitione cares. cur quereris, cum non habeas quod non optes: si ambitiosus es, te ipsum accusas: non esset ambitio uicum, si gloria iuste desiderari mereretur. Non possum narrare exempla eorum, qui cum uirtutem coluerint, laudem contempserunt: agnisci enim noluerunt: uerum tamen, eos solum etiam hodie bonos, ac beatos dicere licet: qui secundum uirtutem uiuentes, latent. Quid enim aliud ambitius sibi parit, quam ut omnia eius probra cunctis pateant: nemo enim est, ciuius si uitam diligenter inspexeris, plura non inuenias, uituperatione quam laude digna: huic periculo non a liter tutius occurritur, quam si maxime latueris.

Offert se pari utilitate imperitia, quam tamen plurimi iniuste deplorant: qui enim scientiam addit, addit & labore ut Propheta dicit, misso uero quod Paulus prædicat, hanc nostram scientiam, Deo esse inimicam. solum utilitas vulgaris consideratur, anima periclitatur, corpus atteritur, filii facultatesq; negliguntur, inuidia conflatur, uita minuitur, ob hanc insanam cupiditatem, non sciendi, sed scire nos simulandi, nam ne tu sapientior Socrate aut Platone, uel Aristotele: Socrates glorias tur quod nihil sciat, Plato dubitat de plerisq; : Aristoteles tam obscure loquitur, ut non scire dicas, sed ut non ignorasse possis arguere

arguere: multis uero quanta iactura stetit opinio eruditiois: atq; sanè mihi ex mediocritate ingenij, quam magno detimento fuit, totiens ob id pulsatus, electus, iactatusq; atq; utinam uel talis fuisset, quem putauerunt, aut qualis eram, talem me illi existimassent. inde tot conspirationes, totq; indignæ illorum uoces, quas ego semper contempsi: ratus hoc solo hominem homini praestare, quod bonus sit. Quemadmodum & in cæteris omnibus rebus uidemus: & Alexandro Achillino, Tiberio Bononiensi, Petro Leoni, Marco Antonio Veronensi, opinio hæc, non sine contumelia, & iactantia, magna mala peperit. Nam Achillinus ueneno extinctus est: Petrus Leo in puteum precipitatus: Marcus Antonius & Tiberius breuis uitæ, occasionē sibi paraverunt: sic inanis hec sapientia, multis pensanda est incommodis. Quanto melius his fuisset, uel artem, uel negotiū exercuisse! Quem mihi doctū uirum obiçies, atq; fortunatū, immo quem doctrina illa sua non pessum dederit? Socrates occisus, Anaxagoras in uinculis habitus, Plato uenditus, & capiti periculo expositus, Xenocrates similiter: Aristoteles pulsus, fugatus, in exilio mortem, aut uoluntariam, aut non inuitus subiit. Demetrius Phalereus exul, & damnatus est. Demosthenes uoluntarium bibit uenenum. Eschines exul, Solonisq; Lycugo eritus oculus, exilium, tot uite pericula. Ioannes Scotus a suis filiis confosilius, Cicero foede occisus, Varro proscriptus, nullus non vexatus deniq; fuit, aut omnino cōtemptus. Queritur & iuste iniuriam Budeus uir nostre ætatis insignis. Quot & quantas persecutiones Erasmus passus est: fuerunt ne prophetæ, aut sapientes legis Mosaicæ feliciores: absit, res est eruditio, quam qui non habet, non optet: qui habet, emptam gentem credat, quæ magno precio parta est, maiore sollicitudine & periculo sit seruanda. Sed iam de his rebus nimis: nanci pauci admodum, ac penè nulli de imperitia conqueruntur, cum se ipsos libenter fallant.

Cruciatus ipse est, qui quasi merito intollerabilis uideatur esse.

Ff est

est autem hic triplex, ex morbo, & à iudicio; Si immeritus, ueni quisquis ille sit, aut magius esse non potest, aut nō diuturnus, raroq; immeritus probis uiris incidit, at si incidat ferēdus est, persimilis est enim illi qui sponte ex morbo, aut casu contingit: in qua animi uirtute nonne pudet iure à foeminis superari? quācum in pariendis filijs uehementissimum dolorē ferant, totiens tamen hominibus congreguntur, nec abortire propter id au- piunt, cum iam conceperint: quinimo etiam steriles nihil aliud magis optant, quālū filios procreare: est autem maximus ille dolor, quem in partu fert mulier, & uitæ periculo propinquissimus, cum non paucē illarum ex eo moriantur, nam certe qui eculei, quārē rotæ, qui tortores, cruciatus colī, dentium, auris, uentriculi, uesicæ, uteri, superare possunt: cum ex his doloribus frequentissime conuellantur, parum mitiores sunt, chiragra, podagra, ischiaq; at quales hi sunt, tamen quorum gratia patiētes, nec à delitib; nec à uenere uolunt abstinere, etiam sakinis certa spē propolira, nullus est dolor tam acris, quem animi cōstantia non supereret. Posidoniū philosophus, cīm eum Pompeius articulāri morbo laborantem uisitasset, aduersus impotitos dolores dicebat, urgeant quantum uelint, non tamen dolore malū esse fatebor: neq; enī malū est, quod extra nos est, dolor autem corporis, si animum non uincat, noster esse non potest. Quām pulchre id expressit seruus, qui Asdrubalē occiderat, quōd is dominum suum interfecisset, neq; enī ullis tormentis adigi potuit, ut uultu lētitiam quam animo ex vindicta heri conceperat, non exprimeret. Memini Antonium Cribellum publico iudicio lacerandum, dum nudaretur, alacri uoce testatum, se nullis cruciatibus impelli potuisse, ut consciens patefaceret, unaq; uoce facinoris complices, & habuisse, & oculi luisse se ostendit. Quid igitur mirū, si tam constater Pompeius coram Gentio Rege, digitū lucernæ admouit, ut intelligeret Rex, per uim à legatis spem nullam esse extorquendi secreta? Tam patienter & deeuola file ante Porsemā manū combusit,

neq;

neq; in hac gloria mulieres fraudandæ: matrē Hircani Iudæ, cum à Ptolemao genero discruciaretur, filium hortabatur, ne obsidionem dimitteret; sed potius patrem, quem ille occiderat, ulcisceretur. Epicharis liberta, generosior multis uiris, nullo cruciatu ad confessionem sceleris, aut conciorum potuit cogi. Quintilia etiā minima, cum coniurationis in Caliculam argueret, torqueretur q; pertinaci proposito meruit liberati, ac pro insonte habita. præmia quoq; tanquam innocens uexata, accepit. Quid de Barbara, Agatha, Christina, cæterisq; uirginibus dicā: quarū numerus est omni fide maior, cōstantia uero admirabilis, ut non tam tulisse, quam optasse tormenta uiderentur. Sed hæc nostræ legis munera sunt, ad naturæ autem rationem iterū revertantur: nulla est quiete tam grata, q; quæ dolorē consequitur: nulla est mors tam lenis, quā quæ fit à diris cruciatis. Omnium igitur tormentorū finis, seu ad salutem, seu ad mortem, placidus est: illud etiam considerare expedīt, omnes qui ferunt graues poenas, si animum existimant immortalem, hoc illo tam bene consolari debere, ut nil requirat amplius: his autem qui à morte nihil esse putat, mors ipsa dolorum finis certus est. quod si cruciatus hic tibi meritus, merito etiam si nulla esset solati⁹ alia ratio, ferendus bono animo est: quod poenā exsoluis, mentemq; debito supplicio liberas; neq; enim & corporis & animæ simul, & animæ rufus solius pena luenda est.

Eadem sed facilior in morbis ratio militat, quæ in cruciatu. quid enim in morbo intolerabile est, si absit dolor? cum uero uix sentiatur quā plurima bona parit. eo discimus nos esse mortales, admonemur fragilis nostræ cōditionis, naturæ haud stabilis, quodq; alienæ subiçimur potestati: inde nos subit cogitatio recta, docens mentem alio collocandam; quod tibi displiceret, alteri non esse faciendum. inde continentiores, temperatrices euadimus: pluribus etiam morbus uitam protulit, famam emendauit, uirtutem auxit. si morbi non essent, homo saevis Tigride, truculētior Lexna fieret; existimat Macrobius, morbos

his maxime accedere, non quos odit Deus, sed quos diligit. Se neca uero putat, eum uere esse in foelicem, cui nihil unquam contingit aduersus: eorum solum existimandum miserum, quod nimis foelix sit. Dicebat autem Paulus, quem diligit Deus, castigat. effrenis est humana natura, & nisi morbis (ut triticu) subi geretur, sepius ad feriorum mores facile declinaret. anima cum a corpore incipit separari, nobilior tunc est, quod naturae suae relinquatur: quae melius intelligit & uidet a corporis vinculis absoluta. Quo minus mirum sit, tales & imbecilli esse, & morbosam naturam, & uita breuiore: non potest asequi omnia, si felix es ingenio, necessario ualentudine infirmiores: an uelis robustius corpus, ac beluis simile ingenium: an uero potius diuinam quandam naturam, cum debili corpore: sed tamen & animalia quedam perpetuo infirma sunt, ut Leo & Capra. Vnde etiam qui capras uendunt, non quemadmodum reliqua animalia incubentes pollicentur, sed ut Varro inquit, hodie recte esse, & bene posse habere eorum recte licere. & haec animalia cum rationis expertia sint, latentur tamen: quamquam nunquam sunt sine febre, homini soli consilium ad sui perniciem datum erit. ille tamen non obliuiscendum, raro probos externis cruciatibus, temperatos uexari internis.

Sed sunt qui grauiora morbis surditatem, aut cecitatatem putent. quamquam nihil hoc ad foelicitatem tollendam pertinere uideatur. Homerus enim cæcus cum esset, omnes poetas Graecos & Latinos superauit. Timoleon Siracusas cæcus gubernabat, Appius Claudius turpem pacem cæcus diremit Romanoru cum Pyrrho: meliusque uidit, tot oculatis. Annibal quamuis captus uno oculo esset, Italiam tamen penè totā subegit, gloriaque omnes Poenos duces, Romanorumque, uno excepto Scipione superauit. Ioannes quoque Rex Bohemiæ cæcus, vir fortissimus, & consilio prudentissimus, cum inclinatam aciem suorum sensisset, in confertissimos hostes se intulit, ne qui uictor esse non potuerat, uictus fuisse diceretur. Vir quidam parvus ante nostra

stra tempora fuit, cæcus, in Musica tam insignis, ut omnes sui
seculi homines superauerit: magnoque in precio apud principes
habitus, ditatusque est. Habet & cæcus suas uoluptates, Vene-
rem, coniuicia, Musicam, eruditionem, disciplinas denique: nisi à
natiuitate talis fuerit, dimidio temporis solum cæcus est; namque
& ipse per somnum plura uidet, ut mirari contingat de Aristo,
tele, quod uirtutem illam uidendi in oculis, non in cerebro, col-
locauerit, nempe si in oculo uisus sit, exoculatus per somnum
nihil uidere poterit; ut nec is, qui omnino à natiuitate talis erat,
sed si ab initio cum natus est, cæcus fuit: non est quod doleat,
cum non cognoscat. vulgare. n. est, quæ ignoramus, nos neque
dolore, neque afficere uoluptate: multa vero cetera uideamus quæ
delectant, non pauciora sunt quæ contristant. unus autem est ue-
rus oculus, intellectus: qui ed lucidior est in cæcis, quo lux illa
animi ab externa non distrahitur. unde cæcos & memoria, &
ingenio magis pollere uideamus, atque ut Poeta de Tiresia dicit:

Obruit ora Deus, totamque in pectore lucem detulit,

Significans cæcum illum, mente fuisse oculatissimum. unde
ei prædicenda futura antiquitas gloriam tribuit, quod esset pru-
dentissimus. tales enim futura prædicunt. non inane isti Astro-
logi aut etiam illis impudentiores Sortilegi. sed ad rem redeau-
mus. Didymum philosophum cum Antonius ille sacer solares-
tur, dixit seipsum consolare, quod oculos angelis communes re-
tinuisti, muribus & lacertis similes perdidisti. Diodorus Sto-
eus Ciceroni familiaris, erat hic inquam cæcus, & philosophus,
& Musicus, & Geometra celebris fuit. Caius Drusus iuris ciuil-
lis peritissimus, cæcus uidentibus patrocinium praestabat. De-
mocritum ferunt ob ciuium odium seipsum obcepisse, unde no-
tissimi illi uersus:

Democritus Abderites, Physicus, Philosophus, elypeum con-
stituit, contra exortum Hiperionis, oculos

Effodere ut posset, splendore aereo, ita radij solis aciem effo-
dit luminis, malis bene esse ne uideret ciuiibus.

Ff ; Sole.

Solebat Asclepiades Philosophus in cæcitate ludere, dicens nihil aliud esse quam quod pueri uno faceret, ut plus indigeat: sed etiam illud magnum commodum præstat, præter reliqua cæcitas: ut mors ipsa etiam sit iucunda, cum non ob aliud mortem magis timeamus, quam quod tenebras illas tetras nobis offundat: & omnem uisum eripiat, at si cæcus sis, nullâ in morte mutationem percipies, ut etiam quod alios maxime torquet, te mori non sentias.

Forsan senectutem aliquis, tam illepidus erit ut accuset: non memor necessarium fore, ut iuuenis iam fuerit, qui nunc senex est. sed Cephalus ille Platonicus, aut Plinianus Spurinna adnotetur: ab hisq; queramus an malu senectus, quam florida ea sit ætas, si non uitietur, ostendit Iacobi Philippi Sacchi robur ac uirtus: quem olîm Principem Senatus Franciscus Sforzia Dux legit.

Itaq; cum in his omnibus, quæ dicta sunt, nihil malo sit: uidendum puto, an in communibus illis calamitatibus lugenda sit: hæc autem sunt uelut pestis, famæ, ac patriæ exēdium, quæ tamen cum communia sunt, leuius homines pati uidentur, quam si solis id contingat. At certe si mala hæc essent, grauius ferri deberent, cum difficultius possint etiendari. est igit; potius hæc iactura hominum, ex opinione quæ ex re ipsa: ac cum universalis extiterit, auream ætatem imitatur. fides enim incorruptior, humanitas freques, cōuersatio urbana, uictus frugalis, eoq; meliores hominū, & mentes & mores, quo fortuna deteri or. tunc cum pomis solis uesceris, si panē haberes beatū te dices, at antea panem, uinum, lectum, obsonia, habebas, & quereris. Inuidia igit; est, quæ nunc nos torquet, non uoluptas, luxus, non necessitas. namq; iniusto nunc desiderio teneremur, omnia omnibus temporibus æqualiter optaremus, nec tam in felici exitu indigeremus, ad cognoscendum, quam paucis uilibusq; rebus natura contenta sit. At uero tunc si in ea miseria uiuere gratum est, miseria illa esse non potest, solum enim

URE

uerē miser est, qui uitam odiſſe cogitūt. at in communib⁹ caplāmitatibus nemo uitam odit, sed tunc maxime patienter fert; neq; em̄ turpe uideri solet, quod commune est. uidetur autem omne humanum malum, præter mortem in quadam turpitudine consistere, & bonum in gloria. id autem est quoniam uerē nullum (ut ab initio dictum fuit) bonum, aut malum in humānis esse potest. Sed ad rem reuertamur, perijt patria, in eaq; amici, atq; affines, existimatio, & opes; fateor: an putas eos solum tibi propinquos qui in ea ciuitate erant? omnes ex una stirpe sumus. cum ad auos & proauos recedis longa affinitas est, amicitiam, mores, existimationē, uirtus pariet, qua si tu cares, non existimatio, sed ambitio, & dolus fuerat; in paupertate autem multos socios habes, ut pudere te propter errorem, rādere propter solitudinem non possit: uerum ut diximus mendicis succurrunt, sportæ, Xenodochia, proceres, religiosi, uiri probi: in quo euentu publica clades aufert dedecus: quod tamen muleti, ob leuem quem nos contemnimus laborem, fugientum subeunt: sed si sit animus industria, mens armata uirtute, rādo admodū ad id peruenimus; quanq; afflīcta tota ciuitate nempē Syracusas, dum diriperet Marcellus Archimedem, seruare uouit, & Megarae, cū à Ptolemaeo prius, post à Demetrio Antiochi filio captae & spoliatae essent (Stilphonē philosophū nō perdidérunt) à regibus enim seruatis, & honorifice habitus dona accepit; altero eum secū deducere tentante, altero eius etiā facto discípulo: cum uero Rhodus à Demetrio oppugnaretur, Protagoras à Rege pictor in suburbis colebatur, cum ciues in urbe iux tuti essent, habet uirtus secū comitem Nemesim, quae mendicare non sinat, à communib⁹ sc̄q; periculis eruat. Socrates illæsus Athenis manst: à peste: Crates à Thebarū excidio, non debet uir singularis uirtutis, populari periclitari calamitate, manent tales, sua propria fatigā, inuidiae improborum, obnoxia. Reliquū igitur est, ut de malorū multitudine dicamus, ac ut Diogenes ait, Is ego sum, in quem dira lactare sunt impreca

precationes: sum enim dicebat sine domo, sine ciuitate, patri exul, vagus, mendicusque his omnibus uirtutem animi satis esse putauit. Si igitur senex æger, inops, exilusque fueris, an hoc est mala augere, an diuidere? non sunt calamitates numero, sed magnitudine metiendæ. sit autem ut uelut in doloribus, calamitas pellat calamitatem, exilium aufert dedecus miseræ, cum apud ignotos fueris; est autem ea pars (ut dixi) in homine quam præter mortem homines libentius fugiunt. an uero te uelis postius Philotam esse cum ab Aexandro discriuciaretur, quamvis iuuenem decorum, robustum, summo genere natum, diuitem, quam seruum, ægrum, etiam in pistrino laborantem? Herce est etiam humana conditio, ut uestrum; ingens enim macula eo magis deturpat, quo uestis ipsa fuerit preciosior; minus autem, quo fuerit obsoletior, atque pluribus foedata uitij. Verum & illud obseruandum est diligenter, neminem posse perpetuo tempore esse insælicem: nam & somnus molestiam omnem adimit, iucundusque misero, non minusquam fœlici. sunt & sensuum delectationes, ex æquo omnibus ferme communes, gustus, uenustus, oculorum spectacula, auditui symphonia, naribus iucundus odor; ut non possint omnia ex æquo prorsus grata cuiquam simul interire, quamobrem cunctos decet illud cogitare, quid si mortales omnes dormirent, nullus tunc alio esset fœlicior. at nunc non solum dormituri, sed etiam morituri sumus: & cum diu uiuere non possimus, nescis tamen quam parum absit à morte. Quamobrem omnia constanti animo aduersa ferre, non solum sapientis est, sed etiam utile consilium: cest nihil in hac uita aduersum nobis uere dici possit, eaque causa. Homerus, Aten deam calamitatum nudis pedibus esse singit, nec asperum solum calcare, sed per mortalium capita summo uertice leniter ambulare: significans non nisi fractis uiris, & consilio perditis, delitijsque ac luxui indulgentibus, calamitatē adesse posse: at fortis ac uirtute præditos, nec inuadere, nec omnino aggredi tentat. nihil enim solidum, nihil asperum, ea Dea rancere,

gerē, aut premēre potest. Quin igitur mētē tuām, donūq; dī
uinū, ad cœlestia eleuas, ubi illa sempīterna ac dulcissima uita,
tibi parata est? Homines em̄ in hoc mūdo, ut fabæ sunt, aliae em̄
pusillæ, aliae magnæ, aliae florent, aliae fructibus cōspicuaæ, aliae
arideæ, aliae luxuriætes, aliae exiles, fruticosæ aliae; omnes tamēn
unus autumnus, q; breui in inanes stipulas redigit, necq; inter il-
las, ullū amplius est discrīmen, non solū quæ sit, sed quæ fucrit.
omnes unā intereunt, nō amplius nascituræ: sic hominū omnis
fastus, ambitio, diuitiae, potētia, filij, amici, gloria, q; breui con-
senescūt, intereuntq;. nec quicquā refert, an Irus fueris, an uīlis
Galba, an Antaxerxes, aut generosus etiam Hercules, sola uir-
tus, ac probitas beatū hominē, sola scelerū consciētia, infōrētice
efficere possunt. cū pessimū illud, qd uīr bonus timere potest,
optimū sit, quod improbus optare queat: scilicet animorū in
morte interitus: uerū ut nec huic sperandū, sic, necq; illi timen-
dū, misit em̄ Deus pater in hunc mundum nos, tanq; filios re-
gno præponendos, iustāq; cum sensib; cum mundo, cum dia-
bolo, ex occulto spectat; qui fortiter aduersus hæc omnia pug-
nabit, sublatuſ ē theatro inter Príncipes numerabit regni il-
lius: qui aut̄ prorsus iners, omnibus succumbet, tanq; seruus in
vinculis, cū theatruſ exierit habebit. Porro theatruſ hoc, exorna-
tum ad spectaculuſ esse par fuit, ipsum uero patrē ex abdito spe-
ctare. qui em̄ tam stulti filij, corā eō luxurioſe, & pigre, tum etiā
seditione uiuerent, si aliquē spectatorem suoruſ operū, nedum pa-
trem illū magnū, esse putarent? Cum itaq; extremū agonē ani-
ma superauerit, tanq; amans amanti copulata, ea dulcedine
ac securitate fruīt, quā nec scribere, nec cogitare possumus: cū
uix liceat amantiū terrenorum ostēdere uoluptatē: inter quos
tamen multa turbulentia, nihil tutum, nihil diuīturnū; beatus est
tamen hic amans, omniumq; aliorū obliuiscit, cum amatæ con-
fundit: at ibi in principatu ſecuris, perpetuisq; animis, cum
amat, in eius cōſpectu ſemper eſt, qui omnia potest: atq; in om-
nibus ut uerus pater bono filio, placere paratus eſt.

Finis libri de Consolatione.

Gg

HIERONYMI

CARDANI MEDICI MEDIO-

lanensis, libellus De libris proprijs, cui titulus est,

Ephemeris, ad Hieronymum Cardanum

Medicum, affinem

suum.



ALENVS ex antiquis, Erasmusq; nostrę actis viri, libros ediderunt, nomina tantum priorum librorum continentur, ea ut puto ratione, quod multi quae sua essent, negarent; alienaque, sed illorum nomine indigna cohibuerunt: tu uero, quod studiosi illorum, uniueros apud se habere cuperent, eam ego rationem secutus: quamuis cum illis nunc, de gloria non contendam, eisdem tamen ut puto, quibus illi causis, prouocatus, tot laboribus, tanquam umbilicum quandam unius diei, etiam adiecto studio imponere decreui. Necq; enim nunc desunt, qui ea quae aedita non sunt, sibi impudenter uendicent. aliquoq; studiosi, cum nobis etiam uiuentibus, nostra singulis diebus requirant, a morte si superesse sciant, quae forsan aedita non sunt, publicari nostro nomine curabut. Impium enim esset, cum tot uigilijs ad hanc usq; diem, tam multa inuenierimus, ut sine labore ea quisquā sibi adscribere possit. Quamobrem opus non tam multis uite, quam mihi necessarium aggredior. et quamuis nostra extollere nobis minime liceat, non eamē negligere decet. Tum præsertim, cum uiuentibus illud etiam accidisse uideam, quod aliquando magnis viris contigisse uidiimus: ut scilicet nostra librorum nostrorum, a multis quererentur, & inde non deessent, qui apud bibliopolas sciscitarentur, qui nam essent libri iam aediti e nostris, & qui non tam tabellas aliquando apud illos legi, frustra querentium libros nostros nondum in lucem aeditos. Non enim ignoro, & si nullus nunc sim, & alios multos

egre

egregios viros suo tempore penè intognitos fuisse. Nam cum mortuis liuor non oblitus: uiuentes ideo minore in precio habemus. quod & Octavianus Horatianus optime docuit dicens,

Parva coronate plausere theatra Menandro,

Riseruntq; suum secula Maeniden.

Non igit ulli desperandum est, si bene studia sua collocauerit: sed elaborandum totis uiribus ad uirtutem & gloriā. Itaq; multarum rerum causa hæc à nobis scribenda sunt. Primoq; ut sciant homines, quos habere possint, quos'ue debeat expectare ex libris nostris: tum uero ut si aliqua manent, post obitum nondum in publicum aedita, ut nostra esse sciant, præsertim ea quæ non nisi à nobis possent inueniri. Noscant etiam quæ à nobis tractata sunt, quæ inuenta quo'ue loco doceantur. Similiter etiā respondebimus his, qui nos de uarietate criminant: alios ab admiratione multitudinis ac magnitudinis librorum causa edocta liberabimus. accedit his singularis quedam utilitas intelligenti, quonam pacto facile, quis multa, & discere & inuenire ac scribere queat. Ergo ne tot utilitatis partibus, unā dieculā impendere poterimus: tum præsertim, quod & mihi præ oculis quasi incitamentū erit, ad perficienda quæ imperfæcta sunt, tum dux uiae quidā, ut oportuniora ad corrigendum in manibus accipiam. Neq; uero quisquam sanæ mentis librorum uarietatem culpet: nīl mecum Platonem, Aristotelem, Theophrastū, tum Galenū, Plutarchumq;, ac Ciceronem, Varronemq;, ac Cellum, aliosq; inumeros in ius uocet. De paucis scribūt, qui pauca nouerunt. at qui multa sciunt, longe commodius per tempora modo in his, modo in illis uersantur. eaq; uarietas scribendi, uelut & uitæ fastidiū tollit, minuitq; laborem: quo sit, ut qui nondū uno perfecto opere aliud inchoauerit, non propter hoc inconstantiae crimen subeat, modo tamen multa ad finem breui perducat. quod & Aristotelem ac cæteros fecisse video: nam non solum alia alijs temporibus scripserunt, quod necessarium est, sic ex stylū uarietate dignoscitur: sed multa eodem

Gg 2 tempoz

tempore quo fit, ut aliquando tanqz de præcedentibus, aliquando de sequentibus, de cisdem tamen libris loquantur. & si dum Physica aut Supernaturalia scribebat, nihil aliud interim scripsisset, male profrus, cū tanta librorum multitudine actu esset. De finant uero nostrorum, aut magnitudinē, aut multitudinem admirari, qui ea uiderint, quæ Augustinus, Varro, Galenus, Theophrastusqz scripserūt. Sed tamen illi iam ad senectutē per uenerant, fateor inquā; sed & sua etiā emendata sunt, nostrorum minor pars. Verū ego postquam admirari non desinunt, noua ratione admirationē admiratione maiore tollā: namqz plures alios primo igne cremaui: horū uero qui supersunt, nullū non bis iam scripti, æditos omnes ter deniqz si tēpus, quod medendi exercitationi tribui consideres, nil reliquum, uel ad studia ipsa, uel ad uoluptates, uel ad scribendum superesse uidebitur. At contra, dum studij tēpora metieris, nihil ad reliqua supererit. Sed tamen tēpora uoluptatū, etiam longe maiora fuere, ut qui perplures annos, totos dies ludendo consumperim: et tamē tu qui me non mentiri scis, desines admirari, quonā pacto sola ad iutus sedulitate, tantā librorum congeriem scribere poterim. Si intelligas, nihil magis studijs aduersari, quam otium, plusqz unum otium obesse rei literarīæ, omnibus alijs uitij pariter iunctis. Cū igite nec agris excolēdis, nec rationibus ineundis, nec otio, nec maledicentiæ, nec nugis aut spectaculis tempus tererē: quam uis etiā sero initium his dederim, ut qui ad annū usqz uigesimalū in patris seruitute ppetuo essem, hæc tamen etiā quæ nunc sublungā ad finē perducere potui: adiuuit tamen assiduitatē psepe natura, & consuetudo quædā, qua duabus rebus, sine ullo impe dimentō eodē tempore, incumbo & satisfacio. Itaqz cum adhuc ephebus essem, morte Nicolai Cardani iuuenis territus, coepi de uitæ breuitate cogitare, ac querere, quonā pacto aliquid memoria digni posteris relinquere possem. Sed cum in patris seruitute, & absqz lingua Latina, forem Mathematicarū tantū peritus, libellum composui, in quo docebam, quonā pacto cognita lora.

ta longitudine ac latitudine durarū eiuitatū, aut durarum stellā
 rum, uerā illarū distantia habere possemus. erat liber exigius,
 ac per capita diuisis, rem tamen probe absoluebat; nam tunc
 forte in manus meas inciderat, Gebri Hispani liber, cuius auxi-
 lio non parum adiutus sum. hunc igitur cum Augustino Lau-
 zario Comensi cōmodassem, illo ex peste prēter opinionē mor-
 tuo amisi, nec ulla diligentia recuperare potui. Per idem tem-
 pus librū de latrunculorū ludo scripsi. quē anno ætatis XXIII.
 absoluī. magnitudo Iustini historici liber, materna scriptus lin-
 gua. quod existimarem eos, qui ludis delectantur, mīnime ma-
 iore ex parte cōsiderat eruditos: diuīsi autem illū in quatuor libros.
 In primo de ludo latrunculorū, in secundo de ludis fritilli, in ter-
 tio de ludis, ut dīcunt chartarum, in quarto de alea ludis; ostendit
 ludos quadraginta, dolosq; qui in eis fieri solēt, rationes uin-
 cendi Arithmeticās, adeo admirabiles, ut multi qui librum le-
 gerint, nobis ex hoc in serijs rebus fidem haberent, industriam
 & mirā artem admirantes. Interim uero Grammaticā & Dia-
 lecticā operam dabā. Anno igitur eodem cum sequente, duos
 libros scripsi. Commentaria super Posteriorum primū Aristoteli-
 telis, magnitudine Salustij, attamē non absoluī. ea cum Octa-
 uiiano Scoto commodassem, tum alijs, nescio quomodo exci-
 derint, puto tamen absq; dubio superesse. Scripsi & contrarias
 Aristotelis & Auerrois in dialecticis sententias, qui liber Te-
 rentij magnitudinem æquat, Contradictiones circiter ni fallor
 centum, uel plures etiā. est nūc apud me et exemplar. Medicus
 quidam ē nostris exscribi curauit, qd apud illū est. ita XXII.
 & XXIII. annis peractus. Inter ludos & uoluptates est
 XXV. In Saccense oppidum me contuli. quo anno ad mei in
 stitutionem, librū primum inchoauii uagatiū morborū, cum
 duobus sequentibus annis reliquos penē perfecerim. nam liber
 tertius absoluī non potuit. Magnitudo ut epidemiorū Hippo-
 cratis materia, de morbis est, tum miraculis, quæ circa illos ac-
 cederunt, constitutiones temporum enarrant, quæ ue illis suc-

Gg ; cesse

p.

2

3

4

5

cesserint, atq; utinā melius librum tertium absolvissim, adiun-
 xi semicq; alios. Sed per idem tempus, rogante amico, librum
 6. de re uenerea condidi: tum librum alium sponte Chiromantig,
 7. quos ambos urina felis corrupit. Inde succedente tempore am-
 bos instauraui: sed librū de re uenerea perficere non potui. Por-
 rò Chiromantig, Coclitis libro fermè æqualis est. adiutus autē
 sum, lecto libro Francisci Syrigati non partū, quod ille multa
 collegerit experimenta, quæ nondum in lucem prodiere. Sed
 illo tamen mihi magis profuit methodus ipsa diuidendi, quam
 ex Galeno didicerat: ut libri ordinem, & facilitatē ac perfectio-
 nem asséquerent. Liber tamen de re uenerea, Paradoxa Cice-
 ronis non superat. Moris aut fuit nobis, ut quoq; cunctq; qui in ar-
 te aliqua scripsissent, prius legerem, quam in eadem quicq; com-
 ponerem. Per idem ferme tempus & ad annum usq; XXXI.
 duos libros magnos composui: alterum Aetij magnitudine, de
 Medicinæ regulis, in quatuor distributum. In quorum primo,
 definitiones morborū omniū, & signa disposui, in secundo præ-
 dictiones & causas eorundē, in tertio curam simpliciū morbo-
 rum, in quarto compositorū: quod pleruncq; compositi morbi,
 contrarias habeant causas, medicumq; distorqueant, eoq; ma-
 gis diligentiam illi præter reliquos præsteti, quod nemo ad hāc
 usq; diem de his scripsit, nisi consulendi causa. Reliquū in quo
 medicinæ sententias contrarias, quotquot iauenire potuit, und
 collegi, Gr̄corum, Arabum, Latinorum. hę autem fermè qua
 dringente, magnitudo librī ut Conciliatoris. Inde discedens an-
 no XXXII. in oppidum Gallarate me contuli ob medicorū
 Mediolanensem resistentiam, ibi tres libros construxi. Primum
 de fato, quod bis iam scriptū, nec tamen dignum æditione, Te-
 rentij magnitudine. primum exemplar, apud Archintum epi-
 scopum est, quod etiā longe minus, eo quod apud me est, osten-
 di aut ibi contra Alexandrum, quod solet dici, Ducunt uolen-
 tem fara, nolentem trahunt.

8. Alterum de Astronomicis iudicij, in decē libros diuisum,
 magnitudo

magnitudine Firmici, imitatus Ptolemæum in decimo: exempla ducentarū geniturarum adiunxi: nam plures prius erant, uerum ut post dīcā earum numerū minū. Tertium librū ad libri de occulta Philosophia Agrippæ, confeci imitationem. Videlis enim illum tam pulchrum inuentum, uana, & mendaci historiā foedasse, uisum est, ut eiusdem argumenti, sed ueris collectis experimentis fabricarem, quem quoniam maior esset Strabonis libro, post in tres diuisi. docui aut, uiires, naturam & miracula ibi elementorum, stirpium, metallorū, lapidū, herbarum, animaliū, uolucrum, artium, disciplinarū, curam animarum, ueneficia, alchimiam, decorationē. nec ulla in parte mihi magis placui. porrò cū initiu illi dedisse anno XXXII. uix finitus est anno XXXXII. totiens mihi occurrit, quod addes rem. quater autem scriptus est ad hanc usq; diē. Inde post menses XVIII. quibus ibi mansi, annum agens XXXIII. In patriam reuersus sum, Archinti episcopi persuasione, in cuius gratiā libros iudiciorū Astronomiæ coram fabricauerā, corpore simul prosteri Arithmeticā, Geometriam, Astrologiam. Conscripti igit̄ in nouē mensib⁹, quibus legebā libros decē de circulis Sphæricis, octo autē erant absoluti, & totā circulorū rationem cōtinentes. nonius continebat tabulas, quas nuper inchoauerā. fecerā et dimidiū decimi, de ponderibus & umbris tractatam, cum ecce amicus ostendit tabulas eiusdē usus, Ioannis de Regio monte: tū Chabriel Arator quinque libros eiusdē autoris de circulis. tantundem igit̄ contristatus de his, quantum latitatus de tabulis, quod non leuem à me labore sustulissent. seruare tamen librum meū decreui, quod plures longe propositiones cōtineret, quam Montereij liber, quodq; propositionum ex Euclide nuncupatarū numerum contineant, qui in Monte regij, quod morte prætentus perficere nō potuit: deest tum uero tabularū modus, ut ad compositionē longe difficilior: sic ad operationē longe aptior est. Euclidē igit̄, hic liber magnitudine aequalis. si tempus non deerit, addam que in Montereij libro desunt.

- desunt, & ex duobus unum perficiā, titulum illius relinquēs non
 14. min: et si utriusq; argumenti initium dedit Geber nobis. Eo-
 dem tempore libellū de cīrculis scripsi, ad imitationē Cāpani,
 magnitudo ut Paradoxarū Ciceronis. materia est de motu in
 cīrculi periferia illorū mobiliū, quē temporibus statis mouēti,
 15. seu cōmensurabilib; actu, seu potentia prima, uel superficiali,
 secunda, uel solida. Scripleram & antea: sed annum non teneo,
 libros duos: alterū de pituita, quod eo morbo diu laborauerim,
 16. magnitudine Actuarij, alterum de peste quae anno à salute ui-
 gesimo septimo supra millesimū & quīngentesimū uillas uici-
 nas inuaserat, magnitudine Academicarum quæstionū Tullij.
 Sed ad ordinē iam reuertor, cū hi libri nunc apud me absoluti
 sint. In fine X X X I I I I. anni, dū cessationis tēpus esset, libros
 17. tres composui. Prīmū super prīmū ac septimum Geographiæ
 18. Ptolemai librū, magnitudine Tusculanarum quæstionum Ci-
 ceronis. alterū super Sacrobusti de sphæra librum, magnitudi-
 ne libri de Bonorum finibus. In quo multas à præcedentibus
 expositoribus prætermisas difficultates, aut male termina-
 tas ab solui. hi duo apud amicos sunt, quod mutuo iam sæpe
 19. illos commodauerim alijs. Sed tertius fuit clementorum su-
 per Euclidē. hic primo exiguis, ac quasi cōtemptus, sub aduen-
 tu Ioannis Collæ Mathematici superauitus à me, ac inde in
 tres libros diuisus: inde in septem, post in nouē, perpetuis tan-
 dem augmentis in quindecim eualit, & nunc est apud me abso-
 lutus. magnitudo illius ut elemētorum Euclidis, propositiones
 nouiter inuentæ, plusquā quadringtonē. Docuit Euclides qua-
 dratū cīrculo inscribere: nos pentagono. ille cīrculum inscribit
 trigono: nos duos cīrculos coæquales inscribimus. ille figuras
 omnes similes proportionem seruare docet, nos in omnibus figu-
 ris æquilateris, & æquiangulis proportionem inter lineas sub-
 tensas inueniri ostendimus. ille corpora inter se contulit, nos
 corporū partes. ille lineas potentia cōmensurabiles inuenit su-
 perficiali, nos solidā, ille docuit metiri rectilinea, nos quæ obli-
 quis.

quis sineis continentur; ille ad mensuram agrorum aptior, nos diuidere docuimus: ille in Geometricis magis perstat, nos Arithmeticæ principia per illum ostendimus. Euclides omnia collegit, quæ in Geometriâ ab antiquis scripta essent, nos quæ inuenimus, suis autoribus adscriptis, nostris inuentis adiunxi-
mus, uno Archimedea relicto, quem cum Archinto illi adiunge-
re decreuimus. Sequenti anno interpretabar Vitruuiū, & ne to-
tiens ad eosdem labores redire cogerer, paraphrasim numero
librorum, & magnitudine Vitruuiū exaraui: in qua historias
illius abditas & breues recito, obscura uerba interpretor, mens-
suras declaro, machinarum structuram doceo adeo diligenter,
ut ne uerbū reliquerim intactū. Eodē anno Ciceronis omnia
uolumina, ut dici solet, ad uerbū legi. Tribus autē cessationis
mensibus, cū multi inuidi dicerent, me literas medicinę nescire,
quod totus Mathematicis uiderer intentus, dierū XV. spacio,
duos libellos qui nunc extāt, edidi: alterū de malo medēdi usū.
reliquo cui titulus est, qd nullū simplex medicamentum, noxa
caret, hos quia excusi sunt, quales aut quanti snt, exponere si-
peruacuū est, parui sane sunt, & primi qui in publicū prodie-
rint. Reliquo tēpore uacationis, cum Archintus discessurus ui-
deret, cœpi de rationibus meis cogitare diffidens mihi. Sed in-
telligenſ Pontificē Astronomia delectari, duos libros exaraui:
alterū cui titulus est Ephemeridū supplementū: alterū qui est de
emendatione motuū cœlestiū, hos denuo XV. dierū spacio am-
bos absoluī, uerū anno præsentī, additis L V I I I. genituris ad
nouem, quæ tunc aderant, libellū de genituris confecere, hosq;
tres simul denuo Germani īpresserunt. quos quia notissimi
snt, nō est cur doceā, aut dicam, quid in eis contineat. Absum-
psi autē in secūda æditione, quinq; dies laboris: ut tres illi libelli,
uiginti dierū curā ad se traxerint. Tunc uero uoto frustratus,
nec cum Pontifice quicquā proficiens, per reliquos duos men-
ses, tum etiā in posterū librum de Arithmeticā magnis labori-
bus, plusquam foeliciter composui, quē post biennium ab ini-
tio

26. *eo adidì omnes autē, eum publicatus sit, qualis sit nouerunt.*
 quem tandem denuo mutauit, auxi, emendaui sic, ut X I I I I . li-
 bros cōtineat. *absolutus quidē est, sed non emendatus.* titulus
 eius, Opus perfectū, nec ab re: nam in primo libro de īregris
 agitur, ritusq; Græcorū, Latinorū, Indorum, Hebraeorum, ac
 Barbarorum explicātur, numerandi, multiplicandi, diuidēdi,
 addendi, detrahendi, latera superficialia, uel solida querēdi, pro-
 grediendi. In secundo, omnia hæc in numerorū partibus ostea-
 dun̄, in tertio. In īrrationabilibus. In quarto, in denominatio-
 nibus, ac mixtis. In quinto, in pportionibus. In sexto qui agen-
 tæ uires numerosq; explicant, cum uix quadraginta p̄cedente
 sciam potuerit inuenire: septimus, octauus, ac nonus mercati.
 ræ dedicantur: decimus inscribit Ars magna. continet sexagin-
 ta septē capitula: ex his quorū antiquitas uniuersa, uix septem
 potuit inuenire: undecimus metiri ac diuidere superficies do-
 cet; duodecimus eadē in corporibus ostendit facere: tertius deci-
 mus ac quartus decimus, quæstionibus Arithmeticis & Geo-
 metricis destinant. In his ultra omnē artem, tum diligentiam,
 easus etiā, & nescio quis auxilio fuit, ut etiā multa per somniū
 inuenierim: tum ad quærendū cōfirmatus, nuncq; fallente even-
 tu. ob quem successum, sub eodē biennio, decem libros de som-
 nijs fabricauit: in quorū primo generalē rationem illorum edo-
 cui. In decimo aut̄ quotquot experimenta Græcorū, seu Latino-
 rum historijs mandata sunt, uel mīhi euenerunt, ad mille puto
 in unum cōgessi. intermedij octo libri, à rerum natura distinci
 sunt, coelestium, elementorū, herbarum & arborearum, animaliū, uo-
 lucrum, piscium ornatus, et humanarū operationum. Per idem
 fermē tēpus, cum nondum quicq; adidisse, hæreremq; in cō-
 positione librorum, paupertatis metu, per somnium ad scriben-
 dum adeo sum cōfirmatus, ut illius imago etiam nunc me cor-
 queat. Magnitudo igit̄ libri de somnijs, Artemidori op̄i, qđ
 īeadem facultate est fermē tripla, libri Arithmetice dimidio-
 maior, quam impressi, Sub eodē tempore, scripsi librum floris-
 dorum

dorum, sc̄i medicarum questionum, magnitudine Terentij; sed imperfectum. Tum uero librum de simplicibus, æqualē opusculis in medicina & nobis æditis. Scripsi etiā tres libros, in fine anni XXXV I. scilicet cessationis tempore, de urinis, de purgationibus, de morbo gallico, de urinis, quod Galenum uidilem hanc solam partem reliquissim intactam, eius autē artem, in dissectionibus & pulsuum rationibus, quātum licuit sum æmulus. liber est Tibulli magnitudine. ab experimento rationē assumentis. Inde miro artificio causas ex differētis uenatus, libellum de purgationibus, eo cōsilio, quod medici nulla re magis indigent, nec ulla in re frequētius aberrant, nacta occasione, ex ipsis, ac quasi contrarijs antiquor̄ sententijs; cum tamen si recte aduenturus, omissa astanteū cura, eadē omnib. fermē de purgatione sentētia fuerit, nec ulla in re discrepēt; sed multatudo, ac diuersitas casuum contradictionis speciem refert. liber Actuarior̄ æqualis. Librum de Gallico morbo, eo cōsilio scripsi: quod morbus ille, tam auxilia adeō amplā cōsiderationem requirat, pateatq; illorum uis longe lateq; ad alios etiā morbos; ut merito librum artis curatiæ Galeni magnitudine supereret. Intersim quartum librum collectaneor̄, septem libris sum interpretatus, quos ad umbilicū pducere nō potui: hoc aut̄ ut magnos uiros imitarer. quicunq; em̄ multa scripserunt, alior̄ etiā scripta sunt interpretati, est autem liber totus, magnitudine libri collectaneor̄, & Auenzoar simul functorum. Sub illius anni fine, dum cessatio est, amicitiā Principis Alphonsi Aurali illustris simi sum consecutus, oportunē sanè: tunc ut illi gratificarer, librum de archanis æternitatis inchoavi, subiectum est primi libri: nam in tres illum diuisi ob magnitudinē, ut ostendā mundum aduersus Peripateticos, suffragāte historia, ratione, exemplo, initium aliquod habuisse, nō tamen cōstare, quomodo ha- buerit, ut etiā certum est moueri sic stellas, cum tamen nondū modus aut ratio eius motus potuerit explorari. In secundo ostendi, regna omnia certos temporum līmites habere, tum le-

29.
30.
31.
32.

33.

34.

Hh 2 gce

- ges ac familias, qualesq; hi sint fines, & unde exoriantur: ostendi etiā successiones, non ultra quartam decimā prolem extendi posse, historijs innumeris, rationib; naturalib; , firmissimis authoribus, sacræ paginæ & sapientum. Verum in tertio de ratione extendendi imperia, tuendiq; , ac instauratione militaris artis, de animi etiā immortalitate multa dixi, de pdigijs omnibus copiose, tum de legis etiā naturæ argumentis. Redundante multitudo sententiar; , ac authoritatū ita, ut liber alius, non parvus consurgeret. Scripsi igitur accusatoris librum, ac de sapientia aliū: Prīmū uero in tres diuisi, ac sub nomine libri de Consolatione edidī in lucem. librum aut de sapientia, in quinq; diuisi. In primo de diuina sapientia, in secundo de naturali, in tertio de humana, in quarto de dæmoniaca, in quinto de his qui lapsi sunt, quonā pacto cōmode se redimere queāt, hic quia annexetur huic, non erit ulterius explicandus, deductus est aut ad umbilicum pr̄senti anno, scilicet ætatis meæ XLII. in anni ipsius fine. uerum libri de arcanis æternitatis, magnitudo dupla est libro de sapientia. Sequēti anno qui fuit XXXVIII. compo-
35. sui librū de supernis. eius tractatio, est de cœli substantia, motu, luce, magnitudine cuiuscō eortū quæ apparent, de iride, grandine, cometis, areis, terremotis, uentis, æstu maris, nimbris, pruina, niue, fulgure, magnitudo quanta libri Metheororū Aristotelis, cum Auerrois cōmēto. Hoc etiā anno composui librū de facile parabilib; , ex tertio & quarto Canonū meorū libro extrahens, nō ignorans Galeno tres tales libros tribui solere. qui & si omnes sui essent, non tamen hic noster superflueret, mutata tempora: alia est regio, deniq; unicusq; temporū morbo nō indiscrete omnia conueniunt, quæ morbum illum iūtare possint, quod Galenus in eo qui suus est, tamen neglexit: magnitudo ut omnium tr̄iū illor; , qui Galeno tribuunt. hunc librum cum diu quæserim, inuenire non possum. Eodem anno cum instrumentum nobile motus omnī astrorū effingens, illustrissimus Princeps emisset, quod alijs uiginti talentis aureis uenditum

tum fuerat ab authore, & nunc dissolutum, nullam spem restituta
tioni daret, Ianelli Cremonensis industria instauratum, in des
terium me compulit, ut tam admirabiles machinæ symmetrias,
ac magnitudines, tum motus, ac formâ describeret, tum maxi
me, quod iam de alio minore instrumento scripsera, annis an
te duobus, tentauit igit opus: aliquaç scripsi, sed non perfeci:
nam otiosum hæc requirebant animum, & præsentiam machi
næ, quæ tum non aderat, cum domi meæ eam esse nolle. At
minus instrumentum typis excussum est, authoris primi Guglier
mi Zelandini nomine suppresso. decet em etiâ, si tu p te ipsum
aliquid inuenieris, quod ab alio prius sit inuentum, quanç nullo
ab illo habito auxilio, eius tamen nomen non præterire: nam
& Aristoteles adeò famæ cupidus, uel saltem maledicendo no
mina antiquorū philosophorū posteritati cōmendauit, perexis
gua res libelli eius peracta est. Succedente anno, tres libros de
Christi uita superauxi, qui iam antea per triennium erant inchoa
ti. in primo de his quæ circa eius natuitatē acciderunt, in secun
do de uita, in tertio de legis promulgatione tractauit. libri etiâ de
morte, qui in tres diuidebat capita, distinxeram. Inuenere aut
mira eius libri argumenta: sed somnio iam quo ad scribendū
impellebar: ut sciā me librum illum nō posse perficere, territus
sum, ut ab eius compositione abstinuerim. Scripsi eodem anno
librū secundum ac tertium epistolarū. etenim iam primū colle
geram. transmuraui etiâ ordinē: nam in primo X L I I I I. coe
lestes epistolas posui, in secundo eas quæ libelli formâ habent,
in tertio familiares, quæ mihi dignæ memoria uisæ sunt, claro
rum uirorū ad nos, meicq; ad illos. liber minor epistolis Pliniū,
dimidio fermè, qua etiâ magnitudine est liber de uita Christi.
Sequentem totum annum, in emēdatione libroq; iam æditorum
cōsumpsi. Sub initio anni X L I. admonitus sum, ut Græcis lite
ris operâ dare, somnio adeò claro: ut protinus rei desperatæ
incubuerim, dies noctesq; magna ui, cum græcis librī solū uer
satus. studens autem, edidi Græcā introductionē, Sipontini re
Hh 3 gulis

39.

40.

41.

42.

- C. I. Sine precepto re doctore.
 gullis coæqualem, arte, ac breuitate mira quantum in me fuit; non enim ueteranus, sed tyro militabat, tum maxiime & existens. expressi ibi uim, non eruditionem. habueram sane anno XXXV. initia Græcæ literaturæ; sed in quatuor mensibus adeò illa auxi, ut multa per horas legerem uix uel unum inueniens impedimentū, facilem tamen, nec elaboratā requirebam compositionem. Interim animaduerti, lectis libris de consolatione, me nihil de amantium cruciatu dixisse. Protinus igitur, libellum de amantium consolatione, secundo libro de consolatione iam adito, æqualem ædidi: quē aliquot ostendi amicis: inde denuo immutauit. Edidi eisdē diebus, librum de animi immortalitate, sub exercitatione Græcæ lectionis, Terentij magnitudine. In quo ostendi, Philosophorū omniū, ac legū, de immortalitate animi: uno Alexandro excepto, ab ipso Pherecide inchoans, eandem fuisse sententiam. docui & ibi causas dæmoniacorum miraculorū, & uatum, ut ad naturā referri debeant. Præsentī anno, nimia intentione studij. Gracarū literarū, labefactatus, nihil arduū molitus sum: sed librū experimento, mea causa collegi, non nisi in eo certa & admiranda reponens. aut getur indies, sed nunc admodū paruuus est, minor Quinti Sereni libro. Coepi et Galenī uitā texere, opus Celsō nō minus, si ex ungue leonē, adiunt comparationes, opera, uita, sententiae. colligi & fragmenta quædā, condiditq; librum artis methoscopiarū DCCC. cū figuris humanæ faciei, magnitudo ut Tricassii chieromantia. Inde totus ad iocos conuersus, collegi librum epū grammatis, Catulli operibus æqualē magnitudine. Librū etiā Micylli in epitome redegi, quem coniunxi libro de Græcæ literaturæ institutione. Scripsi et cōiuiriū, seu de amore exemplū, ut puto prodigiosæ stultitiae. Existimo enim, ut in rebus natura libris, sic & in libroꝝ compositione, quædā necessario simul cooriri, cum argumentis optimarꝝ rerū, quæ fecem quandā redo leant, & si non alijs necessariū uideaat, mihi sane hoc contigit, ut etiā aliquando absolutos libros igni tradiderim, nec mediocris studij

studij, vel contemptæ magnitudinis. Inter quos Arithmantia,
 de peregrinatione triū sociorū, de hominī immortalitate, mul-
 ta quoq; alia deleui, quē nunc enumerare inutile est. Quęcunq;
 em ad humani generis salutē, non profutura existimauit, si no-
 cere cum hoc etiā possent, nullo modo superesse uolui. et quam
 uis nō scripsisse uideat utilius, non tamen sic est. nec enim ani-
 malia sine urina, & excrementis uiuere queunt: mundiora ra-
 men, essent si sine illis uiuere possent ac elegantiora. Scripsi &
 hoc anno, de quatuor linguarē generibus, trito Italorū sermo-
 ne. eius libri argumentum est, quæ nam linguarum harū, Grae-
 cæ, Latinæ, Italicæ, ac Hispanæ copiosior, ac aptior sit, ad ex-
 primendā exacte animi nostri sententiā. Dialogus est, et unus
 quisq; partem suā tuetur: ut in quatuor librīs, quatuor etiā lin-
 guis, uiri totidē patrocinetur. Collegi & carmina, materna lín-
 gua, in librumq; non paruum redegi. nō tamen sunt absoluti,
 si finiantur. hi duo magnitudinem libri, de Florentinorū gestis
 Machianelli coquare paterunt. Facile est ex parte totum, ex
 argumento, rem ipsam colligere. Cum tot tantaq; scripsierim,
 haud dubie decreui, ab omni nouia compositione librorum ab-
 stinere. Verum procedente tempore, imperfecta perficere des-
 stinaui, perfecta emendare, incomposita in ordinem redigere.
 nam cum præsenti libello, quem tanq; cristam confeci, hodie li-
 bri numerantur quinquaginta tres superstites, ac diuersi argu-
 menti. Porro particulares autem centum quinquaginta octo:
 nam libri Contradicētium medicorum, quod pratermisseram
 duodecim sunt. tractatus autē duo ac septuaginta, Vitruvius
 autē libros decem continet. Hac igitur ratione, si omnes libros

simil collegeris, totidem inuenies. tot igitur, ac tales li-
 bri nostri sunt. Data XIII. Kalendas Octobris
 anni salutē M. D. XLIII.
 Mediolani.

Exclusum Norimbergæ apud
 Iohan, Petreium,

IN LIBROS HIERON. CARD
ni de Sapientia, Martini Steindorferi
Carmen.

Vt uiuas sapiens, aut ut uideare futurus,
Atq; ut possideas diuitis æra Mydæ,
Vt degas fœlix multo uenerandus honore,
Præ reliquis laudis, magna trophæa, ferens.
Vt quo consilio Resp. tota regenda,
Vt quæ priuatæ cura sit apta rei.
Quas lapsum deceat cōsurgere posse per arteis,
Vtq; graueis luctus emoderare scias.
Vtranc; esse bona fortunam mente ferendam,
Haud facili extolli, difficultq; premi.
Vt bona cognatis defunctus magna relinquas,
Corrasis iuste diuitijsq; pie.
Vtq; uenesicij noceant tibi carmina nulla,
Vt robur magicis artibus omne neces,
Vt quocunq; mali uexatus turbine magni,
Solamen possis ipsem et esse tibi.
Hæc (inquam) & multo si uis cognoscere plura,
Hoc eme Cardani candide lector opus.
Quo non splendidius descripsit talia quisquam,
Nec quis scripturus, talia forte breui.
Tu modo qui dubitas, ades huc, euolue libellū,
Inuenies fidei confona uerba meæ,

